






THESAVRVS
IVRIS ECCLESIASTICI
POTISSIMVM GERMANICI
SIVE
DISSERTATIONES
SELECTAE
IN IVS ECCLESIASTICVM
QVAS
IVXTA SERIEM INSTITVTIONVM EIVSDEM IVRIS
A SE EDITARVM
IN ORDINEM DIGESSIT,
ILLVSTRAVIT ANIMADVERSIONIBVS NOVIS,
ADAVXIT LVCVBRATIONIBVS PROPRIIS

ANTONIVS SCHMIDT


. J. D. SERENISSIMI ELECTORIS PALATINI ET CELSISSIMI PRINCIPIS PISCOPI SPIRENSIS CONSILIARIVS RESPECTIVE INTIMVS ET ECCLESIASTIVS ACTVALIS, NEC NON EIVSDEM CELSISSIMI PRINCIPIS REFERENDARIVS INTIMVS IN ECCLESIASTICIS, INSIGNIS ECCLESIAE COLLEGIATAE AD SS. TRINITATEM, ET OMNES SANCTOS SPIRAE CANONICVS.

TOMVS VII
ET VLTIMVS.
AD PARTEM SECVNDAM INSTITVTIONVM SVARVM.

CVM INDICE IN OMNES SEPTEM TOMOS TVM RERVM ET VERBORVM TVM AVCTORVM DISSERTATIONVM.

SVMPTIBVS TOBIAE GOEBHARDT.
PROSTAT
HEIDELBERGAE, BAMBERGAE ET WIRCEBVRGI.
MDCCLXXIX.







Praefatio Bibliopolae.



Prodit demum inter plurimas officii, quod clariſſimus Author nunc gerit, curas negotiaque Tomus Theſauri VII. adjecto ad finem rerum magis memorandarum indice, adjectisque per me deſideratis qui-

busdam diſſertationibus. Deſideratas fuiſſe ab aliquibus alias adhuc quasdam diſſertationes, ſcit clariſſimus Author, eas ſi amicorum opera, uti ſperat, nactus fuerit, aut ſiquidem ad manus fuere, et easdem theſauro huic inſerendas putaverint ii, quorum judicio magis quam ſuo fidere cogitat, ubi primum tempus permittet, ſupplementi gratia Tomus adhuc octavus accedet.



CON-



CONSPECTUS

Diſſertationum Tomo hoc contentarum, quibus animadverſiones novae ſubnexae ſunt.



I. DÜRR *Diſſ. de Parocho a perceptione Decimarum novalium in Germania excluſo. Mog. 1764.*

II. NELLER *repetitio diſcurſiva ad Cap. I. de juramento calumniae, Pars prior. Treviris 1758.*

III. EJUSDEM *de eodem argumento Pars posterior. ibid. 1762.*

IV. RIEGGER *Diss. de poenitentiis et poenis ecclesiasticis. Viennae 1772.*

V. ANONYMI *Diss. qua demonstratur, a Religioso Professo ad Protestantes transeunte jus hæreditarium non recuperari. 1774.*

VI. NELLER *Diss. de Precariis. Treviris 1750.*

VII. EJUSDEM *instructio canonico-monetaria de Grosso Turonensi et Trevirensi. Trev. 1760.*

VIII. EJUSDEM *instructio brevis canonico-monetaria de Turonensi parvo seu nigro ad Reg. Cancell. XXV. Trev. 1762.*

IX. EN-

IX. ENDRES *Diss. insinuationis primariarum precum Caesarearum necessitatem et effectum sistens. Wirceburgi 1778.*

X. EJUSD. *Diss. de Decimatore nobili favoris ecclesiar. Parochial. quoad praescriptionem extinctivam participe. ibid. 1775.*

XI. KOCH *Diss. de Votis duplo majoribus ad Cap. 40. X. de elect. Giessae 1776.*

XII. BEHLEN *Diss. de Defraudationibus Decimarum.*

XIII. WILL *Diss. de differentia Decimarum ecclesiast. et saecular. praecipue quoad onus reparandi ecclesias.*

XIV. STRAUS *Diss. de Decimis.*


XV. HEINRICHEN DE GRASMANNSDORFF *Diss. de Decimis per longissimum tempus in aestimatione praestitis.*

XVI. KONENBERG *meditatt. de Desertore catholico ordinis religiosi.*

XVII.



I. FRAN-



I.

FRANCISCI ANTONII DÜRR U. J. D. &c.

DISSERTATIO

DE

PAROCHO A PERCEPTIONE DECIMARUM NOVALIUM IN GERMANIA EXCLUSO.

Mogunt. 1764.



§. I.

Occasio deductionis praesentis Argumenti a Scriptoribus secundum genuina principia haud pertractati.

Constat inter omnes rerum Ecclesiasticarum Germanicarum peritos, & alibi jam satis monuimus, Decisiones Causarum Eccles. Germ. non simpliciter ex principiis Juris Canon. Communis, quod ob particulares germaniae consuetudines ac observantias, libertates, privilegia, statuta & concordata in plurimis Capitibus nullam habet applicationem, sed ex Juris prudentia germanica Eccles. & moribus patriis desumendas esse: novum hujus veritatis specimen proponimus in praesenti dissertatione, qua non usum Canonum circa decimas novales Parochis faventium & in Corpore Juris existentium clarissime sumus demonstraturi: Occasionem huic argumento dedit controversia inter vasal-

lum Episcopalem de decimis investitum & Parochum circa decimas novales, quas Parochus actor contra suum Patronum & Decimatorem universalem principiis Juris Canonici Communis & ejus pro parochis præsumptioni innixus sibi vindicare voluit, enata; non autem dubitamus, quin nostros circa hanc materiam labores eo benignius suscepturus sit orbis eruditus, cum partim thema propositum vere sit pragmaticum, & tota die Patroni & Possessores decimarum tricas Parochorum ratione decimarum novalium experiantur, & in Foris Eccle-siast. desuper litigare cogantur, partim autem, quod non satis mirari possumus, in tanta copia scriptorum germanorum *a*), qui tam de decimis in genere *b*), quam in specie de novalibus *c*) sua edidere scripta, nullus adhuc materiam hanc ex genuinis Jurisprudentiæ Eccles. germanicæ principiis *d*) deduxerit, sed a ple-

a) Scriptores enim exteri Hispani, Itali & Galli veluti REBUFFUS *de decimis*: JOAN. PETRUS & ALEXANDER MONETAE *de decimis*, quorum priorem LAURENTIUS VIGILIUS DE NICOLLIS, posteriorem vero JACOBUS OTTO notis illustrarunt, ANTON. ALTÆSERRA in 2. differt. *de censibus decimis & oblationibus*, & in aliis licet expertissimus VAN ESPEN *in Jure Eccles. Univ.* & in tr. *de Jure Parochorum ad decimas & oblationes & de competentia Pastorali.* Aliique, in nullam hic veniunt considerationem, de hisce enim mirandum haud est, quod doctrinam decimarum unice ex principiis Juris Can. communis proposuerint.

b) Plurimi in hac materia strinxere ex germanis calamos, nihil enim memorando hoc loco de Doctoribus, qui ad *Decretales* GREGORII IX, commentati sunt, & sic simul occasione tituli XXX. L. III. Decret. materiam decimarum exposuerunt, ex professo *de decimis* edidere scripta ex Catholicis JOAN. WERNDLE vom Zehend-Recht, cel. JOAN. CASP. BARTHEL in differt. *de decimis*, P. MELCHIOR FRIDERICII *in quaest. Canonicis de decimis*, ex protestantibus autem sub larva SYRINGII delitescens SCHWESERUS *in aurea praxi decimandi.* JACOBUS BLUME vom Zehend-Recht. SCHRAG *de decimis Eccles.* CROLOVIUS *de decimis.* THOMASIUS *in observat.* Hall. earumque additam. Ad TOM. X. obser. XI. p. 221. seq. GEORG. LUD. BÖHMER in diss. *de origine & ratione decimarum in germania.* JUST. HÖNING. BÖHMERUS in diss. *de praescriptione circa decimas Ecclesiastic & sæculares.* JOH. JEREMIAS SCHWENCK *de Privilegiis decimarum.* CASP. HENR. HORN in differt. *de Clerico Clericum non decimante.* CHRIST. FRIDER. HARPRECHT in diss. *de Jure decimatoris universalis ex mente Jur. Canon. & protestantium Ecclesiastici.* 1754. Tubingæ edita & denique SCHÖPF in diss. *de decimis* an. 1755. Tubingæ edita.

c) P. ANT. SÖLL *de decimis novalium* & UNGER in diss. a 1759. Würceburgi edita *de Jure novalium parocho loci cum exclusiva decimatoris universalis competente.* Ex protest. JOH. ERNESTUS WOLFARD *de decimis novalium.* RHETIUS in diss. *de novalibus* & GUIL. HYER. BRÜCKNER in diss. *de emendata occasione reformationis Lutheri doctrina de decimis praecipue novalium.*

d) Unicus DAV. GEORG. STRUBEN in denen Neben-Stunden P. V. p. 190. Vom

a plerisque Canones in Corpore Juris Can. obvii de decimis agentes ob non attentam historiam temporum ac particulares rationes, ob quas illi lati fuerunt, uti & ex inscitia fatorum circa decimas germaniæ in medio ævo, dum haud distinguuntur tempora, præpostere plerumque applicentur; de cætero ex præsenti deductione denuo confirmatur altera jam toties inculcata veritas, quod scilicet studium historicum non solum ad ornamentum conducat Juris consulto, sed in omnibus Juris prudentiæ partibus suppeditet utilitatem vere pragmaticam & ad applicandas rite leges tam Ecclesiasticas quam profanas indispensabiliter sit necessarium.

§. II.

Recensentur Variæ Doctorum Sententiæ circa decimas novales.

Si prædicti & alii, qui de decimis novalibus egerunt, scriptores pervolvantur, in varias maximeque ab invicem diversas circa hoc argumentum *a*) illi abeunt sententias, & quidem 1) plurimi illorum, quorum Sententia aulis germaniæ & potissimum protestanticis arridet, novales decimas domino territor. adscribunt. *b*), quam autem sententiam alii impugnant *c*). 2) Alii absente ordinatione provinciali vel consuetudine particulari decimas novales nemini adscribunt, sed novales fundos a decimis solvendis vi libertatis naturalis immunes declarant *d*). Alii decimas novales in dubio adscribunt illi, qui habet Jurisdi-

 ctionem

Vom Ursprung des Zehenden in Teutschland pauca quædam ex genuinis principiis de hoc argumento attulit.

a) Quæstio modo nulla est de novalibus improprie talibus, harum enim decimas ad priorem talium fundorum decimatorem pertinere communis fere est sententia, mutatio enim culturæ aliorumque fructuum surrogatio præjudicare nequeunt decimatori intuitu talium fundorum Jus quæsitum habenti. conf. D. D. ad Cap. 4. & C. 30. X. *de decimis*.

b) Veluti REINKING L. 3. de Reg. sæc. & Eccles. Cl. 1. C. 8. n. 11. seqq. MYLERUS *de stat. Imp.* L. 2. c. 70. HARPRECHT Vol. 1. *Consil. Tubing.* Cons. 14. n. 78. STRYCK *ad Jus Eccles.* BRUNNEMANNI L. 2. C. 6. §. 9. KREBS *de Ligno & Lapide* P. 1. clas. 4. S. 16. §. 10. p. 209. seq. & BRUCKNER in illa toties Laudata a protestantibus dissertatione *de emendata occasione reformationis Lutheri doctrina de decimis præsertim novalium* sect. III. §. 5. seq.

c) Conf. BARTHEL in differt. *de decimis* sect. VI. §. 1. aff. 3. & passim Canonistæ & Curialistæ & ex protestantibus. J. H. BÖHMER *in Jure Eccles. protest.* ad tit. de decimis §. 62. JCTI MARBURG. *in Responso*, quod extat in FABRI Staats-Canzley T. 64. p. 39. seq.

d) Veluti cit. BÖHMER *in Jure Eccles. protest.* L. 3. T. 30. §. 64. quem sequitur ESTOR in der Rechts-Gelehrtheit der Teutschen P. 1. §. 483.

ctionem patrimonialem *e*) 3) Alii decimatori universali novales etiam decimas assignant, præsertim si decimator sit parochus habitualis vel decimæ sint mere Laicales. 4) Alii decimas novales parochis etiam hodiedum vindicant contra Dominos territ. ac decimatores universales ipsumque etiam Episcopum decimatorem. *f*) 5) Alii parochis etiam titularis contra parochos habituales decimas Novales vindicare allaborant. *g*) 6) Alii denique distinguunt: an quæstio de novalibus concernat solos catholicos, an solos protestantes, an catholicos & protestantes simul & pro diversitate casuum alia afferunt decidendi principia. *h*) In tanta dissentientium varietate plerique cordati scriptores universalem exoptant Legislatorum decisionem, particulares enim territoriorum circa decimas ordinationes in sufficienti extant numero. *i*)

§. III.

De Origine Decimarum remissive.

In deducendis originibus decimarum ab aliis jam satis deductis *a*) nole esse longior, ut rem paucissimis complectar: constat inter omnes eruditos decimas in veteri testamento Levitis per leges Mosaicas assignatas *b*) inter Christiano

e) Veluti Georg. Lud. Böhmer in diss. *de origine & ratione decimarum i germania* §. 32.

f) Veluti van Espen in Tr. cit. *de Jure parochorum ad decimas & oblation & de competentia paroch.* P. Söll *de decimis noval.* Unger in cit. diss. Würceb. *de jure novalium parocho Loci cum exclusiva decimatoris universal competente.*

g) Conf. Nicolai Richardi & Thomæ scripta sub titulo: *Jus pastoru titularium & Ecclesiarum parochialium ad oblationes decimas & maxim novales* contra diss. Z. B. van Espen Leodii & Bruxellis 1716. 2. T. 12.

h) Veluti Christian. Ferd. Harpprecht in diss. 1754. Tübing. edita *a Jure decimatoris universalis ex mente Juris Can. & protestantici Eccle:* p. 43. seq.

i) Sic prostant Moguntina ordinatio decim. a variis Electoribus renovata Würceburgensis, Bambergensis, Austriaca, Bavarica, Lüneburg., Bremensis, Brandeburgica, Hasso-Casselana, Baruthana, aliæque plures.

a) Egerunt de hoc Humphred. Prideaux *de origine & Jure decimarun* Anonymus C. B. dans *le traité touchant l'origine des dimes & de l'obligatio de les payer* paris. 1687. 4. cujus libelli prolixa recensio extat *in supplementis* actorum erudit. Lips. T. 1. p. 79. seq. ut Anglos Seldenum, Miltonum & Binghamum, qui de origine decimarum concertarunt, de quibus Joan. Albert. Fabricius *in Bibliographia antiquaria* C. 16. §. : conferri potest, silentio praeteream.

b) Conf. Just. Scaliger *de decimis in Lege Dei.* Joh. Conr. Hottinger *decim*

nos autem primis tribus sæculis incognitas, c) a Patribus sæculo IV. commendatas, d) successive consuetudine voluntaria licet non universali introductas e) Sæculo VI. & sequentibus partim Canonibus provinc. f) Partim Regum francorum

decimis Judæorum. alios enumerat JOAN. LUND in denen alten Jüdischen Heiligthümer L. IV. C. 32.

c) Nullum vestigium de hisce temporibus produci poterit, sed fideles ad pedes apostolorum facultates suas deposuerunt Act. Apost. C. 2. conf. FLEURY *in hist. pop. Dei.* Cap. 19.

d) Sæculo IV. deprehenduntur prima vestigia liberæ decimarum oblationis ex AUGUSTINO & HYERONIMO. conf. BINGHAM antiquit. Eccles. Tom. II. L. V. c. V. p. 268. inter patres potissimum ORIGENES obligationes solvendi decimas & primitias admodum ursit. conf. FLEURY dans *L' histoire Eccles.* Tom. 2. p. 161. THOMASINUS *de vet. & nova Ecclesiæ disc.* P. III. L. I. C. 3. §. 9. de cætero frustra invehitur J. H. BÖHMERUS *in Jure Eccles. protest.* L. III. tit. 30. §. 9. contra Patres, *quod improvide egerint in reducendis ex veteri testamento decimis:* Cum enim cessantibus persecutionibus tempore Constantini M. publicum religionis christ. exercitium in Imperio R. introductum fuerit, & Religio Christiana in immensum augeretur, & sic necesse esset noviter conversis populis præficere Episcopos & alios Clericos, qui animarum saluti, docendo, prædicando, & Sacramenta administrando unice incumberent, hi Episcopi & Clerici autem non potuerint vivere vento, cumque secundum Jura tam naturalia quam divina operarius dignus esset mercede, sic omni rationi conforme fuerat, ut quivis populus suum sustentaret Episcopum vel animarum pastorem, jam autem pro sustentanda numerosa hac pro Ecclesiæ tamen salute necessaria multitudine immensis opus fuisset fundationibus pro illorum temporum Conditione nullatenus exspectandis, Elemosinæ ac oblationes partim erant incertæ, partim pro paupertate ævi exiguæ, Constantini etiam & reliquorum Imperatorum Christ. liberalitas erga Ecclesiam licet maxima non tamen sufficerat tot viris Ecclesiasticis per universum Imperium, ne dicam per orbem sustentandis, adeoque secundum nostrum concipiendi modum, si omnia œconomica politicorum excutiamus principia, nullus expeditior modus sustentationis hujus inveniri potuit, quam ut fideles, qui ad sustentationem sui pastoris Jure perfecto obstricti erant, exemplo & modo ex veteri testamento desumpto decimam fructuum persolverent, vel proferat nobis BÖHMERUS inventionum alias fertilis commodiorem pro illis circumstantiis modum sustentandi clerum, ut videamus, an patribus illius ævi fuerit prudentior, & si fuit, dolendum revera, quod ipsius consilia cum detrimento Ecclesiæ Patribus fuerint incognita.

e) In Conciliis sæculi IV. nulla de decimis fit mentio, illa enim, quæ de decimis in Concilio Romano sub Damaso A. 382. statutis producuntur, dubiæ sunt fidei.

f) Sæculo VI. in unico Concilio Matisconensi II. de a. 583. c. 5. in HARDUINI *Collect. Conc.* Tom. III. p. 461. occurrit præceptum de solvendis decimis, ex eodem

corum edictis, g) & denique per Pontificum Romanorum Epistolas decretales univer-

eodem autem simul patet, pene omnes Christianos tum temporis a solvendis decimis (ad quarum præstationem a patribus a tempore sæculi IV. tantum commoniti fuerant fideles, de se autem liberi erat arbitrii) abstinuisse, & vix ulla occurrunt vestigia decimarum sæculo VII., refert saltem HARDUINUS T. III. *Concil.* p. 1772. circa a. 688. Theodori Cantuariensis Capitula ubi C. 24. hæc habentur: *presbyter decimas dare non cogetur.* Et c. 30. *tributum Ecclesiæ sit, sicut consuetudo est provinciæ, tamen ne pauperes in decimis vim patiantur.* Can. 25. CONCILII FRANCOFURT. de an. 794. legitur: *omnis homo ex sua proprietate legitima decimam ad Ecclesiam conferat, experimento enim didicimus in anno, quo illa valida fames irrepsit, ebullire vacuas annonas a dæmonibus devoratas & voces exprobrationis auditas.* In GEORGISCH *Corp. Jur. Germ.* p. 592. & in CONCILIO MOG. de an. 847. *Can.* X. dicitur: *admonendum tamen est, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipse Dari sibi constituit; quia timendum est, siquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.* Eadem repetuntur in CONCILIO MOG. de a. 888. C. 17. ubi additur: *qui vero decimas post crebras admonitiones & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.* Conf. *Can.* 22. *in* HARTZHEMII *Coll. Conc. Germ.* T. II. p. 347. addatur CONCIL. METENSE de eodem a. C. 2. l. c. p. 381. & CONCILIUM TRIBUR. de an. 895. Cap. 13. l. c. p. 395. multis argumentis obligationem solvendarum decimarum inculcat. In SYNODO INGELHEIM: de a. 958. *Can.* 9. l. c. p. 612. statuitur, *ut decimæ, quas Dominus præcipit in horreum suum deferri, si Ecclesiis Dei non fuerint redditæ, sed necessaria cupiditate, quæ sævior ætnæ ignibus ardet, a sæcularibus fuerint retentæ, sæcularia super hoc non exerceantur judicia, nec in forensibus discutiantur causis, sed in S. Synodo ab ipsis Sacerdotibus, quorum deputatæ sunt usibus, quid eximie debeat actitari certis diffiniatur promulgationibus.*

g) Inter Reges francorum primus de decimis aliquid disposuit CLOTARIUS I., qui a. 561. obiit, testante constitutione ejus C. II. in SIRMONDI T. I. *conf. gall.* p. 318. & STEPH. BALUZII T. I. *Capit.* p. 8. dum legitur: *agraria, pascuaria, vel decimas porcorum Ecclesiæ pro fidei nostræ devotione concedimus, ita ut actor aut decimator in rebus Ecclesiæ nullus accedat.* Recte autem animadvertit G. L. BÖHMERUS per hæc exemtionem saltem decimarum Clericis concessam, non decimas assignatas fuisse clericis, hoc enim clare patet ex ultimis verbis: *ita ut actor* (h. e. exactor) *aut decimator in rebus Ecclesiæ nullus accedat,* per hæc enim remissio & non propria concessio indigitatur. CAROLUS M. autem plura dedit de solvendis Ecclesiæ decimis præcepta, sic in *Capitulari* de a. 779. in GEORGISCH l. c. p. 543. disponitur VII. de decimis, *ut unusquisque suam decimam donet, atque per Jussionem Pontificis dispensentur.* In *Capitul.* de a. 801. apud BALUZIUM T. I. *Capit.* p. 359. & in GEORGISCH l. c. p. 623. c. 6. sacerdotibus injungitur, *ut unusquisque cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant, qualiter decimas totius facultatis Ecclesiis divinis debite offerant.* Et in L. 5. c. 191. apud BALUZIUM l. c. p. 841. modus cogendi plebem ad decimas solvendas expri-

universaliter præceptas. h) Partim populo jam Christiano impositas, i) partim cum ipsa fide conversis noviter ad sacra Christiana gentibus k) licet non sine multis sæpe impedimentis ac turbis l) imperatas fuisse.

§. IV.

exprimitur hac ratione: *de decimis, quas populus dare non vult; nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab Episcopo prohibendum est, ne fiat, & siquis contemptor inventus fuerit, & nec Episcopum nec comitem audire voluerit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur, cæteri vero distringantur, ut inviti Ecclesiæ restituant, quod voluntarie dare neglexerunt* in *Capit.* CAROLI M. de an. 805. apud GEORGISCH l. c. p. 702. c. 23. disponitur, *ut decimæ populi dividantur in 4. partes, una pars Episcopo, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta Ecclesiæ in fabricis applicetur, sicut in decreto Gelasii continetur.* in *Capitulari* primo de an. 813. c. 7. iterum fit mentio de decimis; in *Capitulari* quarto de an. 819. l. c. p. 852. c. 5. dicitur: *consideratum est, ut de frugibus terræ & animalium nutrimine nonæ et decimæ persolvantur.* Et in *Cap* 5. de d. a. l. c. p. 857. c. 6. dicitur de nonis & decimis, *ut secundum jussionem nostram dentur.* LUDOV. PIUS I. in Comitiis Wormat. decimas an. 829. confirmavit. Conf. BALUZIUS T. I. *Capit.* p. 267. GEORGISCH l. c. p. 899.

h) Conf. *Capitula* de decimis agentia in DECRETO GRATIANI & *decretalibus* &c.

i) Veluti in gallia & aliis provinciis olim ad Imperium R. spectantibus vel a primis Christi sæculis vel saltem post tempora Constantini M. conversis.

k) Prout constat de Saxonibus & Slavicis populis partim in Germania, partim in Polonia, Livonia, Prussia &c. Habitantibus, nec non de Scotis, Danis, Suecis &c. Hoc tributum enim mox passim noviter conversis imponebatur, nec injuste, alius enim non adfuit modus sustentandi Episcopos & clericos neoconversis necessario præficiendos, adeoque male hujus oneris impositionem adscripsit BÖHMERUS avaritiæ Cleri penitus tum temporis jam corrupti, qui magis bonis laicorum quam animabus inhiasset: perlegantur enim vitæ Episcoporum medii ævi, qui populis infidelibus sæculo octavo, nono & sequentibus prædicaverunt Evangelium, & patebit, quantum illi ab avaritia martyrium plerumque pro mercede ferentes fuerint alieni, impositionem autem hujus tributi efflagitavit necessitas, si unus vel alter Clericus indiscretus excessit, ex illo abusu non tollendus erat legitimus usus, & vitium uni vel alteri proprium universo adscribi haud potest Clericorum ordini.

l) Negari non potest, quod multi populi neoconversi oneri solvendarum decimarum ab initio noluerint se submittere; sic Poloni libentius volebant redire ad paganismum, quam solvere decimas, prout refert DLUGOS. ad a. 1022., motus a Danis & Normannis excitatos refert ADAMUS BREM. in *Hist. Eccles. Brem.* C. 203. & 238. Canutus IV. Daniæ Rex an. 1087. occisus fuit a plebe ob decimas imperatas; de motibus in Scotia excitatis egit GRÆGIUS *in Jure feud.* L. I. tit. 15. §. 6. de Holsatia HELMOLDUS *in Chron. Slavorum* L. I. c. 91. seq. de Thuringia AUCTOR *vitæ Wiperti Comi-*

§. IV.

Exponitur introductio decimarum Ecclesiasticarum in Germania.

Quod autem in specie germaniam concernit, sic germania cisrhenana ad Galliam olim spectans jam a primis sæculis Christiana disciplinam sequebatur Ecclesiæ

Comitis Groicens. C. XI. §. 30. relatus T. I. *rerum Lusat.* p. 27. Wenedi ex causa decimarum contra Christianismum tantum odium conceperant, ut morte gravius existimarent huic tributo subjici, prout narrat CRANTZIUS L. 4. *Wandal.* c. 6. 26. & 40. & in *metropoli* c. 31. 39. & 43.

Verum secundum Ecclesiæ mentem in ejusmodi circumstantiis nunquam cum rigore urgendæ erant decimæ, sed œconomica adhibenda erat benignitas, & si forsan hinc inde excessus quidam commissi erant, adscribi illi haud poterant Ecclesiæ, unde JOANNES Pontifex testante RAYNALDO in *Annal. Eccles.* ad a. 1328. n. 83. ad Clerum Hungaricum rescripsit: *mandamus, quatenus in exigendo decimas ab hujusmodi de novo conversis vos sic benigne & curialiter, quousque conversi ipsi in fide prædicta perfecti, & in ea plenarie roborati fuerint, geratis, quod conversi ipsi se gravatos non reputent, quinimo benignius pertractati alios infideles ad prædictam fidem Catholicam assumendam abducant, & ipsi in fide Catholica devotius perseverent.* In Epistola, quam alii adscribunt Alcuino, alii Carolo M., pariter monentur Episcopi, ne in exigenda decima nimis acerbe cum Neophytis procederent, dum ibi legitur. „ Vestra sanctissima pietas sapienti consilio provideat, si „melius sit rudibus populis in principio fidei jugum imponere decimarum, ut „plena fiat per singulas domus exactio illarum: an Apostoli quoque ab ipso „Deo Christo edocti & ad prædicandum mundo missi exactiones decimarum ex„egissent, vel alicubi demandassent dari, considerandum est. Scimus, quia „decimatio substantiæ nostræ valde bona est, sed melius est illam ammittere, „quam fidem perdere; nos vero in fide Catholica nati, nutriti & edocti vix „consentimus, substantiam nostram pleniter decimari, quanto magis tenera fi„des & infantilis animus & avara mens illarum largitati non consentit? ro„borata vero fide & confirmata consuetudine Christianitatis tunc quasi viris „perfectis fortiora danda sunt præcepta, quæ solida mens religione Christiana non abhorreat. „ De cætero nulla fuit iniquitas, dum subsequentibus temporibus ab ejusmodi populis in fide roboratis secundum leges Ecclesiast. & regias decimæ pro sustentatione Episcoporum & Cleri majori cum rigore urgebantur: Unde ajebat SIFRIDUS Archi-Episc. Mog. in controversia ratione decimarum Thuring. referente LAMBERTO SCHAFFNABURG. ad a. 1073. - in PISTORII *collect. script. rer. germ.* T. I. p. 353. - *Prædecessores suos sua ætate pro suo arbitratu Ecclesiæ Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in fide Auditoribus & pene adhuc neophytis lac potum dedisse, non escam, & sapienti dispensatione multa indulsisse, quæ processu temporis, dum in fide convaluissent, successorum suorum industria resecari vellent, se autem jam adulta vel potius senescente Ecclesia spiritualia comparare spiritualibus, nec jam parvulis lac sed solidum cibum ministrare, atque a filiis Ecclesiæ Leges Eccles.*

Ecclesiæ Gallicanæ, adeoque prout in reliqua Gallia francica decimæ Ecclesiasticæ in usu erant, negligebantur vel ex post vi præceptorum regiorum solvebantur, sic & in illa; in germania autem magna sæculo VIII. demum ad fidem Christianam conversa partim mox cum ipso Christianismo, partim successive introductæ quoque sunt decimæ Ecclesiasticæ, quod in specie constat de Saxonia, cui a Carolo M. decimæ imperatæ sunt, a) de Thuringia, b) terrisque Slavo-

Eccles. exigere. Et in SYNODO BAMBERG. an. 1058. a Gunthario celebrata in HARTZHEMII T. III. *conc. germ.* p. 126. de Bambergensibus dicitur: *erat enim plebs hujus Episcopi, utpote ex maxima parte Slavonica ritibus gentilium dedita, abhorrens a Religione Christiana tam in cognatorum connubiis, quam in decimarum contradictione decretis patrum omnino contraria, quapropter commmuni omnium judicio confirmatum est, ut qui sponte Canonicis Decretis nollent obedire, compellerentur intrare, & qui Canonice banno constrictus non decimaret, bonis suis a Domino suo abdicaretur, donec resipiscere compelleretur.* & THEODERICUS Episcopus Halberstad. in diplomate de a. 1189. in LENZENII *historiæ diplomat. Halberstad.* appendice ait: *insuper sive Magdeburg. Archi-Episcopus & jam dictus Cuno & alii quamplures .... Slavico jure possident bona & homines, qui antiquo Juri suo innitentes decimam dari nondum consentiunt, ita & eodem jure & eadem consuetudine, in qua hactenus manserint, volumus homines Caldebornenses liberos a decima permanere, donec generali consensu homines Magdeburg. Archiepiscopi & Ducis aliorumque principum & ministerialium ad similia impellantur, & donec Dni Apostolici generali de omnibus dato decreto legi Christianæ & Jure synodali stare cohærescant.*

a) Conf. BALUZIUS Tom. I. Capit. p. 246. ubi occurrit Caroli M. *præceptum* de institutione Episcop. per Saxoniam de a. 789. quod alias etiam Privilegium Bremense de a. 788. vocatur, & extat quoque in SCHATENII *Historia Westphaliæ* p. 514. seq. & ejus *Capitulatio* de partibus Saxoniæ l. c. p. 250. & apud GEORGISCH p. 581. ubi postquam C. 16. disposuerat Carolus, ut decima detur Ecclesiis de omni re, quæ ad fiscum pervenerit, C. 17. *Secundum Dei Mandatum præcipit, ut omnes decimam partem substantiæ & Laboris sui Ecclesiis & Sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui similiter & Liti, juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddat. conf.* WOLTERI *Chron.* in MEIBOMII RER. GERM. T. II. p. 23. & Poëta Saxo. ad annum 803. in LEIBNIZII T. I. *script. rer. Brunswic.* p. 153. canit:

At vero certum francorum regibus ullum
Solvere nec penitus deberent, atque tributum
Cunctorum pariter statuit sententia concors
Sed tantum decimas divina lege statutas
Offerrent ac præsulibus parere studerent.

Conf. HERMAN. ADOLPH. MEINDERS JCtus Bülefeld. *de origine & Jure decimarum in Westphalia.* Contra allegata hæc momenta varia quidem a nonnul-

Slavorum *c*) successive subjugatorum, quibus decimarum solutio injuncta fuit, dum in reliquis germaniæ provinciis populus in solvendis decimis legibus tam Eccles. quam Regiis morem gessit. *d*)

§. V.

Refertur Georg. Lud. Böhmeri Sententia de origine decimarum in Germania.

Putant quidam Decimas in Germania omnes ex originibus suis esse Ecclesiasticas & a Clero sensim ad Laicos pervenisse, ita ut vel Laici feudi Jure illas ab Ecclesiasticis acceperint vel Reges & Principes de decimis uti de aliis bonis reditibusque Ecclesiæ pro arbitrio & Lubitu disponentes militibus & Vasallis concesse-

nonullis objici haud ignoro, & quidem 1) allegatum *præceptum* Caroli M. tanquam fictitium rejecit Joh. Georg. Eccardus *in censura diplomatis Carolini de Scholis Osnabrug.* §. 5. & 84. & 2.) ideó pro falso a quibusdam habetur, quod *præceptum* hoc Caroli jam an. 789. datum feratur, cum tamen pax cum Saxonibus, de qua Poeta Saxo cecinit, demum an. 803. inita sit, 3) quod Poetæ Saxonis aliorumque, qui non fuere coævi, auctoritas nullius sit ponderis, verum objectiones hæ non magni sunt Momenti, authoritas enim eruditissimi alias sed non in omnibus infallibilis Eccardi, qui quandoque conjecturis nimium indulsit & sua abusus fuit crisi, tanta non est, ut omnia ab ipso rejecta pro partibus spuriis mox reputare teneamur, præsertim dum Baluzius, Alexander Nat.. aliique primæ Classis Critici de ejus authenta non dubitent; nec obstat 2) quod hoc præceptum datum fuerit ante pacem cum Saxonibus finaliter anno 803. initam. constat enim Saxones sæpius devictos fuisse a francis, novas autem suscitasse seditiones, adeoque *præceptum* quæst. bene latum fuisse potuit an. 789. ubi testante historia francorum Saxones partim pro jam devictis habebantur, partim & de illis adhuc plene subjugandis dubium nullum supererat Carolo, licet finalis submissio mediante pace an. 803. demum subsecuta fuerit; 3) Licet Poëta Saxo non fuerit coævus Carolo M.. ejus tamen asserta ex aliis monumentis fide dignis & a posteriori satis stabiliuntur.

b) Plebs enim etiam in Thuringia solvit Decimas, unde notæ satis erant Ecclesiæ Decimales per Thuringiam, verum Abbates & Nobiles de suis prædiis nolebant solvere Decimas Archi-Episcopo Mogunt. & illi permittere decimationes Ecclesiarum parochialium & exinde enata est controversia, de qua infra fusius.

c) De quibus fusius agetur infra.

d) Non enim scimus fide historica ullam ab aliis germaniæ populis circa solutionem decimarum motam fuisse controversiam, sed Suevi, Franci, Boji & Lotharingi solverunt Episcopis decimas, quod fide innumerorum diplomatum probari potest.

concesserint. *a*) Hos merito perstrinxit GEORG. LUD. BÖHMERUS *b*), indubitatum enim est plurimas Decimas originetenus esse mere laicales; *c*) verum ad aliud extremum declinavit cit. BÖHMERUS, dum in cit. diss. §. 5. & 27. defendere nititur, Thesin universalem, decimas in germania frequentissimas neutiquam ex *originibus suis pro Ecclesiasticis sed secularibus potius habendas esse, easque a secularibus primum ad Ecclesiasticos per dotationes, Donationes aut feudi concessiones pervenisse:*

Thesis hæc, si sua niteretur veritate, insignes produceret effectus, veluti 1) quod semper præsumptio sit, quod decima a Laico possessa pro laicali habenda. 2) Ex hoc fundamento tanquam accessorium semper ei cederent Decimæ novales. 3) Possessor Laicus nunquam ad onera decimis Ecclesiasticis annexa veluti ad sustentandum parochum, conservandamque Ecclesiam paroch. adstrictus esset &c. ad stabiliendam productam hanc noviter thesin germaniæ Episcopis & Clero maxime præjudiciosam (ad quam evertendam neminem ex Catholicis, quantum mihi constat, hactenus scripsisse admodum miror) citatus author multa produxit argumenta quoad formam admodum speciosa, unde generalem fere protestantium tulit applausum; *d*) verum, si accuratius illa examinentur, patet eorum debilitas, adeoque ad stabiliendum nostrum de decimis systema evertendum prius venit systema Böhmerianum, ac recensenda erunt refutandaque secundum ordinem omnia BÖHMERI argumenta, quæ eo potissimum redeunt:

1) Quod a) Romani agros suos vectigales præsertim incultos ea lege locarint, ut ex eorum proventu Decima pars reipublicæ tribueretur, adeoque Romanos Inventores fuisse Decimarum: sicut autem b) franci plurima Romanorum instituta adoptassent, sic etiam didicerint ac introduxerint Decimas in occupatis provinciis tributariis & Emphyteuticariis, imo c) par sit credere in Vetustis chartis Libertatis Vocabulo *tributum vel teloneum* decimas subinde comprehendi, unde in quodam diplomate occurrat *Zollcorn*, hinc esse d) quod apud

a) Inter sic sentientes retulit G. L. BÖHMER venerabilem parentem J. H. BÖHMERUM *Jur. Eccles. protest.* T. III. L. 3. tit. 30. §. 54. seq. & JOH. JACOB. REINHARD. Juristisch: und Historische kleine Ausführungen diss. 8. §. 7. & 8. MEINDERS *de origine decimarum in Westphal.* p. 449. &c.

b) In cit. diss. *de origine & ratione decimarum in germania.*

c) De quibus §pho seq. fusius.

d) BUDER in *Bibliotheca juris* scribit, *origines decimarum germaniæ: ex genuinis fontibus deduxit G. L. Böhmerus.* Et cit. C. F. Harpprecht. in Diss. de jure Decimatoris Universalis &c. de eo scribit, *quod Thema suum egregie absolverit.* Non tamen approbavit ejus principia, quin ipsum nominarit, DAVID GEORG. STRUBEN Neben-Stund. T. V. p. 190. seq.

pud eas gentes, inter quas arma victricia Romani & Franci haud circumtulere, Decimarum Dominicarum aut sæcularium tot exempla non deprehendamus, adeoque credibile esse e), francos ejusmodi agros Decimales seu vectigales in iis provinciis, ubi Romanorum arma penetrarunt, offendisse eosque retentos fisco suo vindicasse, nec minus f) ad fidem pronius esse, quod uti apud Romanos civitates, ac alii privati in constituendis Emphyteusibus exemplum populi in agris publicis in Emphyteusin dandis secuti sunt, ita id ipsum in germania quoque factum sit.

2). Quod ideo etiam tanta in germania terris incultis repleta decimarum copia exorta sit, cum enim erectis Ecclesiis plurimæ terræ incultæ assignatæ sint, deinde & nobiles ejusmodi terras allodiis suis conjunctas habuerint, aut a Regibus acceperint, sic verisimillimum esse Ecclesias, Principes, & Primarios nobiles in terris suis præsertim incultis Decimas loco Canonis introduxisse, quod pateret ex diplomate Archi-Episcopi Mog., qui terram quandam incultam concesserit, ut jure decimæ solverentur 40. carratæ vini.

3) Quod a) tempore Caroli M. præceptum de Decimis Ecclesiis solvendis datum non fuerit, & quæ eo ævo acta sunt, id modo prodant, quod decimas tantum personales omnium substantiarum tanquam oblationes tam ab ingenuis quam aliis præstandas introducere constitutum fuerit, id vero b) tantum ab plebem proprie sic dictam, sive paroecos, minime vero ad terras indominicatas & ad Principes & Dynastas, eorumque allodia & proprietates hominesque proprietarios spectarit, & quod c) ex Epistola Alcuini ad Carolum M de an. 797. pateat, ejusmodi præstationes non ex agris sed ex singulis Domibus exactas esse: vocari porro *Decimationem substantiæ nostræ*. Quod etiam CAROLUS M. in *Capitul.* de part. Saxon. c. 17. appellet *Decimam partem substantiæ Laboris sui* & d) in *Capitul. Episcop.* C. 6. *ut unusquisque Sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant, qualiter decimas totius facultatis Ecclesiis divinis debite offerant* -- quæ verba uti solummodo oblationis mentionem continent, ita admonitionis vim tantum habeant, & quod sic reliqua *capitularia* explicanda sint, & quidem eo magis, cum e) jus Decimas remediis Civilibus coactivis exigendi negatum fuerit, siquidem CAROLUS M. L. 2. Cap. 39. Episcopis diserte inhibeat, *ne ad eas solvendas per Wadios homines*, scilicet executive, & judicialiter cogerent, & quod f) Cap. 101. L. V. item cap. 100. & 101. *addit.* IV. de decimis ex agris Ecclesiæ solvendis intelligenda sint, idque ex ea potissimum ratione, quod in *addit.* IV. præcedens 99. & sequentia 102. & 103. Capitularia de fundis Ecclesiæ beneficiario jure possessis agant, si autem hæc capitularia atque Lex Ludovici Pii 34. de decimis realibus ex obligatione debitis essent accipienda, de plebe tantum ibidem illud disponatur, nobiles autem & Dynastas, eorumque

homines

homines atque bona Regia indominicata saltem, eo temporis tractu jam ad certas parochias Episcopales & plebanos relata fuisse, nullis indiciis compertum sit, constare potius g) non modo Reges sed etiam Principes & Dynastas tum in terris suæ proprietatis, tum extra illas complures novas Ecclesias & Capellas exstruxisse.

4) Quod dubium supersit veritatis quandam speciem præseferens, an Carolus M. Saxones Imperio suo subjectos, prout vulgo fertur, ut tributarios ad solvendas Ecclesiis Decimas obstrinxerit, quas ad fiscum trahere potuisset, potius ipsum Caroli M. praceptum de institutione Episcoporum per Saxon. de an. 789. ostendere, quod, quanquam Carolus M. Saxonibus tanquam genti *devictæ* tributum decimarum fiscali Jure imponere potuerit, eos tamen ab omni censu Regi debito liberaverit, eosque Christo subjecerit tributarios & subjugales, ut tanquam Christi tributarii Salvatori ejusque Sacerdotibus Decimas persolverent.

Verum hoc exemplum origines Decimarum in Germania Laicales non impugnare, sed potius confirmare, *tributarium* enim & *Decimale* unum idemque significasse & patere francos similiter atque Romanos devictis gentibus decimarum tributum imponere solitos fuisse.

5) Si etiam præceptum Caroli M. de institutione Episcoporum Saxon. & Privilegium Verdense pro genuinis habenda forent, pertinerent illa saltem ad horum Episcopatuum tractus, nec vim generalis præcepti fuissent sortita, & quod præceptum Caroli M. de Decimis non ubique invaluerit, exinde patere, cum 1) in ipsa Alcuini Epistola moneantur Episcopi, ne in exigendis decimis nimis contra Saxones sint rigorosi, 2) bellum cum Saxonibus gestum non a. 789. sed an. 803. demum confectum sit, neque de conditionibus pacis scriptores hujus ævi quid memorent. 3) Documenta plurima doceant in Saxonia seu veteri Westphalia Reges in ipsis Episcopatibus decimas in sua retinuisse potestate, licet probabiliter Episcopi quoque terras incultas sibi datas, prout moris fuerat inter francos, jure decimali locaverint. Quinimo 4) ipsæ Ecclesiæ subinde decimales fuerint, si autem ipsæ Ecclesiæ decimales fuerint, uti & in Thuringia, non potuerit jus decimandi Clericorum stabilitum fuisse.

6) Ex diplomatibus patere præsertim in Dominicatis mansis jus decimandi Clericis haud competiisse in Universum, itaque existimare liceat, decimas non tantum saltem in genere in iis locis, ubi Rex plenissima jura fisci tenuit, velut in urbibus, verum etiam in allodiis & proprietatibus Principum & Dynastarum, quibus cum eodem modo omnia fisci jura & sic dicta regalia lucrativa

 conjun-

conjuncta fuerunt, quæque regalem habuerunt immunitatem, neutiquam ad Ecclesiasticos sed ad Dominos tunc pertinuisse; & quod etiam extra Saxoniam decimæ ad sæculares proprie pertinuerint, eatenus varia allegantur diplomata, ubi Duces Loth. & alii monasteriis donarunt villas cum decimis, quas in banno villæ habuerunt, adeoque decimas ad bannum villarum & ad sæculares spectasse, & quod AIMOINUS *in vita Abbonis floriac. Abbatis* C. 9. memoret, *decimas a laicis ut plurimum occupatas*, id est possessas esse, quod scilicet Ecclesiastici pro occupatione habuissent.

7) Licet Episcopi plures habuerint decimas, in terris scilicet in feudum cum banno Regio & regalibus fisci ac jure decimarum concessis, tamen quod universaliter decimas habuerint, repugnare thes: illi Ecclesiæ Rom. *Decimas parochis jure debitas fuisse*, siquidem jam initio Sæculi IX. in Conciliis hæc sententia invaluerit *decimas personales*, *quo quis per anni spatium sacris assistet*, *solvendas esse*, ut pateret ex CONCILIO CABILON: IIdo de an. 813. Can. 9.

8) Quod tandem nimio Religionis Zelo atque Clericorum authoritate sub ignorantiæ præsidiis invalescente Clerici omnibus nervis atque astutia Laicos mira & vanissima superstitione fere oppressos ad credendum inducere contenderint, decimas ex jure divino unice Sacerdotibus præstandas esse, a laicis vero non posse sine peccato possideri, multos itaque, ut decimas suas Ecclesiis & Capitulis offerrent, jure feudi ab iisdem recipiendas, invitarint, ex quibus non minus ac ex decimis in feudum datis dictæ fuerint decimæ infeudatæ, & sic Clerici laborarint, ut decimas ad se pertraherent, cui autem se opposuissent Germani libertatis tenaces, prout pateret ex controversia Thuring.

9) Quod in quibusdam conciliis quidem decimæ laicis injunctæ fuerint, quin tamen in germania Decimæ universim Clero cesserint, quod pateret ex diplomatibus, vi quorum Principes & Laici libere de decimis disposuissent, nec negare Canonistas plurimas Laicos retinuisset decimas.

§. VI.

Refutantur Böhmeri Argumenta.

Verum nullo modo ad stabiliendam prædictam thesin sufficiunt hæc argumenta partim falsa, partim in meris fundata conjecturis, partim ad rem haud facientia.

Nam quoad 1um transeat a), quod Romani fundos pub. & hostibus ablatos ita qua domini locarint aliis, ut hi per modum census decimam partem fructuum

fructuum solverent *a*) adinstar aliorum colonorum partiariorum partem quotam fructuum pro locario Domino præstantium, census enim hic Domino fundi seu locatori præstitus cum nostris decimis, de quibus modo est quæstio, quæ non dominis fundi mercedis loco tanquam locatoribus sed aliis præstantur, in nullam duci potest comparationem, adeoque falsum est Romanos Decimarum in sensu proprio fuisse inventores: b) transeat, quod franci aliquot Romanorum instituta, plurima enim in Domesticis fundabantur principiis, imitati fuerint, falsum autem est & nullo monumento historico probari poterit, quod franci in occupatis noviter provinciis introduxerint decimas: GREGORIUS TURONENSIS, FREDEGARIUS SCHOLAST. AIMOINUS, & alii Annalium francorum scriptores hoc institutum notatu dignissimum, si introductum fuisset, referre haud neglexissent, si francis in usu fuisset; tributa autem, quæ a francis a variis populis exigebantur, non in fructibus, sed in certo pecorum numero consistebant, prout satis constat iis, qui historiam francorum vel a Limine salutarunt, & de quo infra uberius erit agendi occasio. c) Transeat, quod in uno vel altero diplomate Vocabula *tributum & teloneum* decimas denotarint, & dum teloneum solutum fuit in natura priscis temporibus, decima pars data fuerit frumenti, sicut plerumque data fuit decima libra piperis, & inde occurrat vocabulum Zollkorn, prout occurrit Zollpfeffer ꝛc. quid inde? transeat d) apud populos a Romanis & francis non devictos, quod tamen haud probatum fuit, tot decimarum dominicarum exempla non deprehendi, cuivis enim genti sui arrident mores & ab instituto unius gentis duci nequit argumentum ad alium. e) Transeat francos quosdam agros decimales in provinciis Romanis a se occupatis inventos fisco suo vindicasse, in Germania enim Cisrhenana & Norico, quorum incolis tanquam dedititiis suæ possessiones a Romanis relictæ fuerunt, multi ejusmodi agri fingi nequeunt, Germaniam autem magnam nunquam devicerant Romani, & sic in hac nulli supponi possunt agri vectigales. *b*) Transeat denique f) incolas Germaniæ in constitutis noviter Emphyteusibus, ratione cujus tamen adhuc varia opponi possent, Canonis loco decimam fructuum partem sibi stipulatos fuisse: ex omnibus hisce nihil aliud evincitur, quam in usu fuisse priscis temporibus decimam fructuum partem solvi a Colonis, & hodie adhuc tales superesse

a) De hoc enim censu Romanorum decimali frequens occurrit mentio, sic CICERO *in Verrem.* III. 7. facit mentionem decimæ partis vini & fructuum in sicilia solutæ. & TACITUS de M. G. c. 29. facit mentionem illorum, qui decumates agros exercent, unde frumentum Decumanum notum erat.

b) Decumates enim agri in Germania magna a Romanis ordinati, de quibus mentio fit in L. XI. *de Evict.* conf. MASCOV. Geschichten der Teutschen L. IV. §. 9. expulsis Romanis mox iterum cessarunt.

peresse posse, non autem exinde stabilitur Thesis omnes hodiernas decimas originetenus esse Laicales. Nec

2dum *Argumentum* aliquid ponderis addit, transeat enim in Germania terris incultis repleta a Dominis fundorum sterilium hinc inde terras incultas colonis reservata Canonis loco decima fructuum parte tributas esse, talis enim canon in recognitionem Dominis solvendus multum differt a decima proprie tali, nec bene huc quadrat exemplum Archi-Episcopi Mog., qui non solum fuit Dominus fundi, sed & qua Episcopus ad decimas novales, prout infra deducetur, jus quæsitum habuit.

Quoad 3tium quod a Carolo M. a) præceptum datum fuerit de solvendis Ecclesiis decimis, patet ex verbis supra relatis, dum ait CAROLUS: *Secundum Dei Mandatum præcipimus* (non ait consulimus, prout vult BÖHMERUS) *ut omnes decimam partem substantiæ & laboris sui Ecclesiis & Sacerdotibus donent.* Nulla ibi fit restrictio *ad decimas personales*, sed imperantur *decimæ substantiæ & Laboris*, quid autem per *decimas Laboris* denotatur, nisi *Decima fructuum* ex labore & agricultura provenientium? nec tanquam *oblatio voluntaria*, prout vult Böhmerus, persuasa fuit Saxonibus præstatio decimarum a Carolo, sed *præcepta* fuit exsolutio, adeoque frivola hæc est verborum cavillatio. b) Falso asserit BÖHMERUS, hoc decimarum præceptum tantum spectasse ad plebejos & parœcos non autem ad Dynastas: expresse enim ait Carolus: *donent tam nobiles quam ingenui similiter & Liti.* Constat autem ex historia Caroli M. & primis principiis juris germ. olim in Saxonia & reliqua francia triplicem fuisse civium classem, nobilium, ad quos spectarunt Principes, Dynastæ, & Comites, 2) ingenuos, seu militares ac Equestres, & denique servos seu Rusticos, qui olim *Liti*, *Leudi &c.* dicebantur, adeoque non tantum plebejis sive *Litis* sed sub nomine nobilium Dynastis & Principibus decimæ sunt injunctæ; transmittamus etiam ex supposito nobilium Saxoniæ possessiones, quæ tum temporis non ex integris, sicut hodie, consistebant territoriis, sed saltem ex prædiis & villis per amplissimam Saxoniam hinc inde dispersis, a decimis fuisse exemptas, quid inde fluit, nisi quod dentur variæ terræ a decimis Ecclesiast. ab antiquo immunes? non autem sequitur omnes Decimas a Laicis hodie in Westphalia possessas esse originetenus Laicales. c) transeat, quod in cit. Epistola Alcuini dicatur *Decimas per singulas domos exigendas esse*, inde autem non sequitur decimas fructuum agrorum non solutas esse, annon enim per singulas domos frumenti excussi portio Decima, prout tum temporis indubie obtinuit, & adhuc hodie cum Decima Saccaria vulgo Sackzehenden quandoque fieri solet, exigi potuit? quod autem ita obtinuerit, clarissime exinde patet, quia in Archi Episcopatu Trevir. Westphaliæ & antiquæ Saxo-

Saxoniæ vicino uſque ad ſeculi XIV. tempora decimæ eodem modo fuerunt ſolutæ. prout convincitur ex CONCILIO TREVIR. PROVINC. de a. 1310. in HARTZHEMII *conc. germ.* T. IV. p. 134. ubi *Can.* 24. hæc leguntur: *item Decimæ prædiales non in domibus, ſicut hactenus in pleriſque Locis fieri conſuevit, ſed in agris vineisque, pratis & in aliis locis, ex quibus proveniunt, ſub pœna excommunicationis integraliter perſolvantur nullis deductis expenſis, quæ factæ fuerint circa rem hujusmodi decimandam.* Ne dicam, prout aliqui volunt, per domos ibi familias denotatas fuiſſe: fruſtra etiam BÖHMERUS cavillatur verba *decimæ ſubſtantiæ*, quod enim per hæc verba decimæ fructuum & animalium intelligantur, patet partim ex additis verbis: *& Laboris*, partim ipſa res loquitur: in quo enim conſiſtebat tum temporis Saxonum ſubſtantia, niſi in fructibus & pecudibus? & hujus ſubſtantiæ ſolvebant Decimam; quod enim Decimam partem fundorum haud dederint ſingulis annis, per ſe patet, cum hac ratione ſucceſſive Eccleſiæ omnes accepiſſent terras incolarum Saxoniæ, partim denique patet a poſteriori, dum Epiſcopi Weſtphaliæ decimas fructuum & animalium poſt hæc tempora ſemper perceperunt, & adhuc magna ex parte percipiunt uſque ad hodiernum diem. Et dum d) ex deductis jam patet, quod exſolutio decimarum *præcepta* fuerit, fruſtra in allegato CAPITULARI taxatur vocabulum *offerant*, cum oblatio fuerit neceſſaria ac præcepta non autem ex monitione libertatis & arbitrii, & licet ad e) Carolus M. injungat Epiſcopis, ne contra neo-converſos in exigendis decimis mox tam rigoroſe procedant, hoc diſpoſuit ex prudentiæ regulis, ſæpius enim Lex non poteſt cum rigore dari executioni, ex quo autem non ſequitur legem haud fuiſſe datam, nam in eodem L. 2. Cap. 38. ait idem Carolus: *qui decimas poſt Crebras admonitiones & prædicationes Sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur*, & ſic coërcitionem Eccleſiaſticam adhiberi voluit, & evoluto aliquo temporis ſpatio etiam executionem rigoroſam imperavit, & diſpoſuit idem Carolus L. V. *capit.* 101. ſupra allegato, ut ſcilicet *nolens ſolvere decimas, ſi vaſallus fuerit, ad præſentiam Regis venire compellatur, cæteri vero diſtringantur, ut inviti Eccleſiæ reſtituant, quod voluntarie dare neglexerunt.* & licet f) in allegatis Capitularibus de fundis Eccleſiarum beneficiario Jure poſſeſſis agatur, quod tamen ſimul etiam generaliter ſolutio decimarum omnibus & non ſolum plebejis præcipiatur, ex perlectione dictorum Capitulorum & locis ſupra allegatis eſt manifeſtum, neque obſtat, quod prædia & fiſci Regii indominicati vel a Rege vel ab aliis poſſeſſi a ſolvendis Epiſcopo Decimis fuerint immunes, hoc enim ſaltem denuo, quod variæ decimæ Laicales, quod haud negamus, obtinuerint, evincitur. Nec g) obſtat, Reges, Principes & Dynaſtas in ſuis fundis a Decimis Eccleſ liberis ſæpius fundaſſe Eccleſias & Capellas, de quo autem infra fuſius agetur.

4tum *Argumentum* plane eſt irrelevans, impingitque contra omnem fidem hiſtoricam, non enim ſequitur: 1) Carolus M. potuiſſet Decimas Saxonibus

impositas suo fisco vindicare, ergo non assignavit Ecclesiis? non enim quid fieri potuisset, sed quid actu factum fuerit, fide historica, in considerationem venit, neque 2do ex allegato Caroli M. præcepto eruitur, quod franci populis devictis decimarum tributum imponere soliti fuerint, & quod Decima fisco alias solvenda seu Laicalis tantum assignata fuerit Ecclesiis, nam franci nunquam secundum supra adducta populis devictis (quod in medio ævo in occidente non amplius fuit in usu *c*), sed cum Republica Romana eviluit) imposuerunt decimas, consequenter nec intendebant ratione Saxonum, nec Saxones licet francis antea tributarii loco tributi unquam solverunt Decimas, sed tantum certam equorum vel pecorum quantitatem tributi loco præstiterunt *d*); hoc tributum fuit Laicale, non autem translatum a Carolo M. in Ecclesias, sed hoc consuetum tributum Saxonibus plane fuit remissum, ut essent adinstar francorum liber populus: *e*) impositæ autem sunt Decimæ originetenus Ecclesiasticæ *ex jure divino* solvendæ *f*) quas & solvebant Ecclesiis franci, adeoque patet, quam inconcinne BÖHMERUS contra omnem fidem historicam velit Decimas Saxonibus impositas originetenus fuisse Laicales fisco Regio solvendas; patet exinde quam male confundat Decimas Ecclesiasticas Saxonibus impositas cum tributo ante conversionem soluto, & quam præpostere hic *Decimas* & *tributum* esse synonyma comminiscatur: nec stringit

5tum *Argumentum*, licet enim transmittatur præceptum Caroli M. ratione Saxoniæ datum non concernere terras extra Saxoniam, allegata tamen supra reliqua edicta Caroli M. circa Decimas intuitu universæ Monarchiæ franc lata fuerunt, neç 1) & 2) ex allegata Alcuini Epistola, quod prædictum præceptum ante conclusam cum Saxonibus pacem ferri non potuerit, nec ex silentio scriptorum Coævorum conditiones pacis non clare exprimentium (ad quæ argumenta

c) Sic populi Slavici, Dani Cismarini, Poloni, Hunnique Germanis fuere tributarii, imo ipsi Germani per tempus tributarii erant Hunnis, illa tributa autem non consistebant in decimis fructuum sed in pecunia partim, partim in pecoribus & equis.

d) Sic *quingentas Vaccas inferendales* annis singulis a Clothario Seniore censiti reddebant, prout refert FREDEGARIUS SCHOL. c. 74. ad an. 631. edit. Ruin. p. 647. conf. ANNALES *francorum incerti anthoris* in PITHOEI *script.* XI. p. 5. ad an. 758. GREG. TURON. L. IV. c. 14. ANNALES HILDESHEIM in LEIBNIZII T. I. *script. Brunswic.* p. 712. ubi legitur: *Pippinus Saxones bello superat, equos CCC. reddere in tributum promittunt &c.*

e) De quibus fusius egerunt CONRINGIUS *de Germ. Imp. civibus* §. 25. seq. alleg. MEINDERS in cit. tr. *de statu Religionis & Reipub. sub Carolo M. &c.* & *in vindiciis Libertatis antiquæ Saxoniæ &c.*

f) Dum dicit Carolus *Secundum Dei Mandatum præcipimus ... juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddat.*

menta ſupra jam reſponſum fuit) aliquid inferri poteſt. 3) Tranſeat, quod in Epiſcopatibus Weſtphaliæ Reges certas Decimas retinuerint, hæ enim fuere Laicales, nec negamus, fiſcos Regios ſicut in aliis provinciis, ſic & in Saxonia a Decimis Eccleſiaſticis fuiſſe Liberos, verum præter haſce Decimas Laicales plurimæ & potiſſimæ tamen erant Eccleſiaſticæ originetenus ad Epiſcopos ſpectantes. Dum autem 4) ait BÖHMERUS, quod ſubinde ipſæ Eccleſiæ fuerint decimales uti & in Thuringia, & ſic jus decimandi Epiſcoporum non potuerit eſſe ſtabilitum, prodit, quod nequidem ſciat, quid per Eccleſias decimales intelligatur, non enim prout putat, Eccleſia Decimalis eſt illa, quæ ſolvit decimas, ſed cui a Parochianis ſolvuntur Decimæ, tales autem Eccleſiæ cum decimis, prout infra deducetur, ſpectabant ad Epiſcopos.

Quoad 6tum conceditur Clericos non habuiſſe Decimas Eccleſ. in manſis Regiis & indominicatis, *g*) Sive tales ab ipſis Regibus fuerint poſſeſſi, ſive a Vaſallis Regem repræſentantibus, & ſic nec mirandum Principes & Dynaſtas tales villas cum Decimis ad talium villarum bannum ſpectantibus donaſſe ſæpius Eccleſiis & Monaſteriis, ex hoc autem non ſequitur, prout inferre vult BÖHMERUS, omnes Decimas indiſtincte ſpectaſſe ad bannum villarum & ſæculares fuiſſe, & quod AIMOINUS de laicis Decimas Eccleſiaſticas injuſte occupantibus loquatur, patet perlegenti adeoque ridicule exinde deducitur argumentum Decimas originetenus eſſe ſæculares.

7mo verum eſt, quod Epiſcopi multa bona fiſcalia a Regibus acceperint cum banno Regio & jure Decimandi, cujus plura exempla infra producentur, verum hæ Decimæ originetenus Laicales particulari titulo poſſeſſæ, paucæ numero erant habito reſpectu ad Decimas univerſales, quæ ipſis qua Epiſcopis competebant, nec obſtat univerſalitati huic decimarum Jus Can. parochis Decimas tribuens, cum circa hoc caput in germania nunquam fuerit receptum, de quo fuſius infra.

Quoad 8vum juſte Epiſcopi jus ſuum ad decimas Eccleſiaſticas tam per Canones quam præcepta Regia ſtabilitum urgebant, recte proponebant Laicis tales Decimas ſine titulo uſurpatas, de quo infra, ſine peccato poſſideri non poſſe, falſiſſimum autem eſt, quod per artes *h*) Decimas originetenus Laicales ad

g) Licet enim Carolus M. Secundum ſupra deducta præceperit etiam de bonis fiſcalinis ſolvendas eſſe Decimas, probabilius tamen ſequentibus temporibus non fuit obſervatum.

h) Non negamus ſicut in omnibus, ſic & in inducendis variis populis ad ſolvendas decimas quoad modum hinc inde fuiſſe exceſſus commiſſos a variis Clericis, qui adhibuerunt illud adagium: *quod vis non potuit, fraus pia fecit opus.* Adeoque tranſeat varias homilias Decimas ex jure divino præcipien-

ad ſe pertraxerit univerſaliter Clerus, & exinde ſolummodo decimæ infeudatæ enatæ ſint, hæ enim, prout infra fuſius deducetur, ex feudis originetenus Eccleſiaſticis maxima ex parte ſunt conſtitutæ.

Ad 9um denique verum eſt in variis conciliis extraditionem decimarum originetenus Eccleſiaſticarum a Laicis poſſeſſarum (nam de his unice quæſtio erat non de Decimis originetenus Laicis) injunctam eſſe, verum etiam eſt, quod tales diſpoſitiones in Germania ratione Laicorum, qui Decimas juſto titulo ab Epiſcopis obtinuerant, imo etiam ratione variorum uſurpatorum non habuiſſe effectum, conceditur, quod Laici partim de Decimis mere laicalibus, partim de Eccleſiaſticis juſte ad ſe translatis & poſſeſſis libere diſpoſuerint, & ſic laicos plurimas retinuiſſe Decimas, verum hæc omnia haud evincunt Theſin a BÖHMERO propoſitam: *Decimas in Germania originetenus eſſe Laicales & indiſtincte pro talibus habendas eſſe.*

§. VII.

In Germania bene diſtinguendæ ſunt Decimæ Laicales ab Eccleſiaſticis & de hujus diſtinctionis effectu.

Media igitur tenenda eſt ſententia, ſtabiliendumque principium occurrere in germania partim decimas originetenus Laicas partim decimas originetenus

cipientes afflictas fuiſſe Eccleſiæ primitivæ patribus; tranſeat, quod aliqui, ſi fabula vera, ſimplicioribus perſuaſerint, quod Ciconiæ tanquam aves boni ominis in nullo commorari ſoleant loco, cujus incolæ decimas non præſtent; tranſeat ſæculo VIII. Epiſtolam ab ipſo Deo prætenſe ſcriptam & in Oriente per Archangelum Michaëlem cœlo delatam, qua gravibus ſub pœnis decimarum præſtatio fidelis & exacta injungebatur humano generi, circumlatam fuiſſe, quam exhibet JOH. ALB. FABRICIUS in *codice apogrypho novi teſtam.* p. 309. ſeq. ex hoc enim non ſequitur Theſis indefinita: decimas a Clero per fraudes introductas fuiſſe; conſtat enim pariter circa reliquias, miracula &c. ſæpius a malevolis commiſſas fuiſſe fraudes, quia autem exinde inferat omnes reliquias & miracula &c. doloſe fuiſſe conficta? fraudes ejusmodi deteſtata ſemper fuit Eccleſia, & plurima conciliorum Decreta eatenus afferre poſſemus, & in actis ſynodi Romanæ ſub Zacharia Pontif. a. 745. habitæ, quibus prædicta Epiſtola inſerta eſt, Pontifex dixit: *pro certo fratres chariſſimi, iſte Adelbertus* (erat hic Epiſcopus Galliæ, qui dictam Epiſtolam jactitavit tanquam palladium de cœlo delapſum) *in inſaniam eſt converſus, & omnes qui utuntur ſcelerata hac Epiſtola more parvulorum absque memoria mentium ſunt, & muliebribus ſenſibus inſaniunt.* An. 1005. in ſynodo Conſtans. Pariter ſimilis Epiſtola fictitie de cœlo delapſa condemnata fuit. Conf. HARTZHEIM. Tom. III. *Conc. germ.* p. 27. Petrus Eremita & alii falſarii circumtulerunt ſimiles Epiſtolas: conf. J. ANDR. SCHMID. *Diſſ. de Epiſtolis cœlo & inferno delatis*, quis autem ſanæ mentis illas Eccleſiæ adſcribat?

nus Ecclesiasticas, cum autem quoad effectus illæ maxime ab invicem distent, sic enata super decimis controversia ante omnia a judice in decimarum, de quibus quæritur, origines inquirendum erit, quo decidendi principio neglecto plurimis ansa præberetur, erroribus; ad decimas autem originetenus Laicas potissimum referendæ sunt decimæ sic dictæ *Salicæ*, a) *Dominicales* seu *indominicatæ*, item *regales* ac *fiscalina*, quæ ex fundis Dominicis & fiscis Regiis ab omni decima Eccles. immunibus solvebantur regibus germaniæ, vel ex concessione Regum possidentibus, qui autem Reges vel possessores sæpius tales decimas originetenus mere Laicales expost contulerunt vel Episcopis vel Ecclesiis vel Monasteriis; & de hisce decimis Laic. frequens in diplomatibus fit mentio, & longe plura ac solidiora, quam BÖHMERUS adduxit, produci possunt: b) sic LUDOVICUS PIUS J. monasterio Corbejensi donavit cellam juris sui, quæ vocatur Meppia, *cum decimis & possessionibus undique ad eam pertinentibus*, & Ecclesiam Eresburg., quam Carolus M. *decimis dotavit circum quaque habitantium per duas saxonicas rastas.* Conf diploma in HARTZHEMII *Conc. Germ.* Tom. II. p. 167. & LUDOVICUS GERMAN. in diplomate de a. 855. in SCHATENII *Annal. Paderborn.* L. 2. p. 143. eidem Corbejensi Monasterio donavit: *cellulam quandam juris sui vocatam Fischböcki cum omnibus rebus, appendiciis, decimis, sylvis &c.* CAROLUS CRASSUS vi diplomatis de a. 886. in HONTHEMII *hist. dipl. Trev.* T. I. p. 225. Ecclesiæ Sancti Dagoberti de Stenaco Diœces. Trevir. concessit: *ut quidquid ex fisco Sathanacense & Mousense exit de agris, pratis, vineis atque sylvis, sive de Nutrimine seu de omni censu* decima pars *detur in usus*

a) Reverendis. HONTHEMIUS in *Hist. dipl. Trevir.* Tom. I. p. 231. recte notat, quod salicæ seu Dominicales decimæ dicantur illæ, quæ ex elocatis aut Clientibus in beneficium datis agris prædii Domino penditabantur; & L. c. p. 288. ait: *Salica Decimatio est decima illa frugum pars, quæ a vasallo penditur Domino ex prædiis salicis, quæ curtilia prædia vulgo* Hoff-Güther, *fuerunt in beneficium data.* Et p. 361. *sale autem aut sele veteribus Domum, villam aut curtem designat.* ECKARD *ad Leg. sal.* p. 26. & 107. *hinc & antiquus Glossator Prumiensis* CÆSARIUS *mansos indominicatos agros Curiæ appellat vulgariter selgunt dictos, salicæ igitur seu selicæ decimationes sunt, quæ ex prædiis, curtibus* Hoff-Güther *in beneficium datis aut alias in decimam elocatis penduntur Domino, hodie adhuc in superiori Diœcesi Trevir. frequentes supersunt decimæ dispersis per campos prædiis affixæ* Selzehend *dictæ.* Et hæc adhuc innumeris aliis monumentis confirmari possent conf. de PLOENIES in diff. *de Minister.* p. 6. & ESTOR in denen Anmerkungen über das Staats- und Kirchen-Recht p. 561. §. 381. inde etiam dicuntur die Saal-Güther, Saal-Gericht &c. & hic Moguntiæ floruit familia deren Selenhoven a curia seu palatio regio ita dictorum.

b) Quid tempore Regum francorum circa hanc decimam obtinuerit, exponunt HERTIUS vol. 2. Tom. I. opusc. p. 209. & Tom. II. p. 140. & de WESTPHALEN in præfatione ad Tom. IV. *monum. inedit.* p. 86.

usus fratrum ibidem Deo famulantium. Et L. c. p. 231. ARNUIPHUS Germ. Rex a. 893. monasterio Sancti Maximini prope Treviros concessit inter alia *omnes Abbatiæ S. Maximini salicas decimationes in usus hospitum peregrinorum & pauperum.* Idem ARNULPHUS a. 897. vi diplomatis in SCHANATI *hist. Wormat. cod. dipl.* p. 10. n. XI. Ecclesiæ cathedr. Wormat. *Decimationem totius salicæ terræ in Locis alceja & Scafhuson & Ulvenesheim & Rogkenhuson & in villis ad Rogkenhuson pertinentibus de Gunzenfurdi usque in mediam Liutram decimum denarium; & decimum porcum & decimum pullum & decimum maltrarium de sylva, & si quando extirpata fuerit, decimum manipulum & in pratis decimam Karratam fœni & cæterarum rerum, quæ merito decimari possunt, decimam potestativa manu donavit;* & OTTO M. J. in diplomate de a. 956. apud HONTHEIM l. c. p. 288. & apud GUDENUS *in Cod. dipl.* T. II. p. 2. seq. prædicto monasterio S. Maximini concesso cum tales Dominicales, *quas vulgo salicas vocant decimationes, quoniam essent regales & nulli unquam termino Episcopali vel Ecclesiæ subjacentes* memorato Monasterio S. Maximini successive iterum essent ablatæ & sic cessaret hospitalitas, illi iterum restituit *cunctas Abbatiæ S. Maximini Dominicales, quas vulgo salicas decimationes vocant, in quocunque Regni sui Episcopio, c)* parochia terminove sint sitæ. Idem OTTO M. a. 962. apud HONTHEIM l. c. p. 293. eidem Monasterio confirmavit omnes Sancti Maximini Ecclesias cum decimis & *salicis decimationibus & ut nullus Successorum Regum vel Imperatorum neque Abbas aliquam de prædictis curtem vel Ecclesiam cuiquam beneficiare d) præsumat.* Idem Imperator l. c. p. 302. sæpius memorato Monasterio S. Maximini a. 966. regalis fisci Theodonis villæ *omnem decimationem tam macelli & census, quam & frugum & pecorum* concessit. Et CONRADUS II. Imp. in diplomate de an. 1026. l. c. p. 361. confirmavit eidem Monasterio *curtes, villas ac Ecclesias omnes ubicunque in Sancti Maximini prædio jacentes cum cunctis salicis decimationibus.* HENRIC. III. Imp. a. 1039. Monasterio Gandersheim. Contulit pagum Empnegavvi, & in eo quoddam castrum hæreditatis suæ cum immunitate regali, *e) insuper decimas* una cum juribus cæteris regalibus. Vid. diploma in HARENBERGII *Hist. Gandersheim.* p. 672. ad Dynastam de Hohenfels pertinuit *decima vini totaliter in Nierstein* (quæ autem quondam fuit villa regalis) & *pars decimæ annonæ* teste diplomate de an. 1234. apud GUDENUS in *Cod. diplom.* T. I. p. 531. conf.

c) Hoc est *Episcopatu*, ex quo simul patet, quod ex bonis Salicis nullæ decimæ Eccles. tempore Ottonis M. fuerint solutæ, sed decimæ solutæ fuerint Regi vel ejus nomine possessoribus.

d) Ex quo clare eruitur Ecclesias parochiales seu jus patronatus cum decimis fuisse tum temporis in feudum collatas Laicis.

e) Quæ consistebat ex parte in immunitate a solvendis decimis Ecclesiasticis.

conf. SCHÖTGEN im Leben Marggraffens *Conraden* von Meisen, qui multis exemplis decimas Regias illustrat.

Sicut autem Reges immediate ejusmodi decimas salicas transtulerunt in Ecclesias & monasteria, sic & illi, qui ex beneficio Regum tales acceperant tam Ecclesiastici quam sæculares, illas sæpius iterum partim Ecclesiis partim monasteriis contulerunt, sic Arnulphus Episc. Wormat. a. 1110. Ecclesiæ Colleg. S. Pauli Wormat contulit *nonam partem ex frugibus & totius salicæ terræ tam cultis quam incultis, & nonam partem totius villæ decimationis.* In SCHANATI *Cod. probat. Hist. Wormat.* n. 69. & Adelbertus Archi-Episc. Mog. in diplomate de a. 1127 apud GUDENUS *in Cod. dipl.* T. I. p. 65. refert: *qualiter antecessor ejus felicis memoriæ D. Ruthardus Archi-Episcopus inter cætera contulerit fratribus in cœnobio B. Disboti etiam decimam omnium pertinentium ad Episcopalem Curiam, quæ sita est in monte B. Albani Mart.* fuerat autem curtis illa olim regia, cujus frequens in diplomatibus fit mentio, quæ donata fuit Archi-Episcopis Mog. & in diplomate Henrici Archi-Episcopi Mog. de an. 1143. in JOHAN. Tom. II. *Script. Mog.* p. 586. quo confirmavit decimas a Willigiso Archi-Episcopo & Successoribus ejus Ecclesiæ Colleg. Sancti Victoris collatas legitur: *Decimationes nostræ salicæ terræ sive in Agris sive in sylvis extirpatis seu extirpandis, cultis vel excolendis, antiquis & novalibus omnigenorum quoque pullorum & pecorum, nihil excipientes in omni Episcopatu nostro tam in orientali Germania, quam in Saxonia & in pagis Mogontiæ adjacentibus videlicet Wetreibe, Monegowe, Rinegowe, Nachgowe, per decursus etiam fluminum Rheni & Mogoni & ad dispensationes eorum pertinentes decimas in Cheterecho & Bischofesberg &c. confirmamus.* Conradus Marchio Thuring. an. 1119. contulit Monasterio Reinhartsborn. *Prædium unum, quod Torgaw nominatur, cum Ecclesia cumque omnibus suis pertinentiis hoc est terris, arbustis insuper & villam Bodsesse cum suis pertinentiis & decimas de dominicalibus nostris in villa Starize & in Tresgaw, aliasque decimas quorundam ad præfatum locum pertinentes cum modiis, qui singuli de singulis mansis redduntur, quibus felicis memoriæ pater meus Tinco Comes præfatam Ecclesiam primo dotavit, decimamque piscationis de stagno a piscatoribus in Kosne, ad hoc etiam Dominicale ad Locum mercatus in ipso loco Torgaw.* In SCHANATI *vindem. litter.* p. 114. n. 12. Adalbero Archi-Episcop. Trevir. an. 1186. occasione litis enatæ circa decimam in Hönningen inter Canonicos S. Simeonis Trevir. & S. Georgii Bamberg rem composuit, *& duas partes cum tota suæ dominicalis curtis decimatione Ecclesiæ Sancti Simeonis tradidit, tertiam autem portionem contingentem Ecclesiæ Sancti Georgii cum tota suæ dominicalis terræ decima integre & perenniter donavit.* Conf. HONTHEMII *Hist. diplom. Trevir.* Tom. I. n. 357. p. 532. & Conradus Marchio orient. a 1210. varias decimas suæ proprietatis contulit Monasterio Dobirlucensi in LUDWIGII *reliq. Manusc.* T. I. p. 26. Philippus de Falcken-

Falckenſtein cum conjuge donavit an. 1285. Eccleſiæ Moguntinæ decimas Hilleshelm., quæ erant Laicales. Conf. diploma apud GUDENUS *cod. dipl.* T. I. p. 817. an. 1284. Henricus Landgravius Haſſiæ decimam in Hauſſen Laicalem contulit Monaſterio in Schiffenberg. Conf. GUDENUS l. c. Tom. IV. p. 948. ſimiliter talis decima mere Laicalis cum conſenſu Domini directi donata domui Teuton. Marpurg. occurrit in diplomate de a. 1296. in GUDENUS l. c. Tom. IV. p. 923. decima fœni in Syboldesdorff, quam a Comite Zygenheim. In Feudum habuerat Hudenus de Rulnkirchen an. 1297. donata fuit fratribus domus Teuton. In Marburg conf. GUDENUS l. c. p. 987. Bertholdus Comes Henneberg. an. 1319. fundatæ a ſe Eccleſiæ Colleg. in Schmalkalden inter alia conceſſit *decimam majorem & minorem Marchia & villa Lengefeld.* vid. diploma in KUCHENBECKERI *Anal. Haſſ.* coll. I. p. 141. & an. 1328. Eberhardus de Lapide Capitulo metropolit. Mog. donavit decimas Laicales in tractu villæ Genzingen in JOHAN. Tom. II. *rer. Mog.* p. 328. alia diplomata adhuc extant in BARINGII *clavi dipl.* p. 534. 542.

Sicut autem decimæ terrarum ſalicarum a Decimis Eccleſiaſticis immunium ſpectarunt ad Reges germaniæ vel horum beneficiarios, ſic & Eccleſiæ in ejusmodi terris plerumque a Regibus vel poſſeſſoribus fundatæ, quæ ſæpius etiam Baptiſmales erant, cum decima parochiali ſpectarunt ad Regem vel talium terrarum poſſeſſores, quod plurimis denuo diplomatibus confirmari poteſt, ſic OTTO Imp. an. 990. donavit Eccleſiæ Cathed. Wormat. *quidquid beneficii habuit Reginoldus cum omnibus illuc rite pertinentibus rebus in mancipiis, Eccleſiis, ædificiis.* Conf. diploma in SCHANATI *cod. dipl. Hiſt. Wormat.* p. 29. & notatu dignum eſt diploma Henrici II. Imp. Cœnobio S. Michaëlis Bamberg. conceſſum in SCHANATI *Vindem. Litter.* p. 41. ubi duas curtes regias, quas poſſederat Abbas Fuld. commutavit cum aliis duabus curtibus Regiis, & priores duas curtes, *& villas earum, in quibus ſitæ ſunt cum omnibus pertinentiis ſuis, duabus videlicet baptiſmalibus Eccleſiis & hominibus prædictas villas inhabitantibus ac divina a ſacerdote, qui Deo ibidem ſervit, accipientibus, debitamque ei juſtitiam perſolventibus, cæteris quoque villis ad ipſas curtes pertinentibus cum decimis;* & prædictas curtes & curti Marchias contulit prædicto Monaſterio, Abbati autem Fuldenſi duas ſimiliter ſuæ proprietatis curtes *cum cunctis earum pertinentiis Eccleſiis quoque & earum juſtitiis per imperialem munificentiam donavit.* Et Richvvinus præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Martini Wormat. an. 1110. cum conſenſu Regis Henrici Canonicis prædicti Clauſtri Sancti Martini varias donavit *decimas dominicales & quidem decimam in Sconnenberg cum omni utilitate, decimam quoque in villis ultra Rhenum contra Bopardam ſitis cum omni utilitate ſcilicet in villa Brato. &c.* Teſte diplomate iu SCHANATI *Cod. probat. Hiſt. Wormat.* p. 64. n. 70. & Adolphus Naſſov. Germaniæ Rex an. 1293. aſce-

asceterio Kirschgartensi donavit Ecclesiam in Hasseloch Wormat. Dioeces. *cujus collatio ad ipsum & Imperium pleno jure pertinere dignoscitur.* Conf. SCHANAT l. c. p. 149. n. 174. multa alia occurrunt diplomata, ubi nobiles monasteriis donarunt villas cum exstructis ibidem a suis familiis Ecclesiis vel Capellis. Conf. SCHANATI *vind. Litter.* p. 115. n. 14. & 15 p. 175. n. 4. vel Ecclesias decimales ad se spectantes & fundatas in terris dominicalibus vel decimas originetenus Laicales. Sic Ludovicus Comes Thuringiæ an. 1110. Monasterio Reinhartsborn. contulit Ecclesiam parochialem in Sangershusen cum omnibus suis appendiciis conf. SCHANAT in *vind. Litt.* p. 111. n. 8. & an. 1115. Theodericus Dux Lothar. Abbatiæ S. Mariæ de Buxeriis contulit *omnes decimas & jus patronatus Ecclesiæ Sancti Martini villæ de Buxeriis.* Apud CALMET dans les preuves *de L' histoire de Lorraine* Tom. IV. p. 263. & Henricus Episcopus Wormat. an. 1221. Enckenbacensi Parthenoni incorporavit parochiam in Egernheim, cujus jus patronatus cum decimis ab Henrico Duce Saxonico & Palat. Comite Rheni & Wernero de Bolandia & fratre ejus fuit adeptus. conf. SCHANAT *in cod. probat. Histor. Wormat.* p. 103. n. 111. Riquinus Episcopus Tull. an. 1122. confirmavit Monasterio Sancti Mansueti possessiones apud CALMET l. c. p. 268. ubi refertur; *quod Drogo de strena contulerit portionem, quam habebat in Ecclesia de Domna Basula & varias decimas.* Theodericus Marchio de Landesburg an. 1271. Monasterio Sangerhusano contulit *Jus patronatus forensis parochiæ infra muros ejusdem oppidi constitutæ, cum omni Jure, utilitate, gratia & proventu, ita ut fructus dictæ Parochiæ in sustentationem virginum deputetur, ut eadem temporalibus subsidiis sufficienter adjutæ liberius altissimo famulentur.* SCHANAT *in vind. Litt.* p. 123. n. 32 & Henricus Comes gemini pontis an. 1273. Monasterio B. M. V. in horto Cerasorum donavit Ecclesiam in Müntzheim. conf. SCHANAT in *cod. prob. Hist. Wormat.* p. 137. n. 158. Hermannus Miles de Saalheim, cum Sociis Jus patronatus in villa Dexheim, quod in feudum a Gerlaco Comite Nassov. loci Domino receperat, cum ejusdem consensu an. 1341. Ecclesiæ S. Joannis Mog. contulit, conf. JOANNIS T. 2. *rer. Mog* p. 702. Parochia Eyche cum appertinentiis decimis & Jure patronatus a Ducibus Geldriæ in feudum concessa erat nobilibus de Nackheim, qui illam cum consensu Domini directi donarunt Ecclesiæ S. Petri Mog. an. 1448. teste diplomate in JOHANN. Tom. 2. *rer. Mog.* p. 485. ad Decimas ejusmodi Laicales spectabant etiam variæ *Nonæ*, quæ præter decimas solvebantur ab inbeneficiatis vel Colonis bonorum Fiscalium & Dominicalium, Nona enim Canonis loco fundorum dominis solvenda apud francos definita fuerat, & cum Nona & Decima simul ex prædiis partim ad Ecclesias partim ad Reges spectantes solutæ fuerint, sic Nonæ hoc in casu erant certo modo secundæ decimæ, quæ per modum pensionis iis solummodo, qui bona ab Eccle-

 siis

ſiis *f*) vel agros dominicatos culturæ cauſa poſſederunt, ſolvebantur: quod autem etiam de agris Dominicatis decimæ & Nonæ *ſimul* Canonis loco Regibus vel hos Repræſentantibus ſolutæ fuerint, patet ex CAPIT. WORMAT. C. 10. *de illo, qui agros dominicatos propterea neglexit excolere, ut Nonas & Decimas exinde non perſolvat.*

Quod etiam Variæ Decimæ originetenus merum ſiſtant cenſum Laicalem, negari nequit, de cætero tamen ex hoc ſolo, quod quis a Laico de decimis inveſtitus fuerit, non mox ſequitur decimam eſſe originetenus Laicalem, licet in dubio pro eo forſan in hoc caſu ſit præſumptio, conſtat enim plurimos principes & nobiles Decimas, quas ab Eccleſiis in feudum acceperunt, contuliſſe ſæpius in ſubfeudum ſuis militibus & Vaſallis.

Inſignes autem ſunt decimarum talium mere Laicalium, ſi probentur, cum ſint facti, effectus, veluti 1.) quod, ſi integra decima ſit Laicalis in certo tractu, talis etiam ſit novalis, ſi enim integer tractus ab antiquo exemptus ſit a decimis Eccleſiaſticis, exemptus quoque erit quoad novalia, quorum decimæ quoque hoc in Caſu ſolventur illi, cui reliquæ præſtantur decimæ. Secundus effectus eſt, quod decimator non teneatur ad onera decimæ Eccleſiaſticæ alias annexa, veluti ad ſuſtentationem parochi, conſervationem Eccleſiæ Domusque parochialis vel Scholæ, ubi hoc ultimum receptum eſt.

De cætero ex hactenus deductis clariſſime jam patet, ſolam poſſeſſionem decimarum ad Laicum Spectantem non inferre mox decimam Laicalem, ſed cum Laici poſſideant partim decimas Eccleſiaſticas partim Laicales, originem decimæ, de qua controvertitur, ſecundum jam dicta eſſe inquirendam, in dubio autem cum 1) univerſa Germania ſubjecta fuerit decimæ Eccleſiaſticæ, quod ex infra deducendis erit apodicticum, decimæ autem Laicæ 2) adhæreant ſaltem fundis dominicis & certis prædiis per Germaniam diſperſis, nec non 3) deci-

f) Prædia enim Eccleſiaſtica locabantur Colonis, ut ſoluta decima fructuum parte deinde Nonam ſimul præſtarent, de quibus frequens in Capitularibus Regum francorum occurrit mentio, ſic in Capitul. Wormat. de an. 829. habetur: *quicunque hanc negligentiam iteravit beneficium, unde hæ nona & decima perſolvi debuit, ammiſſurum ſe ſciat.*, & Capit. L. I. c. 157. ſtatuitur: *qui Eccleſiarum beneficia habent, Nonam & Decimam ex eis Eccleſiæ, cujus res ſunt, donent, & qui tale beneficium habent, ut ad medietatem laborent, ut de eorum portione proprio præsbytero decimas donent.* Et in Legibus Caroli M. cap. 60. præcipitur, *ut quicunque de rebus Eccleſiaſticis beneficia habent, pleniter ſecundum morem Regionis Nonas & Decimas ad ipſas Eccleſias donent.* conf. GEORGISCH in *Corpore Juris Germ.* p. 899. n. 5. p. 902. n. 10. p. 1149. n. 60. & ALEXANDER NAT. *Hiſt. Eccles.* T. V. p. 712. n. 4. & ACHAT. LUD. SCHMID in Diſſ. *de Nonis* Jenæ 1753. edita.

3) decima Ecclesiastica, si acuratius Res examinetur, duplo vel triplo superet in Germania decimas Laicales, sic in dubio, quod decima potius sit Ecclesiastica quàm Laicalis, eo securius præsumendum erit, cum pro illo, quod frequentius est, secundum omnia Jura stet præsumtio. *g*)

Sicut autem possessores decimarum mere Laicalium immunes sunt a prædictis oneribus, sic vice versa possessores decimarum Ecclesiasticarum, *h*) licet sint Laici cum ejusmodi decimis investiti, *i*) ad onera decimis hisce originetenus Ecclesiasticis annexa veluti sustentationem parochi, reparationem Ecclesiæ, *k*) & Domus Parochialis sunt obligati, adeoque falsissima illorum sunt principia, qui Laicos de decimis Ecclesiasticis ab Episcopis vel Corporibus Eccles. investitos ab ejusmodi oneribus eximere nituntur, Onera enim illa, non solum de Jure Communi Canon, *l*) sed & universali Germaniæ consuetudine decimis Ecclesiasticis sunt annexa, retinent enim ejusmodi decimæ (sicut alia bona Ecclesiastica in feudum vel Emphytheusin concessa, quæ non plenarie ab Ecclesiis

 sed

g) Unde & Carolus IV. in Privilegio Ecclesiæ Trevir. a. 1346. concesso in Honthemii *Hist. dipl. Trevir.* T. II. p. 170. ait: *item cum decimæ Eccles. a Laicalibus personis detineri non valeant, nec non ipsis Laicis ab antiqua in feudum ab Ecclesiis & pro earum Defensione sint concessæ, volumus, seu potius declaramus, siquæ decimæ in terminis Diœcesis Trevir. à Laicis sint detentæ, cum præsumatur & merito præsumi debeat dictas decimas a præfato Archi-Episcopo & sua Trevir. Ecclesia dependere, si Laici tales decimas ab Archi-Episcopo, & jam dicta sua Ecclesia recipere teneantur, & ut ad hoc faciendum per præfatum Archi-Episcopum & ejus successores coarctari valeant & compelli, nec dicti Laici legitime docere possint, ut hujusmodi decimas ab aliis Dominis in feudum teneant, velut eas ab aliis Dominis legitime debeant obtinere.*

h) Sive sint Capitula Ecclesiarum sive Monasteria, sive alia Corpora pia, imo etiam parochi decimarum Possessores adhuc congruam habentes pro rata concurrere tenentur.

i) Et quidem perinde erit, sive Catholici fuerint sive protestantes, diversitas enim religionis circa obligationem antiquam in possessionibus fundatam nihil immutat, nec in considerationem venit, sive decimator habitet in Loco decimationis sive non, est enim onus reale ipsis decimis Ecclesiasticis annexum.

k) Dum Decimatores Ecclesiastici ex consuetudine plerumque Chorum Ecclesiæ parochialis ædificare & conservare tenentur.

l) De quo fusius egerunt Petrus Peckius *de reparandis Ecclesiis* C. 14. Johannes Werndle vom Zehend-Recht L. 2. c. 9. p. 192. Petrus Rebuffus *de decimis* q. 2. n. 4. Paulus Christinæus *dec. Belg* Vol. 2. Dec. 24. n. 2. Franc. Zypæus *consult. Can.* tit. de Ecclesiis ædif. vel repar. Consult. 1. n. 14. & passim Canonistæ ad tit. de ædif. & repar. Ecclesiis. conf. Trident. *sess.* 71. c. 7.

ſed ſalvo Dominio directo tantum ad tempus minus plene in Laicos translata ſunt) Originariam ſuam qualitatem Eccleſiaſticam, manent quoad Dominium directum in patrimonio Eccleſiæ, & poſſeſſores intuitu talium decimarum non ſunt proprietarii independentes, ſed repræſentant ipſum Epiſcopum Dominum Directum, ſeu Eccleſiam, a qua feudi Eccleſiaſtici inveſtituram obtinuerunt, redibunt quoque in caſu aperturæ tales decimæ ad Eccleſiam, unde provenerunt, ac Dominium utile ſolummodo alienatum cum Dominio Directo iterum conſolidabitur, adeoque juſtiſſime judicia Eccleſiaſtica Germaniæ *m*) tales poſſeſſores Laicos ad Collationem ad prædicta onera pro rata condemnant, & mediante executione arreſtatis decimis adſtringunt, non autem fert inſtituti mei ratio hiſce Longius immorari facileque foret omnia contrariæ ſententiæ argumenta refutare. *n*)

§. VIII.

Decimæ Eccleſiaſticæ Origînetenus in Germania aſſignatæ ſunt Epiſcopis & non Parochis.

In præſenti diſſertatione autem nihil nobis eſt negotii cum decimis Laicalibus, ſed de Decimis Eccleſ., quas vi Juris Canon. Communis ſolent prætendere parochi, unica eſt quæſtio & potiſſimum noſtri Conatus eo redeunt, ut demonſtremus nullum unquam parochis in Germania, quibus nonniſi congrua ſemper debebatur ſuſtentatio, circa tales Decimas jus competiiſſe, nec hodiedum competere, quod autem antiquitus ad parochos non ſpectarint Decimæ, exinde potiſſimum eruitur, quia decimæ Eccleſ. originetenus in Germania non parochis ſed Epiſcopis fuere aſſignatæ, & hæc Theſis inconcuſſis ad oculum probari poteſt documentis Hiſtor., ſic ſupra jam deductum fuit impoſitas a Carolo M. Saxonibus devictis decimas Epiſcopis Weſtphaliæ aſſignatas fuiſſe.

m) Prout factum eſt an. 1708. a Judicio Eccleſiaſtico Würceburg. in Caſu Dapiferorum de Wetzhauſen contra Joannem Philippum Epiſcopum Herbip. puncto Eccleſiæ Unteresfeld. & an. 1741. a Judicio Metrop. Mog. in Cauſa Nobilium de Larbach puncto. Eccleſiæ in Allendorff conf. ESTOR Anfangs-Gründe des G. und R. P. p. 944. & noviſſime in Cauſa quadam conſtans.

n) Varia in hac materia prodierunt ſcripta & quidem Occaſione allegatæ Cauſæ francon. Dapiferorum de Wetzenhauſen publicata ſcripta & Reſponſa Facult. Jurid. Tubing. & Hallens. junctim prodierunt ſub titulo: Abdruck verſchiedener rechtlicher Bedencken. 1729. 4. & per modum Appendicis adjuncta ſunt Diſſertationum SCHWEDERI Tom. II. & huc ſpectat CHRISTOPH. REDECKER in Diſſ. *de decimis Laicorum in terris proteſtantium.* ESTOR in der Rechts-Gelehrtheit der Teutſchen P. 2. p. 1126. von dem ſehr groſſen Unterſchied zwiſchen den geiſtlich- und weltlichen Zehenden.

fuisse. *a*) Et Ludovicus Pius an. 814. Ecclesiæ Cathedr. Halberstad. assignavit Decimas universæ Diœceseos teste diplomate inserto CHRONICO HALBERSTAD. in LEIBNIZII Tom. II. *script. rer. Brunswic.* p. 111. Ubi dicitur: *Insuper etiam præscriptorum incolas omnes pagorum præfatæ Ecclesiæ suas Decimas fideliter persolvere pro divino amore jubemus*, & in diplomate Ludovici Regis Germ. an 848. Moguntiæ Collato Episcopo Osnabrug. (quod ex autographo edidit P. LUD. HENSELER S. J. an. 1717. in appendice *diplomatis Carolini pro scholis Latinis & Græcis*. p. 107. seq. & HARTZHEMIUS inseruit Tom. 2. *conc. germ.* p. 164.) dicitur, quod in conventu procerum Francofurtensi Episcopus Osnabrug. Originale diploma fundationis protulerit, vi cujus Ecclesia Osnabrug. Decimis, quia alia ibi tunc temporis non erant donaria, dotata fuerit, ac deinde disponitur, *ut idem Episcopus suique successores Decimas infra terminum sui Episcopii, cæterasque res suæ Ecclesiæ, quas modo possidet .... quieto ordine obtineat, & gubernet. Exceptis Decimis dominicalium Monachis & Sanctimonialibus pertinentium, quod nos Forawerch vocamus, quas Pater noster Ludovicus de eodem Episcopatu per cambiatum acquisivit, & ad pauperum sustentationem & peregrinorum Receptionem jam dictis Monasteriis tradidit, servi autem ipsorum & Liberi & cujuscunque Conditionis Coloni decimas, ut cæterorum in Saxonia jus est Episcoporum, secundum Caroli institutionem Episcopo pleniter offerant.* ERDWINUS ERDMANNUS in *Chron. Osnabrug.* ad an. 874. in MEIBOMII Tom. II. *rer. Germ.* p. 204. scribit: *Eigelbertus est quintus præsul Osnabrug. de quo bonum per ejus successorem Egilmannum est testimonium, qui multum diligenter pro recuperatione decimarum Ablatarum Ecclesiæ suæ & Jurium Laboravit.* Et ad an. 884. *quod Gosbertus susceperit gratulabundus eundem Episcopatum Decimis, unde solummodo constitutus est, maxima ex parte Vacuatum. b*) Otto M. J. ad Exemplum fundatarum in Westphalia Ecclesiarum Cathedr. Episcopalibus a se fundatis pariter assignavit Decimas, sic Ecclesiæ Cathedr. Misnensi assignavit Decimas in diplomate de an. 948. in MADERI *antiquit. Brunswic.* p. 187. dum ait: *decimas, quas Deo cuncta gubernanti debent ad Misnensem Ecclesiam, primo Deo, Deinde S. Joanni Evangelistæ universa dubietate procul remota pleniter persolvant, referant & reddant.* Quod Decimæ per Noricum & Bavariam spectarint pariter ad Episcopos,

 pro-

a) In Longobardia quoque tanquam parte Monarchiæ franc. Decimæ spectarunt ad Episcopos, & Carolus M. Legum Long. 61. ait: *ut Vos Episcopi, qui in omnibus Nonas & Decimas accipitis, in vestra providentia sit, qualenus Ecclesiæ & Capellæ, quæ in vestra parochia* (Diœcesi) *sunt, emendentur.*

b) Ex hisce admodum verificantur illa, quæ scribit fide dignissimus KRANZIUS L. I. *Metrop.* C. 2. *ferunt indictas populo Decimas de more Christicolarum non pervenisse Pontifici primum* (Osnabrug. Episcopo) *sed Regiis præfectis, ut inde stipendia & sumptus facerent crebrarum in eam gentem expeditiònum.* Et hæc magis adhuc illustrabuntur ex diplomatibus infra producendis.

probat diploma de an. 976. in HARTZHEMII *Conc. Germ.* Tom. II. p. 658. cum enim quæſtio enata eſſet de Decimis Eccleſiæ Laureac. ſeu Patavienſi debitis inter aneſum fluvium & Comagenum montem, omnes in Synodo congregati *concordi reſponſione in unam hanc conivere ſententiam penitus videlicet ac continuatim omnem decimationem infra præſcriptos Limites aneſi fluvii ſcilicet & Comageni montis ante proximam Barbaricam ſuæ Diœceſis devaſtationem in ditione & poteſtate S. Pataviensis Eccleſiæ ſibique præſidentium Epiſcoporum & fuiſſe & adhuc jure eſſe debere, hac tantum excepta decimatione, quam ab aliis Eccleſiaſticis poſſeſſionibus ex Dominica pertinentia ad partem uſus ubique cenſuit dari, & eam tantum, quam ex antiqua regum munificentia conſtat eſſe traditam.* conf. l. c p. 668. & in diplomate de an. 1062. apud MEICHELBECK in *hiſt. Friſing.* Tom. I. p. 273. ſequentia occurrunt: *quo finito communi aſſenſu utrobique Laudatum eſt, & quidquid decimarum Archi-Epiſcopus, cujus parochia & Regimen Epiſcopale infra prædictarum Eccleſiarum terminationes a populo exigit, c) Vel impoſterum exigere potuit, d) Hoc in duas dividatur partes, quamuna Archi-Epiſcopo Juvavienſi* (Salisburgenſi) *alia Friſingenſi perſolvatur Pontifici, excepta Decimatione prædiorum, quæ tum temporis in Liburnia ſancta Friſingenſis poſſidet Eccleſia, quam Epiſcopus Friſingenſis ſine portione integram detinet, & ſi forte tres præſcriptæ Eccleſiæ a populo Longius remoto viarum Longitudine & itineris difficultate facile non poſſint viſitari, novæ ibi a Præſule Friſing. conſultu tamen & ordinatione Archi-Epiſcopi ædificentur &c.* pariter ſæculo XII. in Germania ſeptentrionali fundatæ Eccleſiæ Cathedr. pro dotatione retulerunt Decimas, prout in ſpecie de Raceburgenſi, Lubecenſi & Svverinenſi conſtat, conf. ERNESTI JOACHIMI DE WESTPHALEN *monument. inedit. rer. germ. præcipue Cimbricarum & Megapolenſium* T. II. p. 1998. ſeq. & SCHEIDII *Antiquitates Welſſicæ* in hiſtoria Henrici Leonis Bavariæ & Saxoniæ Ducis, qui prædictarum fundator fuit Eccleſiarum. Et in diplomate fundationis Epiſcopatus Razeburgenſis de an. 1158. apud WESTPHALEN l. c. p. 2032. ait fundator: *Omnis enim decima per totum Epiſcopatum ad Epiſcopum pertinet, nec nos vel aliquis quantumcunque potens inde valet aliquem inbeneficiare, niſi in quantum habet ab Epiſcopo.* Hiſce præviis in eodem diplomate parochis aſſignantur ex cenſibus de quovis unco terræ duo nummi & tertius modius Siliginis, conſequenter nihil de decimis; Deinde pergit: *poſtquam autem Slavis ejectis terra decimalis facta fuerit, decima tota vacabit Epiſcopo, qui cum Domino fundi de dotibus aget Eccleſiarum parochialium; .... damus eidem Razenburgenſi Epiſcopo ... omnes Eccleſias in terra Buttin ... & Eccleſias adhuc in ſylva fundandas per totam Sadelbandiam, & in gamma, & in ſylva necdum culta Eccleſias & ejuſdem Sadelbandiæ*

c) Non parochus exigebat.

d) Scilicet ex novalibus.

bandiæ & gammæ Decimas, quas de gratia & permissione Episcopi sine feudo tenemus, liberas esse Episcopo, cum sibi placuerit, recognoscimus. Conf. ejusdem Henrici Leonis diploma concessum Ecclesiæ Caminensi an. 1171. apud WESTPHALEN l. c. Tom. IV. p. 892. ubi decimæ assignantur Episcopo & futuræ ejus dispositioni reservantur in formalibus: *quia vero decimæ Slavorum tenues sunt de tot provinciis, canonicis interim ad stipendia sua deputatæ sunt, nam cum Deo donante Decimæ postmodum Lege Christianorum valuerint e) in dispositione & Consilio Ducis tunc Regnantis* (tanquam Patroni) *& Episcopi præsidentis ita ordinari oportebit, ut canonicorum numero, qui tunc erit, stipendia sufficiant, & de reliquo aliæ congregationes f) instituantur*, & de BEHR *rerum Meckleburg.* p. 521. scribit: *in Nostris ditionibus Meckleburg. stabilito semel Christianismo vi aut injuria Episcopo* (non Parochis) *decimæ negatæ, vel injuste detentæ sed ab ipsis Episcopis sponte ducum Meckleburg. majoribus pro dimidio collatæ in feudum, Episcopi enim consultum duxerunt, ut sæcularibus Principibus dimidiam decimarum largirentur, ejusque illis concederent investituram, ut sibi adversus Laicos decimas negantes adessent, & ad illas cogerent præstandas.* & KRANTZIUS L. I. *Metrop.* c. 2. scribit: *cum non satis fiderent Pontifices* (Episcopi) *sua jura a Laicis Principibus tueri, dedisse arbitror partem Decimarum Principibus in manum per speciem feudi & beneficii, malentes ammittere dimidium, quam totum, inde factum, ut a principibus transirent in ministeriales, qui nunc milites appellantur. In* CHRONICO *Episcoporum Sleswic.*, qui olim ad Germaniam quoque spectaverant, apud WESTPHALEN l. c. Tom. III. p. 222. narratur, quomodo Episcopus Sleswic. vindicarit sibi an. 1186. Decimas, his verbis: *in sequenti tempore Absolon, qui & in Dania ob denegationem decimarum accerrimam pugnam inivérat, tribuit petenti potestatem Waldemaro Episcopo Sleswic. secundum Canonum Sanctiones, ut efflagitet Decimarum solutionem per suam diœcesin:* deinde refertur ibidem dispositio Episcopi circa has Decimas facta, & quod Sleswicenses ab initio plane noluerint huic jugo se subjicere, & in FRAGMENTO *Hist. Sleswic.* l. c. p. 278. legitur: *anno 1186. Absolon Archi-Episcopus Lundensis potestatem dedit Waldemaro Episcopo Sleswic. Decimas per diœcesin suam colligendi, quasi in Dania ita decretum esset, idque diplomate promulgavit, annuncians scilicet pœnam excommunicationis non solventibus, solventibus autem pacem . . . Decimas de frumento & pecudibus exigendas, & hac ratione decimarum persolvendarum . . . consuetudinem invexit Absolon Archi-Episcopus in ducatum Sleswic., cum ante id tempus incolæ nunquam induci potuissent, ut Decimarum solutionem concedere, & isti quasi servituti se subjicere vellent;* idem de reliquis Germaniæ Ecclesiis, dum tantum earum scriptores & diplomata excutienda forent, facile deduci posset.

§. IX.

e) Ex hoc iterum patet hanc Decimam originetenus fuisse Ecclesiasticam & non Laicalem.

f) Non autem Decimæ reservantur parochis.

§. IX.

Ex titulo Baptismalium Ecclesiarum Decimæ quoque spectarunt ad Episcopos.

Dum Baptismalibus Ecclesiis per Canones *a*) Decimæ antiquitus assignatæ sunt, etiam ex hoc capite Decimæ ad Episcopos originetenus spectarunt, olim enim in quavis Diœcesi, præcipue si non adeo amplum habuerat ambitum, una tantum stabilita fuerat Ecclesia Baptismalis, quæ erat ipsa cathedralis vel Baptisterium Episcopale in vicinia Ecclesiæ Cathedr. exstructum fuerat, *b*) ubi solus Episcopus statutis per Canones temporibus *c*) contulit omnibus in sua Diœcesi bapti-

a) Conf. *Cap.* 44. & 45. Causa XVI. q. I. *in decreto Gratiani.*

b) Sic refert Mabillonius in suo itinere Italico se vidisse in pluribus civitatibus Baptisteria sejuncta ac præ cæteris Novariæ, Romæ, Florentiæ, Pisis, Parmæ, Patavii. Plurima autem etiam adhuc in Gallia & Germania occurrunt, & apposite ad præsens argumentum scribit Chardonius *de Baptisteriis* n. 5. *Baptisteria deinde, quæ juxta Cathedrales Ecclesias fere constituta erant, dicta sunt Ecclesiæ seu Parœciæ, hinc in pluribus Episcopalibus urbibus Ecclesias videmus S. Joannis rotundas, cujus nomen suam satis originem demonstrat S. Joannis Claustri in Tullensi urbe & S. Joannis Virduni in Lotharingia, quæ principalibus Ecclesiis ferme adhærent.* Et n. 8. ait: *Prioribus sæculis, quibus Baptismi administratio Episcopis unice incumbebat, unum tantummodo Baptisterium in tota Diœcesi constitutum erat iis nempe in Locis, in quibus residebat Episcopus & Principi Ecclesiæ proximum, in qua sedes erat Episcopalis.* Conf. Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus. L. III. n. 15. & Paciaudius in *antiquit. Christian. de cultu S. Joannis B.* p. 53. scribit, quod in novo Altino extet adhuc Baptisterium Ecclesiæ cathedr. vicinum & addit: *hoc pro veteri more factum est, nam cum priscis temporibus Soli Episcopi Baptizarent, illorum dignitas atque Excellentia postulare videbatur, ut in propinquo essent ædes, in quibus homines Baptismate lustrarent, Christianisque Sacris initiarent.* Conf. Bened. XIV. in suis institut. Ecclesf. instit. I.

c) Secundum antiquam disciplinam tantum bis per annum in Sabbatho Sancto, & Vigilia ante festum Pentecostes conferebatur Baptismus ab Episcopo, ubi omnes Diœceseos infantes & catechumeni præsentandi erant, extra illos dies autem nulli, nisi vitæ periculum subesset (in quo necessitatis Casu præsbyteris etiam ruri Baptismi Collatio permissa erat) conferebatur Baptismus: circa ipsum tempus autem conferendi per annum Baptismi variavit mox Ecclesiarum particularium disciplina, imo magnæ desuper sæpius enatæ sunt contentiones per Decreta conciliorum plerumque determinatæ, ex professo autem de hoc argumento egerunt Launojus T. II. p. 2. operum p. 700. *de veteri more Baptizandi Judæos & infideles & de priscis solennioribus Baptismi temporibus.* Et Alexander Natalis diss. 9. ad Sæc. II. art. VI. *de Baptismi solennis tempore.* T. III. *hist. Ecclesf.* p. m. 417.

baptizandis Baptismum; extant hujus disciplinæ vestigia non solum in Italia in civitatibus Florentina, *d*) Parmensi, *e*) Pisana, *f*) &c. & in Gallia *g*), ac in Hispania, *h*) sed potissimum in Germania in civitatibus Moguntina, *i*) Wormatiensi

d) Dufresne in *Gloss.* Florentinum Baptisterium ita describit: *Florentiæ in Italia e regione maximi templi Ecclesia est rotunda S. Joanni Sacra, hanc Baptisterium appellant, tota hæc marmorea habens januas, quas æneæ valvæ operis egregii occludunt, in medio illius Ecclesiæ Baptisterium e marmore Lucidissimo positum visitur, in quo florentini omnes Baptismi Lavacrum accipiunt.* Fusius de illo egit Gorius Prof. Pisan. in diss. *de Mitrato JEsu Nazar. crucifixi Capite* C. I. *symbol. Litt.* Tom. III. & P. Richa *in Ecclesiis Florent.* Tom. V. mentionem faciunt Keysler Reiß=Beschreib. p. 379. Büsching. der neuesten Erd=Beschreibung P. II. p. 915.

e) Büsching. l. c. P. 2. p. 809. scribit: Neben der Thom=Kirch zu Parma stehet das Baptisterium, so sehr alt, worin alle Kinder, so in der Stadt, und 2. Meilen um dieselbe gebohren werden, die Tauff bekommen, auch am Sonnabend vor Ostern das Weywasser für die gantze Stadt zubereitet wird. add. Keysler l. c. p. 1002.

f) De Pisano Baptisterio ex professo egit Ciampinus *Vet. monum.* T. II. p. 22. Keysler l. c. p. 336.

g) Cit. Chardonius l. c. n. 8. pergit: *Clara vetustæ hujus disciplinæ vestigia etiamnum supersunt cum in Italia, tum in Gallia in quibusdam urbibus, ut Florentiæ, Pisis, Parmæ, Patavii, ubi infantes in uno Cathedralis Ecclesiæ Baptisterio Baptizantur, idem apud arvernos abservatur in Aniciensi Ecclesia & apud armoricos in Corisopitensi;* Rhemis idem mos quadringentis circiter ab hinc annis vigebat, discimus hoc ex antiquo ordinario seu rituali hujus Ecclesiæ, in quo, ubi agitur de ritibus Sabbathi S. legimus: *completa fontium benedictione ipse Pontifex* (Episcopus) *Baptizat unum, si paratus est, reliquos vero, si plures fuerint, presbyteri parochiales, & confirmat eos D. Pontifex;* & in vetusto Martyrologio Corbejensi in Martenii T. III. *annecdot.* ad diem 17. Calend. Maji legitur: *in Antissiodoro dedicatio Baptisterii, quod est juxta Basilicam S. Germani Episcopi & confessoris.*

h) In Civitate portus Gaditani, quæ licet sit vastissima ac numerus incolarum excedat quadraginta millia, unica tantum extat Ecclesia Baptismalis, cathedralis scilicet. Conf. Büsching der neuesten Erd=Beschreibung P. II. p. 189.

i) Antiquum civitatis Mogunt. Baptisterium Episcopale Magnifice Berthoaræ Theodeberti francorum Regis filiæ sumptu a Sidonio secundo Episcopo vel forsan potius Archi-Episcopo Moguntino exstructum paucis descripsit Coævus Scriptor pictaviensium Sæculo VI. Episcopus Venantius Fortunatus L. 2. *Poëmatum.* epigr. XII. *de Baptisterio Moguntiæ* ita canens:

matienſi *k*) Hildesheimenſi *l*) Auguſtana *m*) &c. de quibus fuſius conferri poſſunt

ardua ſacrati Baptiſmatis aula coruſcat,
quo delicta Adæ Chriſtus in amne lavat
hanc tamen Antiſtes Sidonius extulit arcem,
qui domini cultum templa novando fovet,
ſtruxit Berthoaræ voto complente ſacerdos
quæ decus Eccleſiæ cordis amore placet.

Dum autem hoc Baptiſterium cum Eccleſia Metrop. dubio procul a Nordmannis, qui Sæculo VII. & VIII. Moguntiæ graſſabantur, vel terræ motibus fuit deſtructum, ſic probabilius fons Baptiſm. Epiſcopalis ad tempus in Eccleſia S. Joannis B., quæ etiam per tempus pro Eccleſia Metropolitana inſervierat, fuit translatus, ubi autem nova exſtructa fuit Moguntiæ more antiquo Eccleſia Epiſcopalis in vicinia Eccleſiæ S. Joannis, & dubio procul in loco, ubi vetus ſteterat, a Willigiſo Archi-Epiſcopo Mog., ſic ſimul pro more ævi eodem tempore circa A. 988. diſtincta a Baſilica Metrop. condita fuit pro Baptiſterio Epiſcopali Eccleſia, ad cujus ædificationem eo juſtius concurrerunt ſenatus populuſque Mog. tanquam parœciani, cum hæc eſſet unica Baptiſmalis & parochialis totius civitatis Eccleſia, cujus plebanus ipſum præſentavit Epiſcopum; Willigiſus Archi-Ep. autem donavit ad ſacras haſce ædes æneas illas portas, quas adhuc hodie conſpicimus: licet autem Baptiſteria ex Eccleſiæ conſuetudine jure merito dicarentur S. Joanni B., prout pulchre deduxit cit. Paciaudius *in antiquitatibus Chriſt.* S. Joannis B. diſſ. 2. p. 46., cum autem extaret jam templum in Civitate huic Sancto Sacrum & ipſi Eccleſiæ Metropol. contiguum, ſic hoc Baptiſterium dedicatum fuit B. M. V. & quidem eo ſolidiore ex ratione, cum receptum ſimul eſſet illo ævo Eccleſiis Epiſcopal. Chriſto Salvatori primario Sacratis adjungere Eccleſias Matri ejus dicatas, de cujus conſuetudine mentionem facit Browerus L. XVI. *Annal. Trevir.* §. 7. & veſtigia hujus obſervantiæ Treviris, Coloniæ & in multis aliis Germaniæ civitatibus ſuperſunt. Eccleſiam hanc Baptiſmalem amplificavit, dotavit, Collegioque Canonicorum inſtruxit Sifridus Archi-Epiſcopus Mog. an. 1073., qui in controverſia cum Thuringis circa decimas inter alia argumenta protulit, quod ipſe curet ex agris Epiſcopalibus ſolvi decimas ad Eccleſiam parochialem civitatis Mog. B. M. V. adeoque tum temporis adhuc fuit unica hæc Eccleſia Baptiſmalis totius civitatis Mog.; licet autem ſubſequentibus temporibus ob creſcentem populum, ſicuti Wormatiæ & alibi contigit, melioris ordinis gratia plures per civitatem Mog. ordinarentur Eccleſiæ Baptiſmales ab Archi-Epiſcopis Mog., permanſit tamen usque ad hodiernum diem Eccleſia B. V. ad Gradus, Baptiſterium Epiſcopale, unde & in Sabbatho S. Aqua Baptiſmalis in eadem Eccleſia benedicitur a Prælato Metropolit. vel ejus ſubſtituto & omnes ad Parochiam Metropol. ſpectantes ibidem a plebano Metropolitano Baptizantur: fons etiam Baptiſmalis, qui ex metallo fuſus, & hanc ſiſtit Epigraphen multo labore erutam:

Diſce millenis, trecentenisque vicenis
Octonis annis, manus hoc vas docta Joannis

Fundit

ſunt ſcriptores, qui de Baptiſteriis veterum egerunt. *n*) Synodus Vernenſis

E 2 ſub

Fundit ad Imperium de ſummo Domino dictum
Hunc anathema ferit, vos hoc qui lædere quærit.

Quondam prout Eccleſiam Baptiſmalem decet, in medio Eccleſiæ pluribus Gradibus impoſitus & clauſura circumdatus fuerat, verum ob magnum populi concurſum ad prædictam Eccleſiam & *preſſuram Hominum*, prout dicitur in diplomate, jam an. 1329. Henricus Archi-Epiſcopus Mog. permiſerat Capitulo prædictæ Eccleſiæ, ut Baptiſterium e medio Eccleſiæ ſublatum ante altare B. Andreæ Apoſtoli poneretur. Conf. diploma in GUDENUS *Cod. Diplom.* Tom. III. p. 267. Verum Henrico Archi-Epiſcopo prædicto excommunicato & depoſito non venit ad effectum conceſſa hæc translatio, ſed reſervata fuit ad initium hujus ſæculi, ubi Eccleſia in Auguſtiorem formam redacta Baptiſterium translatum fuit in Sacellum S. Ægidii, prout adhuc multis ab illo tempore viventibus ſatis eſt notum, cum autem vi recentioris inſtituti hoc Baptiſterium non amplius ſpectet ad univerſam civitatem, ſed ſolummodo ad parochiam Metropolitanam, plebano autem Eccleſiæ B. V. hodiedum ſaltem, prout idem intuitu aliarum Eccleſiarum Colleg. viget, competat Jus paroch. intra immunitatem Eccleſiæ colleg., non autem in eadem Eccleſia duo poſſint eſſe Baptiſteria, ſi evenit, quod plebanus Eccleſiæ B. V. commune acceperit Baptiſterium in Eccleſia Sancti Mauritii, ubi adhuc hodie infantes Parochiæ B. V. Baptizantur, quæ autem antiquitates pauciſſimis notas hoc loco inſerere eo magis placuit, cum illæ & ipſum in Hiſtoria Patria alias verſatiſſimum laterent GUDENUM, prout ex nota ejus ad allegatum ſupra diploma patet.

k) In Civitate Wormat. adhuc hodie extat Eccleſia Baptiſmalis S. Joann. B. dicata prope Eccleſiam Cathedralem poſita octogonalis formæ condita cum Cathedrali ſæculo IX. a Burcardo Wormatienſium Epiſcopo. conf. SCHANAT *in Hiſtor. Wormat.* p. 62. quæ unica quondam fuit Eccleſia per Civitatem Baptiſmalis, hodie autem primaria, dum expoſt in 4. Parochias diviſa fuit civitas, prout diſcimus ex diplomate Adelberti Epiſcopi Wormat. de an. 1084. apud SCHANAT. *in cod. probat. hiſt. Wormat.* p. 60. n. 66.

l) Extabat olim Baptiſmalis Eccleſia in Auſtrali parte Cathedralis Hildeſheimenſis, prout refert nobis AUTHOR *vitæ S. Godehardi* n. 23. in BOLLANDI *actis Ss.* ad diem quartam Maji.

m) In *Vita S. Udalrici* Auguſtani Epiſcopi a WELSERO, MABILLONIO &c. edita legimus: *Eccleſiam in Cœmeterio in formam Crucis ædificare cœpit, & ædificatione peracta altaribus V. in ea compoſitis in honorem S. Johannis dedicavit, & dolium Baptizandi de petra exciſum in ea conſtitui fecit.*

n) De Baptiſteriis veterum multi ſcripſere veluti DURANDUS, VISCONTIUS, DUFRESNE, MARTENE, BINGHAM &c. Et noviſſime cit. PAUL. M. PACIAUDIUS *in antiquit. Chriſtianis de Cultu S. Joannis Bapt.* quæ an. 1755. Romæ

ſub Pipino Rege an. 755. celebrata in GEORGISCH *Corpore Juris Germ.* p. 514. poſtquam *Canone* I. ſtatuerat, ut unaquæque civitas ſuum habeat Epiſcopum, & *Can.* III. Epiſcopo omnem in ſua parochia conceſſerat poteſtatem Canon.; præcepit, *ut publicum Baptiſterium in nulla Parochia* (Diœceſi) *eſſe debeat, niſi ubi Epiſcopus conſtituerit, cujus Parochia eſt.* Et *Can.* VIII. ſtatuit, *ut omnes presbyteri, qui in Parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus presbyter præſumat in illa Parochia Baptizare ſine juſſione Epiſcopi, in cujus Parochia eſt.* Ex hac etiam ratione Diœceſes antiquitus dictæ ſunt *Parochiæ*, quia ſcilicet Epiſcopus ſolus verus fuit Diœceſanorum Parochus, & ex hoc etiam Capite omnes Parochiæ ſeu Diœceſeos decimæ ad ipſum ſpectarunt. Conf. *Can.* I. CAUS. XIII. q. I. in *Decreto Grat.*

Si autem Diœceſis tantæ fuit amplitudinis, ut unum Baptiſterium Epiſcopale ſufficere haud potuerit, Epiſcopi adhuc quasdam ruri conſtituerunt Eccleſias Baptismales, *o*) quibus pro pleno ſuo in decimas jure aſſignarunt certi tractus

Romæ prodierunt, ac laudantur nella STORIA LETTERARIA D' ITALIA Vol. XII. an. 1755. p. 453. & dans LE JOURNAL DES SAVANS Octob. 1756. cujus eruditionem ſibi forſan non proficuam fruſtra carpit GODFRID. DAN. HOFFMANN Tubing. prof. in denen vermiſchten Beobachtungen aus denen teutſchen Staats-Geſchichten und Rechten P. II. p. 172. CHARDONIUS quoque ſuæ Hiſtoriæ de Sacramentis L. I. Sect. I. inſeruit Diſſertationem *de Baptiſteriis* ſupra laudatam, quam in Latinum translatam addidit eruditiſſ. P. ZACCARIA S. J. Ducis Mutinenſis Bibliothecarius in hoc munere digniſſimus Muratorii ſucceſſor, *Hiſtoriæ populi Dei* CLAUDII FLEURII Tom. 2. p. 48. P. DE RUBEIS in diſſ. *de ſacris forojulienſium ritibus* c. 27. ex Proteſt. de illis egerunt JOH. HENR. WEDDERKAMPIUS in tractatu *de Baptiſteriis veterum.* Helmſtad. 1703. edito. In Italia FRID. COMES AB ALTAN promiſit in *una Lettera contenente la ſpiegazione di un celebre Bateſimale geroglifico.* edita an. 1749., quod velit in ordinem redigere diſſertationem *circa Baptiſteria*: & Verſatiſſimi in antiquitatibus P. ANT. MARIÆ LUPI S. J. inceptum ſed ob fata haud perfectum opus de Baptiſteriis veterum edere cum reliquis viri doctiſſimi opuſculis ac ſupplementis nuper promiſit cit. P. ZACCARIA.

o) Scribit CHARDONIUS l. c. §. 10. *deinceps vero cum, qui in agris degebant, Chriſtianis Sacris imbuti ſunt, Baptiſteria quoque extra Epiſcopales urbes erecta ſunt, non tamen in omnibus iis locis habebantur, ubi Curæ, quas dicimus & parœciæ. quin & in ipſis parvis urbibus, quæ carebant Epiſcopo, multos tamen habebant curatos, Baptismus in Baptiſterio tantum unius ejusque præcipuæ Eccleſiæ adminiſtrabatur: hæc Baptiſteria conſtitui non poterant, niſi Epiſcoporum, in quorum Diœceſi hæ erant Eccleſiæ, authoritate, quod diſertis Verbis a Concilio Vernenſi ſub Pipino Rege Sancitum Can. VII. . . . . Eccleſiæ, ubi Baptismales fontes erant, tituli Baptismales vocabantur, atque hoc nomine diſtinguebantur a cæteris, quæ fontibus ſacris carebant*; & No. IX. pergit: *magno hæc numero non erant, neque in agris neque in urbibus pagisve ut ex* Can.

ctus Decimas, p) quæ autem Ecclesiæ Baptismales rurales cum ipsis Decimis pleno denuo jure spectarunt ad Episcopos q)

§. X.

De Controversiis circa Decimas cum Episcopis Germaniæ in medio ævo enatis.

Ex controversiis circa Decimas in medio ævo enatis probatur pariter Decimas spectasse ad Episcopos & non ad parochos, sic dum tempore Ludovici Imp. Cobbo Comes Episcopatus Osnabrug. bona & Decimas distraxerat, eo quod Goswinus Episcopus ad declinandas in Diœcesi sævientes turbas Fuldæ, ubi professus erat, moraretur, sicque Diœcesis conservationi haud intenderet, Episcopi autem Successores repetebant suas Decimas tanquam bona fundationis, magna desuper enata est controversia longo tempore agitata, & quidem jam an. 848. in Concilio Mogunt. de restitutione decimarum Ecclesiæ Osnabrug. facienda actum fuit conf. illa, quæ supra de hac Ecclesia adducta sunt, & HARTZHEMIUS Tom. I. *conc. germ.* p. 164. & 167. an. 888. ad Synodum Mogunt. denuo detulit Episcopus Osnabrug. quærelam de subtractis Ecclesiæ suæ Decimis, quas Cobbo ob debitum Gosvvini Episcopi averterat ad Corbejense & Herivordiense cœnobia, licet autem ejusdem Synodi Patres *can* 13. inhibuerint, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ Decimis aut aliis possessionibus priventur, novisque oratoriis attribuantur, ea tamen controversia multum licet in hac synodo agitata, decisa non fuit. Conf. HARTZHEMIUS l. c. p. 379. donec tandem Arnulphus an. 895. in Wormat. Comitiis abrupta Lite Episcopo Osnabrug. Decimas reddi juberet; conf. SCHATENIUS in *Annal.* *Pader-*

Can. 48. *Meldensis Concilii & Burcardo* (L. 3. c. 22. *ex quodam aquisgran. concilio) constat, ubi legimus diserte constitutum: plures Baptismales Ecclesiæ in una terminatione esse non possunt, sed una tantummodo cum subditis Capellis, hoc nomen erat, quo appellabantur Ecclesiæ, in quibus nulli Baptismales fontes, Capellæ autem Oratoria dicebantur, nec licebat in illis Baptisterium construere aut presbyterum Cardinalem seu tutelarem.*

p) *Hæc quoque illustrat cit.* CHARDONIUS No. XIV. *Baptismales Ecclesiæ cæteris longe præstabant, hinc Carolus M. Imp.* (Cap. I. an. 813. c. 19.) *Lege lata edixit, ut pagorum, in quibus novæ ædificarentur Ecclesiæ, Decimæ antiquis, in quarum territorio constructæ fuissent, pertinerent, idem a Leone IV. constitutum, indeque Gratianus colligit, Decimas nonnisi Baptismalibus Ecclesiis solvi debere, & Bartholomæus Brixiensis Decimas Baptismalibus Ecclesiis semper esse solvendas non Capellis.* Ex quibus simul patet paucissimas hodiernas Ecclesias rurales antiquitus fuisse Baptismales, & sic ad jura Ecclesiarum Baptismalium a parochis indistincte provocari non posse.

q) Prout in decursu clarissime probabitur.

Paderborn. ad d. a. & cit. MEINDERS in diff. *de orig. & jure decim. in Westphalia* p. 447. nec tunc litium fuit finis, nam sub Ottone I. an. 972. in Concilio Ingelheim. contra Corbejensem Abbatem & Herfordiensem Abbatissam *decimas Episcopo Canonica authoritate reddi debere omnes affirmabant, sicque Abbas & Abbatissa suique fautores Synodali Sententia convicti Decimas Episcopo reddiderunt & XXX. Libras auri pro injustitia illata.* conf. HARTZHEM. l. c. T. 2. p. 656. idem confirmatum fuit an. 1057. in Synodo Ratisbon. conf. cit. HARTZH. l. c. Tom. 3. p. 169. *a*)

Porro in famosa controversia Sæculi XI. sub Henrico IV. Imp. circa Decimas Thuringicas *b*) non disputarunt Abbates Fuld. & Hirschfeld. proceresque Thuringiæ cum parochis, sed cum Archi-Episcopo Mog., qui jure Episcopali prætenderat qua ordinarius omnes Decimas possessionum eorum, & Decimas integras Ecclesiarum Parochialium per Thuringiam suæ. Jurisdictioni subjectarum, sicut omnes aliæ decimationes in universa Diœcesi Moguntina ad ipsum qua Episcopum spectarant, & has Decimationes multo Labore cum assistentia Imperatoris ex parte evictas donavit Sigefridus I. Archi-Episcopus Mog. non parochis, sed Ecclesiæ Colleg. S. Petri Mogunt. an. 1059. & ait prædictus præsul in diplomate in JOHANNIDIS Tom. II. *rer. mog.* p. 462. notum facio: *quomodo decimationem illam super Thuringia, pro qua antecessores mei maximeque proximus prædecessor meus beatæ in Christo memoriæ Luidbaldus pene usque ad Sanguinem certando laboravit, plenius ac perfectius acquisivi, & Ecclesiis Dei eorumque servitoribus eandem canonica authoritate distribuendam esse decrevi.* Ex quibus patet, quod ad Episcopos jure Episcopali dispositio de Decimis seu omnium Ecclesiarum parochialium Decimatio & non ad parochos spectarit. Similem controversiam circa Decimationes Saxoniæ habuerat Abbas Herveldensis non cum Parochis sed cum Episcopo Halberstad. qui pariter authoritate Episcopali illas sibi debitas prætenderat, quam controversiam describit LAMBERTUS SCHAFFNABURG. ad 1059. in PISTORII *Collect. Script.*

a) Adeoque non ex collatione Regis Ludovici germ. Decimarum in Diœcesi Osnabrug. monasterio Corbejensi facta, prout communiter putant, enata est allegata controversia, adeoque errat DITMARUS MERSEBURG. dum in *Chron.* L. VII. in LEIBNIZII *Script. rer. Brunswic.* T. I. p. 403. scribit: *hujus vero* (scilicet Ludovici Pii Imp.) *filius contulit nobile donum* (novæ Corbejæ) *& Decimas in Episcopatu Osnabrug. cum decimalibus Ecclesiis.* Contrarium enim manifeste patet ex allegatis Conciliis, nisi forsan DITMARUS de Decimis dominicalibus a Ludovico germ. monasterio Corbejensi concessis loquatur.

b) Pertractationem hujus controversiæ Thuring., cujus paucissimi veram habent ideam, particulari reservat Præses dissertationi.

Script. rer. germ. T. I. p. 324. seq. in Holsatia quoque circa finem Sæculi XII. de decimis inter Episcopum Lubecensem & Holsatos controversiam diu ventilatam fuisse narrat, HELMOLDUS *in Chron. Slav.* L. II. C. 91. in LEIBNITZII Tom. II. *Script. rer. Brunsw.* p. 614. n. 13. ubi exposita Episcopi Lubec. ad Decimas solvendas exhortatione Seria pergit: „ His auditis tumultuosa „gens infremuit, dixeruntque se huic conditioni Servili nunquam colla submissuros, per quam omne pene Christicolarum genus Pontificum pressuræ „subjaceat. Præterea hoc adjecerunt, non multum aberrantes a veritate, „quod omnes pene Decimæ in Luxus sæcularium cesserint; quam ob rem Episcopus verbum hoc retulit ad Ducem; at ille præcepit sub obtentu gratiæ suæ „omnibus Holzatensibus de terra Wagirensi, ut solverent Episcopo Decimas „cum omni integritate, sicut faciunt in terra Polaborum & obotritorum, quæ „recentius incultæ sunt & ampliori pulsantur formidine Belli. Ad hoc præceptum Holzati obstinatis animis dixerunt nunquam se daturos Decimas, quas „Patres sui non dedissent, malle se potius Succensis ædibus propriis egredi terram, quam tantæ servitutis jugum subire, præterea Pontificem cum Comite & „omni advenarum genere, quod decimarum solvit legitima, interficere cogitabant, & terra inflammata transfugere in terram danorum, sed pravarum molimina rerum Ducis nostri regisque danorum præpedierunt innovata fœdera.„

§. XI.

Adduntur alia monumenta Historica.

Neque alia deficiunt monumenta Historica, quæ confirmant Thesin supra stabilitam, sic Ludovicus German. an. 853. diploma dedit Monasterio Corbejensi, ubi refert: *Hactenus observatum comperimus, ut Decimæ de Dominicatis ejusdem Monasterii mansis non darentur Episcopis* (non autem mentio fit de parochis) & deinde disponit: *Sciatur, ut de dominicatis mansis vel nunc habitis vel post acquirendis a reddendis Decimis plenam hoc Monasterium habeat immunitatem.* Et dum eidem Monasterio confirmata fuit immunitas a solvendis Decimis dispositum fuit, *ut a nullo Episcopo* (non dicitur parocho) *de Dominicalibus mansis Monasterii ejusdem Decimæ exigantur* teste diplomate Henrici Aucupis de an. 922. in SCHATENII *annal. Paderborn.* T. I. p. 265. & in alia charta Henrici aucupis de an. 931. apud SCHATENIUM l. c. dicitur: *Præterea, quod aliis quoque monachorum cœnobiis concessum constat, ut ubicunque Dominicatos mansos habuerint, in quocunque sint Episcopio (hoc est Diœcesi) vel præfectura seu etiam provincia vel regione siti in omni Regno a Deo nobis collato, Decimas*, quas alii Episcopis solvunt, *ad portam monasterii concedimus, & a nemine penitus eas alibi dare cogantur, quatenus inde pro nostra ac totius generis nostri perenni mercede supervenientibus peregrinis ac hospitibus serviatur.* Pariter Episcopi varios exemerunt a solvendi

Decimis

Decimis, quod non potuissent, nisi Decimæ in Episcopatu ad illos spectassent, sic Conradus Episcopus Wormat. an. 1168. monasterium Schönaugiense a solvendis Decimis exemit. conf. SCHANAT. in *cod. prob. Hist. Wormat.* p. 82. & plura exempla eatenus infra occurrent. In diplomate de an. 1268. in FALCKENSTEINII. *Cod. dipl. antiquit. Nordgav.* p. 56 dicitur, quod Ecclesiæ parochiales ad Episcopum & Ecclesiam Eichstett: immediate pertineant, & declarantur illæ immunes a jure advocatiæ. Episcopus Würceburg. authoritate Episcopali Decimas cujusdam Dominicalis in Ratolversdorff & aliarum 2. villularum Decimas Monasterio S. Michaëlis Bamberg. abstulerat, sed cognito legitimo ejus jure illas restituit in Synodo Würceburg an. 1169. in HARTZH. Tom. 3. *Conc. germ.* p. 40. ex quo denuo patet Episcopos Decimas suæ Diœceseos tanquam ad sua jura Episcopalia spectantia sibi vindicasse.

In Diplomate de an. 1187. in PEZII *Thes. nov. anecd.* Tom. III. P. III. refertur, quomodo Udalricus Nobilis cum consensu Archi-Episcopi Salisburg. fundarit Ecclesiam S. Walburgis parochialem, & eam Decimis ex omnibus prædiis suis collectis *tam Episcopalibus*, quam parochialibus Canonico Concambio celebrato ditarit.

Boëmundus Archi-Ep. Trevir. cum renunciasset Archi-Episcopatui Cuno Successor an. 1367. inter competentiæ reditus illi assignavit Decimam villarum Liedorff & Mannebach cum ejusdem decimæ Juribus & attinentiis universis conf. HONTHEIM *in hist. dipl. Trevir.* T. 2. p. 238.

§. XII.

Etiam Canones Medii ævi Jus circa Decimas Episcopis clare tribuunt.

Hinc etiam in capitularibus Regum Francorum & Canonibus Sæculi VIII. IX. & sequentium jus illud Episcopi circa decimas clare innuitur, & quidem in CAPITULARI Caroli M. de an. 779. in GEORGISCH *Corp. Jur. Germ.* p. 543. disponitur VII. *de decimis, unusquisque suam decimam donet, atque per Jussionem Pontificis* (hoc est Episcopi) *dispensentur*; & in CAPITULARI ejusdem Caroli M. ad Salz. a. 804. condito apud GEORGISCH l. c. p. 689. c. 2. statuitur: *de decimis, ubi antiquitus fuerunt Ecclesiæ Baptism. & devotio facta fuit, juxta quod Episcopus ipsius Parochiæ ordinaverit, omnimodis fiant donatæ.* Et in CAPITULARI Caroli M. & Ludovici Pii de incerto anno apud GEORGISCH l. c. p. 802. Cap. XI. hæc notatu digna occurrunt: *placuit, ut omnes Ecclesiæ cum dotibus rebus suis in Episcopi proprii potestate consistant, atque ad ordinationem vel dispositionem suam semper pertineant*; & in CONCILIO TURONENSI de an. 813. *Can.* 16. dispositum fuit, ut decimæ quæ singulis

dabuntur

dabuntur Ecclesiis *per consulta Episcoporum* a præsbyteris ad usum Ecclesiæ & pauperum Summa Diligentia dispensentur; in CONCILIO MOG. eodem an. sub Ricolpho Archi-Episcopo Mog. celebrato *Can.* 8. statuitur: *ut Episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas providere, regere & gubernare atque dispensare secundum Canonum authoritatem.* In CONCILIO MOG. sub Rabano an. 847. celebrato *Can.* X. in HARTZHEMII *Conc. Germ.* Tom. 2. p. 156. legitur: *Volumus, ut decimæ, quæ singulis dantur Ecclesiis, per consulta Episcoporum a presbyteris ad usus Ecclesiæ & pauperum Summa Diligentia dispensentur:* & *Can.* XI. *Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis nec aliis possessionibus pro novis oratoriis sine consensu & consilio Episcopali priventur.*

In *Canone* CONCILII TICINENSIS de a. 855. relato in *Cap.* 56. CAUSA XVI. q. 1. (addatur *Can.* 55. CAUSA XVI. q. 1. in *decreto grat.* & REGINO *discipl. Eccles.* L. 1. §. 44.) legitur: *in Sacris Canonibus præfixum est, ut decimæ juxta Episcopi dispositionem distribuantur.* In CONCILIO WORMAT. de an. 868. in HARTZHEMII *Concil. Germ.* Tom. II. p. 316. seq. *Can.* 45. disponitur: *omnium Negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, ut ea velut Deo contemplante dispenset;* & *Can.* 46. *Episcopus Ecclesiasticarum Rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent; Can.* 55. circa dotationem Ecclesiarum Parochialium: *omnia secundum Constitutionem ad Episcopi potestatem pertineant. Can.* 59. *ut decimæ in potestate Episcopi fiant, qualiter a præsbyteris dispensentur.* in CONCILIO TRIBURIENSI de an. 895. in HARTZHEM. l. c. p. 395. c. 14. disponitur: „siquis vero in qualibet sylva vel deserto loco ul„tra Milliaria quatuor aut quinque vel eo amplius aliquod dirutum collaborave„rit, & illic consentiente Episcopo Ecclesiam construxerit, & perpetratam con„servaverit, prospiciat præsbyterum ad servitium Dei idoneum & studiosum, „& tunc demum novam decimam novæ reddat Ecclesiæ,„ SALVA TAMEN POTESTATE EPISCOPI. Et denique in synodo Augustana de an. 1152. apud HARTZHEMIUM l. c. p. 623. *Can.* 5. statuitur: *ut omnis decimatio in potestate Episcopi sit, & si neglecta fuerit quidquid inde emendandum sit, coram Episcopo ejusve misso corrigatur.* Ex quibus denuo confirmatur, quod parochi tum temporis sive urbani sive rurales jus nullum ad decimas quascunque habuerint, sed sua sustentatione ab Episcopo subministrata contenti esse debuerint, & de hoc argumento varia etiam attulerunt MURATORIUS *in Antiquit Italiæ* Tom. III. P. 2. diss. 74. *de parochiis & plebibus.* Et FILESACUS *in diss. de origine* Parœciarum. Conf. GONZALEZ ad c. 7. §. 11. de pactis. BARBOSA in Jure Eccles. L. M. cap. 26. §. 3. n. 11. seq. VAN ESPEN. *Jur. Univ. Eccles.* P. 2. tit. 18. c. 1. n. 4.

§. XIII.

Patet etiam Jus Episcoporum ad decimas a posteriori.

Patet præterea jus Episcoporum circa decimas a posteriori, dum illi decimis tanquam de re propria disposuerunt sæculis VIII. IX. X. & sequentibı quin ullius parochi audita fuerit querela, & decimas pro lubitu Ecclesiis c thedralibus, Collegiatis & Monasteriis contulerunt vel mensæ Episcopali ill reservarunt, *a*) in necessitatibus oppignorarunt, *b*) permutarunt, vel in fe dum aliis contulerunt, quod innumeris diplomatibus omnium Germaniæ Ep copatuum confirmari potest, & eatenus adeundi saltem sunt Ecclesiarum Ge maniæ particularium Scriptores Historici, & Collectores diplomatum velı MIRÆUS, SCHANAT, HUNDIUS, MEICHELBECK, HONTHEI JOANNIS, GUDENUS, WESTPHALEN, SCHATENIUS &c. qui tal Documenta fere sine numero sistunt, non autem potuissent tam arbitraria disp nere Authoritate Episcopi de decimis suarum Diœcesium, nisi illæ ad eoru Jura & facultates spectassent.

Quomo

a) Sic Conradus Eychstett. Episcopus an. 1298. mensæ Episcopali incorp ravit Ecclesiam in Allersberg teste diplomate in FALCKENSTEINII co *dipl. antiq. Nordgav.* p. 107. ubi scribitur: *omnes proventus & decimas ta ad Ecclesiam parochialem in Allersberg nostræ diœcesis, cujus jus patronatus nos & Ecclesiam nostram spectare dignoscitur ab antiquo, quam ad Capellas si gulas eidem annexas quomodolibet pertinentes usibus mensæ nostræ Episcopa prædictæ ad relevandum aliqualiter ipsius in hac parte defectum incorporamı Volentes ut postquam vacare cœperit, Episcopus, qui pro tempore fuerit, pr ventus & decimas ejusdem parochiæ pro mensa sua Episcopali deinceps recipe debeat & pacifice possidere &c.*

b) Sic Richardus Wormat. Episcopus an. 1254. ob recuperationem castri & opp di Wimpin. obligavit cum consensu Capituli tres decimas, videlicet decima frumenti civitatis Wimpin., decimam frumenti in Biberach, decimam frı menti in Nuveru fratribus de Weinsberg pro CC. marcis sub formula, Ecclesiam Wormat. in decimis & censibus in districtu Wimpin. non impediai imo defendant. Conf. SCHANAT *in cod. prob. hist. Wormat.* p. 125. n. 14 aliud diploma de an. 1360. exhibet FALCKENSTEIN in cod *diplom. antiqu Nordgav.* p. 194. n. 247. ubi testatur Albertus de Wolffstein, daß ihm Be thold Bischoff zu Eychstädt eingesetzet und eingegeben den Zehenden geleg zu Essech, den Zehenden gelegen zu *Prembach* und den Zehenden gelegen *Hargbach* also mit der Bescheidenheit, das Er und seine Erben die Zehe den haben und niesen sollen, also lang bis daß Er und seine Nachkommı ihm oder seinen Erben 300. fl. Heller gibt zur rechten Losung-Zeit, E soll er ihme die vorgenannte Zehende ledig sagen.

Quomodo autem Epiſcopi decimas hujusmodi partim Eccleſiis, partim Monaſteriis & Laicis contulerint, ſaltem ſpeciminis loco quibusdam illuſtraturi ſumus exemplis, quibus innumera alia, ſi neceſſarium foret, limitesque Diſſertationis Academicæ permitterent, adjungi poſſent.

§. XIV.

Epiſcopi decimas partim contulerunt Eccleſiis Cathed.

Cum magna ſemper Epiſcoporum fuerit affectio erga proprias Eccleſias, quarum erant ſponſi, ſic plurima donaverunt Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, ſeu ſuis fratribus ad augendas eorum præbendas, prout ex *innumeris* illud conſtat diplomatibus, præter fundos autem & curtes potiſſimum donarunt illis decimas tanquam præcipuas Epiſcoporum Facultates, ſic Sifridus Raceburg. Epiſcopus an. 1194. cum Capitulo Cathedrali fraterne diviſit bona Epiſcopalia & plurimas numero decimas illi aſſignavit. Conf. diploma apud WESTPHALEN. Tom. II. *monum. ined.* p. 2050. n. 20. & in ſpecie quoad partem decimarum aſſignatam, additæ quoque ſunt decimæ novales futuris temporibus ſperandæ, dum dicitur: „ordinatum fuit inſuper & in eo „conſenſum, quod tam in Provincia Buthin in villis expreſſis, quam in aliis „prædictarum Provinciarum villis, quæ fratribus ſive in tota parte, ſive immediate in tertia parte decimarum aſſignatæ ſunt, quidquid in terminis earum „ſuperexcreverit, pro ſua parte in decima fratribus accreſcat; „id quod per plura alia comprobatur diplomata conf. ibidem diplomata de an. 1235. p. 2066. n. 39. & 2084. n. 57. p. 2096. n. 65. ubi Udalricus Epiſcopus Raceburg. an. 1277. Capitulo Raceburg. varias ad varios fines concedit decimas. Conradus Epiſcopus Raceburg. an. 1284. Capitulo Cathedrali contulit Eccleſiam in Grevesmolen cum omni jure temporalium & ſpiritualium l. c. p. 2205. n. 73. conf. diploma de an. 1285. ibidem p. 1285. n. 77. & aliud de an. 1286. p. 2209. n. 79.

Eberhardus Epiſcopus Wormat. an. 1259. confirmavit Capitulo Cathedrali Wormat. Eccleſias in Colgenſtein, Suſenheim, Wenoldisheim & S. Michaëlis extra muros Wormat. vid. diploma in SCHANAT *cod. probat. hiſt. Wormat.* p. 128. n. 145. in diplomate de an. 1283. in FALCKENSTEINII *cod. diplom. antiquit. Nordgav.* p. 81. dicitur, quod in Capitulum Cathedrale Eychſtet.: „per Donationem Udalrici Epiſcopi Eychſtet. jus patronatus Ec„cleſiæ in MECKENLOHE translatum ſit, ita ut in ſubſidium præbendarum „ſingulis annis certa penſio de dicta parochia ſolveretur.„ Conf. præſidis Com. *de Moguntino S. Martini Monaſterio* p. 20. ſeq. ubi ab Archi-Epiſcopis Mog. variæ decimæ aſſignantur R. Capitulo Metr. Mog.

§. XV.

Partim Ecclesiis Collegiatis concessæ sunt ab Episcopis decimæ.

Nec minor in conferendis decimis fuit Episcoporum erga Ecclesias C leg., quarum plerumque fuerunt fundatores, vel dotatores, liberalitas, du plurimas illis decimas vel Ecclesias decimales contulerunt, quot Ecclesias d cimales an. 965. Everaccus Episcopus Leod. in conventu Ottonis M. J. Episcoporum deputaverit ad fundatam noviter Ecclesiam colleg. S. Marti Leod., docet diploma in MARTENII *veter. monum. collect. ampliss.* T. VI coll. 54. & Burcardus Wormat. Episcopus an. 1016. fundata Ecclesia colle S. Pauli Wormat. custodi dedit positionem Ecclesiæ de Adenesbach, omne decimationem ejusdem villæ, & 30. mancipia cum omnibus aliis pertinentib ad eandem Ecclesiam apud SCHANAT. in *cod. probat. hist. Wormat.* p. 41. 48. Burcardus II. Episcopus Wormat. in diplomate de an. 1139. apud SCH NAT l. c. p. 70..n. 76. Ecclesiæ S. Pauli Wormat. collato ait: „prædecess „rum nostrorum Episcoporum exemplo edocti præbendas fratrum de decim „vel instituere vel supplere investituram Ecclesiæ, quæ est in Echena, frat „bus eisdem concessimus, ut ipsi eidem Ecclesiæ pastorem præficiant, & cu „manso dotali & ex parte decimæ necessaria illi provideant, de reliquo ve „defectui præbendarum suarum subveniant.„

Idem Episcopus in diplomate Ecclesiæ coll. S. Andreæ Wormat. co cesso an. 1141. apud cit. SCHANAT l. c. p. 71. n. 78. recenset Eccles parochiales, quæ cum universa decimatione spectant ad prædictum collegiu ex Liberalitate Episcoporum Wormat. conf. ejusdem diploma l. c. p. 72. 79. Arnoldus Archi-Episcopus Mog. in diplomate de an. 1159. in JOHANI Tom II. *script. rer. mog.* p. 519. refert, *qualiter Wiligisus Archi-Episcopus Mo inter cætera, quæ contulit, Ecclesiam in Monsterliederbach cum omni integritate leg time contradiderit tali pactione & jure, ut duæ partes decimarum, aliorumque prove tuum ad cotidianæ necessitatis stipendia Canonicorum pertinerent, & Sacerdos, qui Ecclesia illa pastoris sollicitudinem gerendo divina celebraret, de tertia parte procur tionem haberet.* Conradus Episcopus Moguntinus an. 1189. ob cessam Eccles Metropol. Mogunt. a Capitulo Sancti Stephani Ecclesiam Alzeyanam *dedit i Ecclesiam de Brizzenheim cum universis decimis & aliis pertinentiis, similiter contu Ecclesiam de Münstere cum pertinentiis suis & præfata Ecclesia libere cum sua integ tate sit in manibus Dominorum S. Stephani, & hæc omnia accedant ad usus & ad pr bendas fratrum nomine Elemosinæ, præfata vero Ecclesia de Münstere infeudata fu rat Domino Conrado Palatino Comiti de Rheno, sed ad preces nostras ipse eam nob resignavit.* l. c. p. 522.

Et ibidem pag. 526. refertur in diplomate, quod Wernerus de Selehoven & filius ejus controversiam, quam habuerunt cum Canonicis Ecclesiæ B. Stephani in Moguncia super quibusdam Decimis in Brizzenheim, quas Jure feodali sibi usurpare contendebant, ... testabiliter remiserint, & juris, quod in parte jam dictarum Decimarum se habere asseruerunt, prorsus sub signo exfestucationis renunciarunt. idem Conradus in diplomate de an. 1190. p. 524. ait: capellam itaque in Brunnen cum dote, quæ in re fundi Ecclesiæ & fratribus S. Stephani pertinuit, ipsius autem villæ Decimæ fratribus & Ecclesiæ S. Victoris pertinuerunt, eidem Ecclesiæ videlicet S. Victoris & fratribus authoritate nostra nulla obviante contradictione in perpetuum contulimus, & vice versa Capellam in Zagelbach cum omnibus suis pertinentiis, cujus fundatio Ecclesiæ fratribus S. Victoris pertinuit, ipsius vero Decimæ Ecclesiæ & fratribus S. Stephani pertinebant, eidem Ecclesiæ scilicet S. Stephani & fratribus concurrente hinc inde pari consensu in restaurum tradidimus, & Ecclesia eadem S. Stephani recuperavit Decimas in Sodenle inique Detentas a Godeberto de Gelnhausen an. 1191. l. c. p. 591. & in *Chronico Rideselano* in KUCHENBECKERI *analectis Hassiac. Collect.* III. p. 5. ad an. 1233. refertur de Landgravio Hassiæ, quod ob devastationem Ecclesiæ Frizlar. Romæ pœnitentiam egerit, & illi inter alia injuncta fuerit reparatio damni, quibus additur: **Dieses thate er hernach alles und verschnte sich mit denen Leuten, gab seinen Zehenden aus denen Dörffern und Gerichten an die Kirchen und Stifften zu Fritzlar, die sie noch haben;** Canonici Ecclesiæ Colleg. S. Stephani Moguntiæ habebant Decimam in Wickera, vid. diploma in JOHAN. Tom. II. *Script. rer. Mog* p. 534. Ecclesia S. Cuniberti Coloniæ curtim suam in Dromersheim prope Moguntiam cum Vineis, Decimis & Jure patronatus vendidit Ecclesiæ S. Stephani anno 1239. l. c. p. 534. Wernerus Archi-Episcopus Mog. an. 1262. eidem Ecclesiæ contulit Ecclesiam paroch. Nackenheim. l. c. p. 538. idem Wernerus an. 1266. sæpe dictæ Ecclesiæ colleg. concessit Ecclesiam paroch. in Sarmsheim cum suis pertinentiis l. c. p. c. Gerhardus II. Archi Episcopus Mog. an. 1304. concessit Capitulo S. Joannis Mog., ut Decimam vini in tractu Hattenheim. genti Scharpensteinicorum olim in beneficium a sede Mog. collatam a Wilhelmo Scharpfensteinio milite sibi redimendi habeat facultatem. conf. JOANNIS l. c. p. 701. aliæ quoque Ecclesiæ colleg. ex eodem titulo tales Decimales Ecclesias possederunt conf. apud SCHANAT. in *cod. prob. hist. Wormat.* diplomata n. 103. 104. 105. 108. in *Chronico Episcoporum Sleswic.* apud WESTPHAL. *in monum. inedit.* Tom. III. p. 242. refertur: an. 1273. *Bundo Decimam Episcopalem in parochia Alver in servitium Ecclesiæ B. V. in Hadersleve elargitus est.* & ad an. 1318. l. c. p. 246. dicitur; *quanto amore ipsos canonicos complexus fuerit* (Episcopus) *innuit largitio Decimarum, quibus ipse in vita sua carere statuebat*,

& posteri ejus, ut sublevaret inopiam Canonicorum Residentium; Dat igitur eis cum consensu Capituli Decimas Ecclesiarum. Et in HONTHEMII *hist. dipl. Trevir.* Tom. I. p. 321. refertur, quod Ecclesiæ parochiales & Decimæ ab Archi-Episcopis Trevir. Ecclesiæ colleg. S. Paulini apud Treviros collatæ fuerint.

Sigifridus II. Archi-Episcopus Mog. Ecclesiæ Colleg. S. Crucis an. 1219. contulit parochias in Niedersaulheim & Oberhilbersheim apud JOH. Tom. 2. p. 687.

Gerhardus II. Archi-Episcopus Mog. Ecclesiæ Colleg. B. V. ad gradus an. 1295. in JOH. l. c. p. 662. contulit Ecclesiam Parochialem in Drechtingshausen.

Pariter Oratoriis sæpius & Capellis donabantur ab Episcopis Decimæ, sic Gerhardus Episcopus Tull. exstructæ a se Ecclesiæ S. Michaëlis in supercilio Barri montis donavit decimationem proximæ villæ Barri nomine, ex omnibus unde decima datur, & decimationem vinearum, quæ sunt plantatæ retro XXX. annis ac postmodum plantandæ ab ipsa radice utriusque montis Barri videlicet de Barrisni CALMET *Cod. probat. hist. Loth.* T. II. p. 383. seq. & Azecho Episcopus Wormat. an. 1033. Oratorio S. Martini contulit *decimationem Vinearum, quæ sitæ sunt inter munistere* (hoc est monasterium B. V.) *& civitatem Wormat. infra & Rivulum, qui vocatur Isana.* teste diplomate apud SCHANAT in *cod. dipl. hist. Wormat.* p. 50. n. 54.

Sicut autem Episcopi Ecclesiis colleg. contulerunt frequenter Ecclesias decimales, sic pariter præpositi talium Ecclesiarum qua Archidiaconi cum consensu Episcoporum tales Ecclesias & decimas ad eorum collationem spectantes illis contulerunt, quod Exemplis quibusdam ex historia patria desumptis saltem illustrandum erit, sic an. 1184. Hermannus præpositus S. Mauritii huic Ecclesiæ contulit parochiam Elsheim., quam incorporavit Conradus Archiepiscopus Mog. in JOH. T. 2. p. 706. ubi legitur: *contigit itaque Capellam in villa, quæ dicitur Egelesheim fundatam, in qua juris patronatus investitura prænominato Hermanno præposito ex antiqua institutione & Conditione præpositura suæ pertinuit, vacare.... & prætaxatam Capellam .... Ecclesiæ B. Mauritii & fratribus in ea constitutis in augmentum Elemosinarum conniventia & authoritate nostra* (Archiepiscopali) *contradidit & delegavit.* An. 1194. Rutgerus præpositus Ecclesiæ colleg. S. Joannis illi contulit Ecclesiam parochialem in Mummenheim in JOH. Tom. 2. p. 695. quod confirmavit Conradus Archiepiscopus Mog. & an. 1218. Theodericus præpositus Ecclesiæ colleg. B. V. ad gradus hujus Capitulo contulit parochiam in villa Nithe. conf. JOH. l. c. p. 655. & anno 1221. Arnoldus præpositus Decimas

Decimas Beckelheim. eidem competere agnovit in diplomate l. c. p. 657. an. 1236. Fridericus Comes Eberstein. præpositus S. Joannis huic Ecclesiæ contulit parochiam Aspisheim. cum consensu Archiepiscopi Mog. Sigifridi III. l. c. p. 699. & ejusdem Ecclesiæ præpositus Godefridus Comes de Eppstein an. 1304. illi contulit parochiam in Vellen. l. c. p. 707. an. 1254. Ludovicus Ecclesiæ S. Victoris præpositus Capitulo suæ Ecclesiæ contulit Ecclesiam in Oestrich accedente authoritate Gerhardi Archi-Episcopi Mog. l. c. p 600. & an. 1275. Henricus præpositus eidem contulit Ecclesiam parochialem Münsterensem l. c. p. 539. & denique Bartholinus de canali præpositus Ecclesiæ Metrop. Mog. an. 1342. eidem Ecclesiæ donavit decimas de Vino in tractu inferioris Olmenæ teste diplom. in JOHANNIDIS l. c. p. 276. similiter præpositi Ecclesiæ Colleg. S. Martini Wormat. decimam in Salchetz totalem, sicut ad eos ratione præposituræ S. Martini pertinebat, Capitulo S. Martini donarunt. conf. SCHANAT. in *Cod. prob. hist. Wormat.* l. c. p. 136. n. 157.

§. XVI.

Partim Monasteriis collatæ sunt decimæ.

Cum etiam plurima Monasteria ab Episcopis Germaniæ fundata & dotata fuerint, sic plurimæ decimæ hac ratione ab Episcopis ad Monasteria fuerunt translatæ, quod innumeris quoque illustrari potest Exemplis, & quidem *quot Ecclesias decimales & decimas substantiæ Episcopalis* ab Episcopis Tullens. acceperit Abbatia S. Mansueti, patet ex diplomate de an. 982. a Gerhardo Episcopo Tull. concesso in CALMETI *prob Hist. Loth.* Tom. 2. p. 389. seq. & idem Gerhardus an. 988. Ecclesiæ S. Michaëlis in monte Barro contulit *quandam Ecclesiam cum integritate Census & decimationis, sicut eam in manu sua tenebat, sitam in villa, quæ vocatur Ingolini curtis.* Apud CALMET l. c. T. IV. p. 393. addatur p. 387. seq. Meginhardus Episcopus Würceburg. an. 1022. *Ecclesiam Rodeheim consecravit eamque sui gratia beneficii decimatione videlicet ipsius loci Rodeheim & Wanbibuhuson legaliter dotavit, contulitque monasterio S. Michaëlis Bamberg.* Conf. SCHANAT. *in Vindem. Litt.* p. 42 n. 3. Adalbero Episcopus Würceburg. in diplomate de an. 1057. Cœnobio S. Stephani Herbip. confirmavit *possessiones & prædia cum terminis & Parochiis, reditibus & exitibus aliisque pertinentiis, vel quæ Episcopus Henricus primitus donaverat.* Conf SCHANAT. l. c. p. 147. n. 2. Everhardus Trevir. Archi-Episcopus an. 1065. Monasterio Prumiensi donavit *Ecclesias Parochiales in Melendorff, Romeresheim & Buedenesheim cum decimationibus suis.* Conf. diploma in HONTHEMII *Hist. diplom. Trevir.* p. 260. n. 405. Ruthardus Archi-Episcopus Mog. an. 1090. Monasterio S. Albani Mog. contulit Ecclesiam Parochialem in Höchst teste Diplomate in HELWICHII *Chron. S. Albani* in JOH. Tom. II. *rer. Mog.* p. 737.

737. *cum appendentibus sibi prædiolis & decimationibus, & cum omni jure, aqui pascuis, & exitibus & reditibus.* Everhardus Archi-Episcopus Trevir. a 1063. Monasterio Prum. 4. *Ecclesias de novo consecratas, dum singulis parochi decimationumque terminos tam in agris quam sylvis tam in Novalibus quam in an quitus cultis assignavit, confirmavit cum decimationibus.* Conf. HONTHEIM. *Hist. dipl. Trev.* Tom. I. p. 405. Stephanus Episcopus Metensis an. 112 Monasterio S. Martini Glanderiensi confirmavit plurimas decimas. Con CALMET l. c. p. 266. an. 1136. Adalbero Archi-Episcopus Hamburg. co tulit Wicelino ejusque fratribus Ecclesiam Wipentorp. seu novi Monasterii fine Holsatiæ cum decima. Conf. WESTPHALEN T. II. *monum. inedit.* 9. idem Adalbero an. 1139. eidem contulit „ decimas juxta Wilstram fluviu „a Locu, qui dicitur staden usque ad fluvium, qui vocatur Waldburgen, n „non & alias decimas in australi plaga fluminis sture, videlicet a fluvio Lu „son usque ad montem Brendenberg præterea de omnibus, quæ in sylvis si „paludibus per se vel per colonos suos usque quaque iidem fratres elaborav „rint tam in frugibus, quam in animalibus ipsi decimationes accipiant. Conf. cit. WESTPHALEN l. c. p. 13. n. 4. idem Adalbero auxit sua donationem an. 1141. eidemque Monasterio concessit *decimas* 14. *villarum alias decimas juxta fluvium Liestere in utroque Littore a villa Elmesborne usq ad Lacum Wicflet.* l. c. p. 14. n. 5. & an. 1142. addidit Ecclesiam Bishorst ripa fluminis Albiæ sitam cum banno simul & cum omnibus appendiciis ej acquisitis vel acquirendis l. c. p. 16. ac an. 1146. idem Adalbero contulit s pius memorato monasterio paludem Bishorst cum decimis l. c. p. 18. n. 9. quidem decimæ potissimum erant novales, prout patet ex tenore diplomati *paludem, quæ est versus Bishorst & jam non raro incolitur habitatore, distincte a scribi jussi & decimationes tam frugum quam animalium, quæ inde proveniunt, e rundem usibus fratrum deputavi.* Et descriptis terminis prædictæ paludis c citur. *Quæcunque itaque decimationes prænotatis terminis concluduntur, a sup memoratis fratribus suscipiantur.* an. 1146. Bernardus Episcopus Hildeshein Monasterio S. Gothardi noviter fundato varias contulit decimas conf. HART HEMII *conc. germ.* Tom. III. p. 786. & an. 1147. cœnobio S. Bartholom l. c. p. 787. & decimæ in 15. villis ab Episcopis Hildesheim. concessæ su Monasterio Lamspring., recensenturque in diplomate de an. 1149. dato Synodo Hildesh. l. c. p. 363.

Marcolfus Archiepiscopus Mog. Ecclesiæ Altenburg. an. 1160. mult contulit decimas, ac diploma exhibet PAULINI *in Annal. Isenac.* §. 42. p. 2 Hartvvinus Hamburg. Archiepiscopus an. 1164. memoratas supra antecess rum collationes monasterio novo factas confirmavit *plurimasque novas decima Ecclesias parochiales & novalia addidit.* Conf. cit. WESTPHALEN l. c. p. 25. Ot

Otto Episcopus Eychstet. an. 1186. Monasterio Rebdorff. varias decimas donavit teste diplomate in JOH. HENR. DE FALCKENSTEIN *cod. dipl. antiquit. Nordgav.* p. 39. eodem anno Theodericus Episcopus Halberstad. neo fundato monasterio præmonstrat. S. Thomæ Halberstad. contulit *de bonis, quæ Robertus ministerialis B. Stephani in beneficio habuit, duos mansos videlicet in Oschersleve cum decima & advocatia, & duas decimas in Emertsstibe & alteram in Ovelde.* vid. diploma in HARTZHEMII l. c. Tom. III. p. 435. ibidem p. 438. exstat confirmatio synodalis possessionum Steinfeld. cœnobii diœces. colon. de an. 1187., ubi recensentur multæ Ecclesiæ parochiales cum decimis prædicto Monasterio ab Archiepiscopis Colon. quondam concessæ. Otto II. Episcopus Frising. an. 1190. contulit Ecclesiam Alershausen neocellæ ordin. præmonstrat. l. c. p. 789. decimæ Monasterio Stederburg Diœces. Hildesheim. concessæ recensentur in diplomate de an. 1191. in *Chron. Stederburg.* in LEIBNITZII Tom. I. *rer. Brunswic.* p 865. an. 1195. Adelbertus Archiepiscopus Salisburg. præpositturæ Hallensi concessit capellam *cum juris integritate decimarum* conf. HARTZHEM. l. c. Tom. III. p. 464. & an. 1197. Adolphus Archiepiscopus Colon. Monasterio Eiffliæ duas Ecclesias parochiales concessit l. c. p. 465. Sigifridus II. Archiepiscopus Mog. an. 1213. Monasterio S. Albani Mog. contulit 6. Ecclesias Parochiales Strasheim, Steilfurt, Bodenheim, Ebersheim, Sarmsheim & Budesheim vid. diploma in JOHAN. Tom. II. *rer. Mog.* p. 757. Conradus Episcopus Camin. an. 1235. Monasterio Doberanensi contulit *decimas in Racowe.* Apud WESTPHALEN l. c. Tom. III. p. 1480. n. 11. Ludolphus Episcopus Raceburg. an. 1236. neo fundato Monasterio Rhenensi multas pariter contulit decimas l. c. p. 2068. add. Tom. IV. p. 931. seq.

Gerhardus I. Archiepiscopus Mog. an. 1250. Ecclesias parochiales in Budenheim & Udenheim Monasterio S. Albani incorporavit conf. JOH. l. c. p. 762. Gerhardus Archiepiscopus Brem. an. 1290. Monasterio Utersensi contulit decimam in Heest. apud WESTPHALEN l. c. Tom. IV. p. 3494. n. 17. decima in Klotzenhusen & Mechinhart spectavit ad Monasterium Vallis cœli vi diplomatis de an. 1291. in GUDENUS *cod. diplom.* Tom. IV. p. 968. in Instrumento Abbatis de Wisburg super incorporatione Ecclesiæ parochialis in Weisenburg in FALCKENSTEINII *cod. diplom. antiquit. Nordgav.* p. 96. dicitur: *licet ex concessione venerabilium in Christo Patrum & Dominorum Episcoporum Eychstet. decimas eidem Ecclesiæ pertinentes in usum prabendarum nostrarum possideamus ab antiquo, qui vero Reverendus in Christo Pater & Dominus noster Reiniboto nunc Ecclesiæ Eychstet. Episcopus volens nobis de proventibus ipsius parochiæ amplioris quodam Charitatis subsidio provideri, authoritate ordinaria concessit &c.* Philippus Eychstet: Episcopus an. 1319. Monasterio in Engelthal Ord. S August incorporavit parochiam in Ovenhausem vi diplomatis apud cit. FALCKENSTEIN

p. 168. ibidem p. 192. n. 243. extat diploma, vi cujus monasterium B. Pet in Castello Eychstet. Diœces., quia Episcopus Eychstet. ipsi incorporav Ecclesias parochiales in Olsvvang & Lauterhoven, in gratitudinem promi mensæ Episcopali solvere singulis annis 16. Libras Hallens. & Petrus Arch episcopus Mog. an. 1320. neo fundato Monasterio Carthusianorum pro suste tatione inter alia dedit *in villa Eschbach superiori tertiam partem Decimæ, de De ma in villa Weilbach centum maldera siliginis, duo maldera pisæ, 24. Saccos aven de parte decimæ villæ Wicker 23. maldera siliginis item de decima Vini ibidem 4. ca ratas Vini communis.* conf. JOH. *Tom. 2. rer. Mog. p. 832.* Gerhardus Arch Episcopus Bremens. an. 1344. Monasterio Utersensi contulit decimam in Tan stede a Comitibus Holsat. resignatam apud WESTPHALEN l. c. Tom. IV p. 3498. n. 22. quot decimas Monasteria Germaniæ exclusis parochis poss derint, patet præterea ex eo, dum partim monasteria frequentes de decim habuerunt controversias, partim decimas ab Episcopis obtentas aliis iterum feudum contulerunt, quæ plurimis iterum illustrari possunt exemplis: Henricus Comes an. 975. in feudum habuerat a Monasterio S. Maximini *E clesiam in Villa Ockisheim constitutam cum omni decimatione ... cum omni integrita & omnibus appenditiis suis Capellis, videlicet Barrwitre, Noyn, Aredorff.* conf. HON HEMII *hist. dipl. Trevir.* Tom. I. n. 194. p. 317. in diplomate de an. 126 apud GUDENUS *in cod. dipl.* Tom. I. p. 709. dicitur: *quod Domini de Spec feld a Monasterio Laurisham: in feudum habuerint duas partes Decimæ vini Hentschusheim.* Et Milites quidam a Monasterio Hersfeld. Decimas in feudu tenuerunt, ceu patet ex diplomate de an. 1273. in LUDEWIGII *reliq. ma nuscr.* Tom. I. p. 111. Decima in Hovegulle, quam a Monasterio Fuld. i feudum habuerunt Domini in Minceberg facta compensatione remisso nex feudali vendita fuit Monasterio Arensburgensi Mog. Diœces. anno 1304. con diploma in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. I. p. 988 Conradus Abbas S. Alba Mog. an. 1270. partem Decimæ in terris villæ Udenheim, quæ feudi Jure a Monasterium divi Albani spectabat, cum omnibus juribus a Philippo de Ho henfels emit. l. c. p. 763. Monasterium Zvvetlense in austria infer. ord. ci sterc. an. 1308. per modum præcariæ concessit Decimas 2. villarum LUDE WIG *reliq. manusc.* Tom. IV. p. 77. & Decimæ ab Ecclesia Fuld. an. 1462. i feudum collatæ memorantur in SCHANATI *Client. Fuld. Cod. prob.* n. 12 Amicabilis Compositio inter Abbatem Wulzburg. & Weisenburgum Noric rum ratione Decimarum de an. 1455. extat apud FALCKENSTEIN l. c p. 269. n. 330.

§. XVII

§. XVII.

Partim Laicis contulerunt in feudum Decimas Episcopi.

Quanta præterea Episcoporum Germaniæ in conferendis Decimis Eccles. in feudum Laicis *a*) fuerit Largitas quasi infinitis denuo probari potest

G 2 Docu-

a) De origine feudorum Laicis ab Episcopis concessorum egit Westphalen *monum. ined.* Tom. II. p. 2004. in Nota. Reges francorum quidem jam infeudationem Ecclesiarum parochialium & decimarum inhibuerant, sic in Lege XXVI. Longob. ordinatum fuit *de Ecclesiis baptismalibus, ut nullatenus Laici homines eas tenere debeant*, Varii Episcopi etiam factas ab antecessoribus infeudationes decimarum de facto quandoque revocarunt, sic Sigebertus Levita S. Vincentii Metensis Biographus Theoderici I. Metensis Episcopi in Leibnitzii Tom. I. *Script. rer. Brunswic.* p. 302. ad an. 970. refert, *hic ergo Theodericus... Decimas Ecclesiarum suæ Diœcesis a prædecessoribus suis stipendii vel beneficii loco deputatas personis Laicalibus Synodali Auctoritate & Episcopali censura subtraxit illis quamvis invitis & reclamantibus & secundum quod scriptum est, qui altario serviunt, de altario vivant, Ecclesiarum res Ecclesiarum delegavit officialibus.* Et Gregor. VII. Pontifex, prout discimus ex *Hugonis Flaviniac. Chronico Virdunensi* in synodo 3. Kal. Decemb. an. 1078. Romæ celebrata *Can.* VI. Decimas in usum pietatis concessas possideri prohibuit a Laicis sive ab Episcopis sive a Regibus, vel quibuslibet aliis personis eas acceperint, & nisi eas Ecclesiæ restituant, Sacrilegii reos esse docuit, & idem Pontifex an. 1079. Hermannum Episcopum Metensem arguit, quod bona Ecclesiæ quibusdam militibus defensionis causa largitus sit, conf. Honthemii *hist. dipl. Trevir.* Tom. I. p. 428. Scripsitque Gregor. VII.: *præterea pervenit ad nos, quod propter instantem inimicorum tuorum infestationem tuæ bona Ecclesiæ largitus sis quibusdam militibus, & eo modo honoris tui dignitas, quod non optamus, minuatur, atque decrescat, proinde tuam volumus admonitam esse prudentiam, ne alicujus magnitudine tribulationis coactus Ecclesiasticas cuiquam hæreditates largiaris, unde multum te postea pœniteat, cum, quod modo turbatus egeris, nullo modo emendare potueris.* Verum non potuit prædictum, sicut alia circa investituram a Gregorio VII. lata Decreta, per rei naturam habere Effectum, & monuit Alex. Natal. Tom. VI. *Histor. Ecclesiast.* p. 242. *at circa hujus Canonis Executionem dissimulandum fuit perturbatis Ecclesiæ temporibus erga nobiles, qui ad præsbyteros fornicarios & Simoniacos coërcendos operam Ecclesiæ commodarunt, hos cum excommunicasset Hugo Diensis Episcopus, nisi Decimas Ecclesiæ dimitterent, nimiam severitatem Gregor. VII. Pontifex improbavit.* L. 9. Epist. 5. Verum non modo ob allegatam hanc rationem sed & alias majoris momenti, de quibus sequenti §vo. fusius agendum erit, translatio Decimarum Ecclesiast. in Laicos fuit quasi inevitabilis, & nullo modo dubitandum, quin antiquissima & rationalis etiam consuetudo nobiles Laicos in Germania talium possessionum reddiderit Capaces, sic ut pauca quædam tantum hoc loco addantur, ex monumentis antiquis refert Eckardt. *rer. franc.* L. 24. p. 668. *Quod alienare ab*

Documentis & ut Vulgaria ab aliis jam adducta missa faciam, sic Episcopus Hildesheim, qui omnes fere decimas sui Episcopatus perceperat Sæculo XI. illas magna ex parte Laicis in feudum concessit, prout discimus ex *Chronic Episcoporum Hildesheim*: in LEIBNITZII Tom. II. *script. rer. Brunsw.* p. 790 ubi legitur. *Idem Episcopus ad tutelam sui & defensionem Ecclesiæ Decimas, quæ omnes fere illi vacabant, coactus est militibus impertiri.* Eodem modo se Res habuit in Ecclesia Bremensi, prout refert ALBERTUS STAD. ad an. 1066. in BOECLERI *script. rer. germ.* P. 2. p. 239. *nam & curtes Episcopi & Decimæ Ecclesiarum omnes cesserunt in usum Laicorum.* Et Archi-Episcopus Brem. Hartvvicus in diplomate de an. 1144. in WESTPHALEN *monum. ined.* Tom. II p. 18. refert, quomodo a comite Adolpho de Scorvenburch Decima 6. Villarum, quam ex infeudatione Episcopali tenuerat, oppignorarit præposito monasterii novi: & eædem decimæ an. 1248. cum Consensu Archiepiscop Brem. tanquam Domini directi eidem monasterio plene sint venditæ l. c. p. 40 & in diplomate Baldevvini Archiepiscopi Brem. de an. 1174. l. c. p. 25. n. 14 dicitur, quod homo (seu *Vasallus*) quidam Hildevvardus omnem decimam quæ Lacui, quæ Damflied dicitur, in parte occidentali adjacet, tam in frugibus quam animalibus Episcopo resignarit: & de eadem decima infeudata mentio fit in diplomate Hartvvici Archiepiscopi Brem. de an. 1196. l. c. p. 26. n. 15. de Ecclesia Paderborn. refert SCHATENIUS *in Annal. Paderborn* ad 1187. *quod aut possessiones aut prædia aut decimæ ministerialibus in Obsequium Episcopi & defensionem Episcopatus donatæ fuerint.* Et advocatus Ecclesiæ Paderborn. varias decimas in feudum habuerat vi diplomatis de an. 1189. in SCHATENII *annal. cit.* Tom. I. L. 9. ad d. a. vi diplomatis de an. 1161. Conradus Comes Palatinus Rheni ab Archiepiscopo Trevir. in feudum habuerat Ecclesias decimales in Logenstein & Kaimpt. conf. HONTHEIM. *in hist. dipl. Trevir.* Tom. I. n. 407. p. 594. an. 1211. Conradus Episcopus Spir. Jus Patronatus & decimas in Medinheim, quas in feudum habuerat Marquardus de Villre, resignatas contulit Abbati Himmenrothensi conf. HARTZHEIM *conc. germ.* Tom. III. p. 794. Gerhardus I. Archiepiscopus Brem. in diplomate de an. 1215. apud WESTPHALEN l. c. Tom. 2. p. 27. *Decimam, quam fratres novi monasterii a quodam milite conquisiverunt, authoritate sua ipsis fratribus licentiavit.* An. 1230. ab Episcopo Hildesheim. dimidiam decimam

i

ab Ecclesiis necessitate urgente aut Commodo aliquo occurrente aut pro aliis rebus commutare & in Laicos transferre potuerint Decimas Episcopi rerum Ecclesiæ omnium dispensatores. Et in SYNODO QUEDLINBURGENSI alienationes Decimarum in Laicos ratæ habitæ sunt, dum ibi disponebatur: *Ne Laici Decimas sibi vindicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, nisi concessione legitimorum possessorum.* teste BERTHOLDO CONSTANS. ad an. 1085.

in Brunnen dictus de Gaudesheim in feudum habuerat. HARTZHEIM. *conc. germ.* Tom. III. p. 536. Sifridus Archiepiscopus Mog. de decima in Rode in diplomate de an. 1245. jam supra allegato apud GUDENUS in *cod. dipl.* Tom. I. p. 588. ait: „Declaramus, quod receptam a Gerlaco milite de Aldendorff „Decimam in Rode, quam a nobis Jure tenuit feudali, pro petitione sua sup„plici donavimus Ecclesiæ de Aulesburg. cisterc. ord. Mog. Diœces. jure pro„prietatis in perpetuum possidendam Gerlaco dicto proprietatem suam tertiam „partem Villæ Gervvigeshagen nobis in restaurum præfatæ decimæ totaliter „assignante; quod eodem Jure, quo decimam habuerat, bona eadem possi„deret. „ Et an. 1257. fratres Henricus & Dietericus de Wiler renunciarunt Decimæ feudali in Hennenberg & Gozzesthal; conf. diploma apud GUDENUS l. c. Tom. I. p. 654.

Bertholdus Comes de Greisbach an. 1276. Episcopo Aychstet. resignavit omnes Decimas [illegible]ores & minores parochiæ in Attenstatt, quas ab Episcopo & Ecclesia Aychstet. in feudo tenuerat. in FALCKENSTEINII *cod. dipl. antiquit. Nordgav.* p. 65. & ibidem in diplomate de an. 1178. Frider. Burggravius de Nürnberg inter feuda Ecclesiæ Aychstet. recognoscit *Jura Patronatus Ecclesiarum in Hollenstein in Tallmessingen & in Waltingen cum eorum attinentiis.* Gerhardus II. Archiepiscopus Mog. an. 1290. consensit, *ut decimæ in villis Steinbach & Huntheim cum omnibus suis pertinentiis a Nexu feudali liberatæ transferterentur ad Ecclesiam Colleg. Aschaffenburg.* vid. diploma apud GUDENUS l. c. p. 838.

Comites Wertheimens an 1355. Jus Patronatus in Villa Eychel, quod in feudum habuerunt ab Episcopo Eychstet., contulerunt Monasterio Carthusianorum prope Wertheim & in compensationem in feudum obtulerunt Episcopo Eychstet. Vicum Dortingen teste diplomate apud FALCKENSTEIN l. c. p. 186. ubi habetur: Thun kund, daß der . . . Graf zu Wertheim . . . sein Sohn . . . haben geben den Kirchen-Satz Aychel mit allem dem, daß dazu gehöret den geistl. Göttlichen Leuthen dem Prior und Convent Cartheuser-Ordens zu der Neuen Zell bey Wertheim gelegen, und wan derselbe vorgenannte Kirchen-Satze von uns und von unserem Gotteshauß zu Eichstatt zu Lehen gehet, . . . und haben denselben Kirchen-Satz zu Eychel denen vorgeschriebenen geistl. Leuthen geeignet mit allem dem, daß dazu gehöret, mit der Bescheidenheit, daß die Ehegenannte Graffen - - uns und unserem Gotteshauß wiederlegt und aufgeben habent, Dortingen das Dorff . . . besucht und unbesucht mit allen den Rechten . . . also daß sie und alle ihre Erben dasselbe Dorff . . . von uns und unseren Gotteshaus zu Eichstätt fürbaß ewiglichen empfangen zu einem rechten Lehen. In diplomate de an. 1355. l. c.

l. c. p. 187. n. 235. Fatetur Eikingerus pincerna de Wartberg, daß d
hende und Burghut zu Wartberg von dem Bischoff zu Eichstätt und
Gotteshauß zu Lehen gehen. *b*)

§. XVIII.

Assignantur rationes, cur Episcopi tam frequenter Laicos de D cimis investiverint.

Rationes, cur Episcopi Laicis non solum tot bona Ecclesiastica, se specie tam frequenter Decimas in feudum contulerint, mox se exhibent, tus medii ævi fugitivo saltem oculo perlustretur, Episcopi enim Germania ratione Regalium & feudorum, quibus ab Imperatoribus & Regibus Ger investiti erant, fuerunt vasalli Regum, unde non solum sub pœna feloniæ propria militare debebant persona. *b*) Sed & cum certo militum & eq numero præstare servitia. *c*) IIdo. Ob frequentes in medio ævo diffidi propriæ defensionis causa necessaria erat Episcopis Germaniæ militia eq

b) Quod Decimæ ab Ecclesiis in Vasallum translatæ in dubio potius pro feu sculino quam fœminino habendæ sint, deduxit Tob. Jacob. Reinh. *selectis observ. ad Pauli Christinæi decis.* Vol. VII. obs. 9. p. 15.

a) Sic Otto Frisingensis *de rebus gestis Frid.* I. L. 2. c. XI. refert modo in lustratione exercitus in Campis Roncaliis Episcopi Brem. & berstad. tanquam rei feloniæ ob absentiam regalibus quoad pe fuerint privati.

b) Unde a scriptoribus coævis vix describitur prælium Germanorum qu morentur occisi Episcopi vel Abbates, Episcopi etiam sæpissime ta belli Duces præfuerunt exercitibus Imp. ac susceperunt expedition potissimum lectu digna sunt, quæ de Christiano Archiepiscopo Mog Albertus Stad. ad an. 1172. & 1173. non autem in Germania sed & in Gallia vel potius olim in universa Monarchia Franc. E militiam suppeditare & copias Ducere tenebantur, conf. Alex. Nat. VII. *hist. Eccles.* p. 247. P Daniel *de la Milice Francoise* L. I. c. 2 masinus *de vet. & nova Ecclesiæ disciplina* T. III. L. 1. c. 45. quid militia senserit Sæculo XI. Fulbertus Carnot. Episcopus, percipi ejus Epistola in *Thesauro nov. Anecdot.* Martenii Tom. I. p. 130. nes hujus militiæ ad statum Clericalem non bene quadrantis refert F *dans les discours sur l'Histoire Eccles.* III. Discours n. 8. ex protest de hoc argumento egerunt Zieglerus in diss. sub tit. *Episcopus e veteri Ecclesia invisus.* Ludewig in diss. *de Clerico exule successionis i & principatus S. R. J.* & Georg. Lud. Böhmer in diss. *de jur statu militari Germanorum pendentibus* C. I. §. 8. 17. & 18.

c) Conf. J. H. Böhmer in diss. *de feudis Eccles.* C. 1. §. 12.

casu necessitatis mox convocanda. *d*) III. Castra erant instruenda necessario præsidio, unde conducendi erant Castrenses & Burgmanni. *e*) IV. Ex universali Germaniæ consuetudine stabiliendi erant varii ministeriales & ad minimum aulæ Officiales veluti Mareschallus, Camerarius, dapifer & pincerna. *f*) Omnes

d) Ex perlectione solius Historiæ Patriæ jam patet, quot diffidationes Archiepiscopi Moguntini cum vicinis Principibus, Comitibus palat. Landgraviis Hassiæ, Ducibus Lüneburg. &c. eo tempore, ubi Jus manuarium adhuc vigebat, habuerint, ut continuum fere fuerit in Germania bellum omnium in omnes non sine Barbarie gestum.

e) Ex historia Patria saltem iterum exempla erunt alleganda, sic Gerlacus Archiepiscopus Mog. Godefridum Comitem Zigenheim. admisit in Castrensem castri Amœnoburg. In Hassia vid. diploma in KUCHENBECKERI *anal. Hass.* coll. 2. p. 233. & Petrus Archiepiscopus Mog. recepit Joannem Comitem Zigenheim. in talem Castrensem, conf. SERRARIUS *hist. Mog. cum Notis Joh.* p. 639. conf. diploma an. 1308. a Petro Archiepiscopo Mog. Nobilibus de Hanstein in Eichsfeldia concessum apud GUDEN. *in Cod. dipl.* Tom. III. p. 49. qui multa alia exhibet diplomata vi quorum Archiepiscopi Mog. tales milites Castrenses E. g. ratione Starckenburgi in strata montana, Amœnoburgi &c. constituerunt. Add. BARINGII *Clavis diplom.* p. 552. seq. alia exempla adhuc recenset GEORG. LUD. BÖHMER in cit. diss. *de juribus ex statu Milit. Germanorum pendentibus* c. I. §. 16. add. WALDSCMID in diss. *de feudo Castrensi.* & PHIL. CAR. L. B. DE KNIGGE *de Castri Germanici natura & indole.* Et novissima diss. Trevir., quam defendit JOH. WILH. MAINONE *de feudis castrensibus*, ubi de castris Trevirensibus potissimum agitur.

f) De origine 4. officiorum aulic. tam principibus sæc. quam Ecclesiast. propriorum egit Comes de WURMBRAND in diss. *de hæred. provinciarum Aust. Officialibus.* p. 460. BUDER in diatriba *de feudis officialium hæredit. procerum & provinciarum Regni Germaniæ* ESTOR in Tr. *de Ministerialibus.* p. 466. officiales tales principum Ecclesiast. recensent IMHOF *in notitia procerum* J. T. I. BILDERBECK in dem Staats-Recht, LÜNIG in dem Europäischen *Titular*-Buch p. 726. desumpti fuere hi officiales ex ordine equestri & passim familiæ ad hodierna usque tempora officii retinuere elogia. E. g. die Cämmerer von Dalberg, Schencken von Schmidburg, Marschall von Rabsenberg. &c. Imo res eo deducta fuit, ut non solum Ecclesiarum Metrop. & Cathedr. præpositi veluti hic Moguntiæ, sed & præpositi Ecclesiarum colleg. E. g. Aschaffenburgi & B. V. ad gradus Mogunt. suos quatuor habuerint officiales: de cætero de officialibus hæredit. principum Germaniæ Eccles. pauca hactenus prodierunt scripta, & unica, quantum scio, Prostat GÄRTNERI *de S. R. I. Electorum imprimis Saxoniæ feudis & officiariis Bamberg.* Dissertatio & STRUBENII Neben-Stunden P. III. p. 404. inserta est Tractatio von den Erb-Hof-Aembtern des Hoch-Stiffts Hildesheim, aliam *de S. Sedis Mog. officiis hæredit.* editurus forsan erit Præses.

Omnes tales milites & ministeriales ex ordine ingenuorum seu liberorum p more ævi Seligendi debito providendi fuissent stipendio, cum autem pecun esset rarissima, sic non aliud supererat remedium, quam ut illis conferrent partim apparatus milit. partim stipendii causa feuda. V. Advocatis *g*) pote tioribus & vicinis *h*) ad avertendas vexas & defensionis causa feuda ut conced rentur, exegit sæpissime necessitas: *i*) cum autem prædia ac villæ haud supp terent vel ægre alienarentur, sic Episcopi ex potissimis & paratissimis suis facu tatibus decimas in feudum Laicis contulerunt. VI. dum a Laicis Episcopis v læ, prædia &c. in feudum fuerunt oblata, Episcopi plerumque Neo-Vasa lis ex suis facultatibus aliquid addiderunt, concesseruntque plerumque de ma

g) De quo uberius egerunt Scriptores *de advocatia Ecclesiastica*. MAGERU RECHENBERG, GOEBEL &c. KAHL in diss. *de feudo advocati* MURATORI *antiquit. Ital.* T. III. P. II. Diss. 63. de advocatis Ecclesiarum Vicedominis.

h) Sufficiet hoc loco tanquam testem producere SCHANATUM, qui *in Histor Wormat.* p. 224. §. I. Scribit: *Wormatienses Episcopos eadem, qua reliq per Germaniam Principes Eccles. sorte olim jactitatos bona plurima a patr monio Sacro distrahere opus habuisse, ut ex circumvicinis optimatibus p tentiorem quemque sibi conciliarent, eorumque promptitudinem in adver experirentur opem ac operam extra dubium ponimus, cum vetustissimæ Con tum palat., Veldenziorum, Leiningensium, Louffensium, Spanheimensium al rumque possessiones Lege feudi irretitæ id satis ... innuant; quam profu autem, nedum prodiga eorum in his extiterit liberalitas, ita viribus pene totum exhaustis collabanti sensim Ecclesiæ sustentaculum aliquod quærere ta dem compulsi fuerint, testatur inter cætera Friderici I. regis decretum ill an.* 1153. *die vero XVIII. Kalend. Julii Wormatiæ in plenis Comitiis ip sius dictante prolatum in hæc verba:* nulli Episcoporum licitum sit, bo ad mensam pertinentia inbeneficiare vel invadiare, quod siquis fecerit su cessori suo nullam faciat beneficii præjudicium.

Et Henricus Rex Rom. filius Frid. II. an. 1234. *Episcopo Worm Landulfo decretum dedit*, quod redigere debeat cum omni integritate usus suos omnia feuda illa, quæ ex novo a prædecessoribus suis Luipol & Henrico sunt concessa & pro feodis licet indebite possidentur.

i) Quandoque etiam sine nexu feud. bona Ecclesiastica concessa sunt. Sic 1276. Capitulum Cathedr. Raceburg. Helmodo Comiti concessit *tertiam pa tem decimæ in Wenderestorp. sine feudo tamen tenendam, proprietate tan ejus penes Ecclesiam remanente.* vid. diploma apud WESTPHALEN Tom. p. 2095. n. 63. negari tamen non potest citra necessitatem Episcop & Abbates sæpius consanguineis bona Ecclesiæ & decimas feudum concessisse, contra quos abusos frequentes leguntur querelæ Canonum inhibitiones, unde & scribit alleg. supra HELMOLDUS *in Chr slavorum* L. 2. c. 91. de Holsatis nolentibus solvere decimas Episcopo I b

mas. *k*) VII. defacto Laici quandoque decimas Ecclesiasticas prætenderunt, & sub variis prætextibus invaserunt, quas vel electo minori malo, ne plane illas perderent Episcopi, vel per modum transactionis in feudum concesserunt. VIII. denique sæpius bona Ecclesiis in remotis provinciis oblata ac donata sunt cum decimis ob Distantiam non multum utilia vel ob nimiam bonorum acquisitorum multitudinem in feudum conferebantur. *l*)

§. XIX.

Consequenter decimæ Ordinariæ nunquam spectarunt ad Parochos.

Ex invictis hisce argumentis redditur apodicticum, quod decimæ ordinariæ nunquam spectarint in germania ad Parochos, cum partim parochiæ juxta modernam formam necdum fuerint in rerum natura, partim rariores parochi illo temporé, ubi decimæ Episcopis fuerunt assignatæ, evidens exinde simul redditur, quod si non omnes, innumeræ tamen in germania parochiæ existant, quibus nunquam jus ad decimas quascunque ab origine sua competiit, vel enim illæ demum natæ sunt eo tempore, ubi decimæ ab Episcopis ad alios usus jam fuerant destinatæ & applicatæ, vel si jam extiterant Parochi, antequam decimæ in alios fuerant translatæ, decimas tamen ipsi haud obtinuerunt, atque ex his omnibus sequitur quam juste in ipsis adhuc decretalibus Sæculo XII. & XIII. Episcopo adscribatur fundata intentio pro decimis & non parocho. conf. *Cap.* 13. X. & 31. *de decimis.*

§. XX.

hec. *præterea hoc adjecerunt* (Holsati) *non multum aberrantes a veritate, quod omnes pene decimæ in luxus Sæcularium cesserint.*

k) Exemplum exhibet Tobias Jac. Reinhard in *Selectis observationibus ad Pauli Christinæi decisiones* Vol. VII. *obs.* 9. p. 15. ubi castrum Episcopo oblatum fuerat, quo iterum investiti sunt vasalli additis insuper decimis ab Episcopo possessis *ad mutuum dilectionis affectum exprimendum*, prout habetur in Litteris investituræ, aliud Exemplum exhibet Ludewig *in reliq. manuscript.* Tom. IV. p. 211. seq. ubi in diplomate de an. 1198. refertur, quod quidam vir nobilis suum Castrum Wiltperch una cum omnibus attinentibus in feudum obtulerit Wolfkero Episcopo Pataviensi, quibus in feudum concessis addiderit Episcopus *omnes decimas ibidem attinentes tam præsentes quam futuras, hoc est novales.*

l) Comprobantur dicta, si fugitivo saltem oculo pervolvantur Miræi *Donationes piæ Belgicæ, traditiones Fuld:* a Schanato, *Frisingenses* a Meichelbeckio, *Corbejenses* a Falckio editæ, nec non Schanati *Clientela Fuldensis.*

§. XX.

Etiam decimæ Novales spectarunt ad solos Episcopos, qui illas non Parochis sed aliis contulerunt.

Sicut autem Episcopi ab origine decimarum universalium in Germania erant liberi arbitri, sic etiam decimarum novalium ad illos spectavit dispositio, illi autem novales decimas non concesserunt parochis congrua saltem provisis, sed aliis: partim Ecclesiis, partim Monasteriis, partim etiam Laicis; quod autem in specie decimæ Novales originetenus solis Germaniæ Episcopis competierint, tam ex antiquo germaniæ statu, quam ex scriptoribus coævis satis probari potest; & quidem quoad primum Germania respectu Galliæ transrhenana, dum conversa fuit ad religionem Christianam, non fuit multum culta, sed sylvis horrida ac paludibus fœda, prout describitur a Scriptoribus antiquis, adeoque si Episcopis noviter ordinatis, quibus secundum supra probata pro sustentatione assignatæ fuit Decimæ, hæ restrictæ fuissent ad terras tum temporis saltem cultas, easque paucissimas, & non simul novales concessæ fuissent, vix ullam habuissent ex reditibus illis modicissimis sustentationem Episcopi, nec Spem melioris sustentationis, quod autem partim nullo modo præsumendum, partim contra ipsam impingit fidem historicam; dum enim occasione religionis Christianæ per Germaniam propagatæ ipsa Germania fuit ad culturam redacta, ac occasione noviter ædificatarum ab Episcopis potissimum Ecclesiarum ac monasteriorum excisæ sunt sylvæ, imo conditæ cum innumeris successive pagis plurimæ Civitates, prout pulcherrime hæc describit MABILLONIUS in *actis sanctorum ord. S. Benedicti & quidem in præfatione ad Sæculum 3. Benedictinum*, sic decimæ tum temporis potissimum consistebant ex Novalibus, quæ Episcopis pro sustentatione fuere assignatæ. Pariter ex scriptoribus coævis satis constat, quomodo Germaniæ Episcopi decimas Novales originetenus cum exclusione parochorum ex parte adhuc incognitorum acquisitas aliis frequentissime variis ex titulis contulerint, conferre autem non potuissent, nisi ipsi habuissent.

Et quidem innumeris Thesis hæc comprobari potest argumentis: sic circa an. 955. Fridericus I. Archiepiscopus Mogunt. fundator Ecclesiæ Colleg. S. Petri Mog. contulit illi sex Ecclesias in Ringavia cum decimis novalibus vid. diploma in JOH. Tom. II. *rer. Mog.* p. 460. vi cujus prædictus præsul Ecclesiam, quæ vulgariter dicitur Elteville suæ jurisdictionis pertinentem cum sibi adjacentibus scilicet Waltaffe, Steinheim, Ketercho, Eversbach, Hattenheim, *decimis quoque illis attinentibus tam de locis jam tunc excultis quam adhuc excolendis infra terminos suos constitutis*, nec non de animalibus tam volatilibus quam quadrupedibus sine exceptione ad usus fratrum Ecclesiæ S. Petri libere contradidit. Et dum jam a. 1058. ratione decimarum novalium controversia

enata

enata fuit inter Episcopos Bamberg. & Würceburg, Synodali judicio decimatio Novalium Ecclesiæ Bamberg. (non parocho) adjudicata fuit. conf. HARTZHEIM. *Conc. Germ.* Tom. III p. 126. quæ Sententia confirmata fuit in Synodo an. 1058. l. c. p. 206. an. 1072. Sifridus Archiepiscopus Mog. Ecclesiæ Colleg. S. Victoris extra muros Moguntiæ partim contulit, partim stabilivit *veterem hospitalitatis & novam decimationem tam de diu cultis salicis terris, quam de sylvarum noviter cæsarum vel extirpandorum novalibus Vinearum & agrorum, decimationem quoque de usufructu sylvarum & pratorum & decimationem omnium locorum in Orientali germania dispositorum jus ejus respicientium.* Conf. JOANNIS l. c. Tom. I. p. 564. & Tom. II. p. 586. & an. 1074. idem Sifridus Archiepiscopus Mog. terram montosam & incultam prope Rüdesheim curavit redigi in statum vinearum reservata sibi decima hac novali, quæ haud assignata fuit parocho testante diplomate in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. I. p. 383. ubi hæc leguntur: *noverint itaque universi tam futuri quam præsentes Christi nostrique fideles, quod pago nostro in Rüdesheim & in Ibingen quadam terra inculta jacebat, quæ per omnia nostræ Jurisdictioni attinebat, quam populus noster Dei in dictis villis nostris renovare & excolere ex nostra concessione quærebat, super hoc habita deliberatione cum fidelibus nostris Clericis & Laicis satisfecimus petitioni populi nostri, & terram illam montosam & incultam eis concessimus, ut eam excolerent, & in usum vinearum redigerent; hoc etiam in pactione posuimus, ut de manso annuatim VII. amæ Vini, & de singulis aliis mansis carrata Vini daretur, & hæc omnia singulis annis sub nomine & jure decimæ solverentur.* Conradus Archiepiscopus Mog. an. 1083. in diplomate, quo decidit controversiam enatam ratione parochiæ Altavillanæ inter præpositum Ecclesiæ S. Petri Mogunt. & Sanctimoniales Diffenthalienses in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. IV. p. 468. ait: *fecimus apportari privilegia, quibus utraque pars se munitam dicebat, ex parte Canonicorum invenimus privilegium, quo continebatur Sigefridum corroborasse omnia facta a suo prædecessore Friderico, qui Ecclesiam Elteville titulo donationis pleno jure, & jus patronatus ejusdem & cum decimis quinque vicorum integris tam cultis quam de excolendis, tam de animalibus quam de aliis Ecclesiæ B. Petri contulit.* an. 1134. Adelbertus I. Archiepiscopus Mog. cœnobio Katlenburgensi non solum decimarum Wahnenmangerensium, Hildesiensium & Einbeccensium possessionem confirmavit, sed & donavit *decimas de omni fundo illius Ecclesiæ inculto ubicunque etiam sito.* LEUCKFELD. *in antiquit. Katlenburg.* C. III. §. IV. p. 25. & ait Adelbertus II. Archiepiscopus Mog. in diplomate de an. 1139. eidem Cœnobio concesso: Adelbertus I. *donavit addens præfatis fratribus pro remedio animæ suæ, ut inde perpetua ejus haberetur memoria; decimas de omni fundo illius Ecclesiæ inculto ubicunque sito, ad quoscunque usus illum perducere potuerint* LEUCKFELD l. c. an. 1136. Regemannus Episcopus Pataviensis Monasterio S. Crucis concessit *decimationem novalium* BERN. PETZIUS *in Thes. anecdot.* Tom. VI. P. I. p. 319. ex diplomate de an. 1139. in Johan. *rer. Mog.*

Mog. Tom. II. p. 584. constat, quod Adelbertus I. Archiepiscopus Mog. paulo ante allegatus *loca deserta & inculta in Dulcesneheim concesserit excolenda cultaque hæreditario jure hac conditione possidenda, ut possessores singulis annis de singulo jugero dimidiam ipsius terræ vini hamam persolverent, & residuum sine aliqua exactione in pace possiderent.* In diplomate Adalberonis Archiepiscopi Hamburg. de an. 1141. legitur: *præterea de omnibus, quæ in sylvis, sive paludibus per se vel per Colonos suos undequaque iidem fratres elaboraverint, tam de frugibus quam in animalibus ipsi decimationem accipiant.* conf. LINDENBROG. *in Privilegiis Archi-Ecclesiæ Hammaburg* p. 152. in diplomate fundationis Monasterii in Aulesbruch factæ a Comite Possone & Confirmatæ ab Henrico Archiepiscopo Mog. an. 1144. in KUCHENBECKERI *Annalectis Hass.* coll. III. p. 341. legitur: *quod Comes dimidiam partem Bernheid.* (Sylvæ) *qua ante fuerat beneficiatus* (scilicet ab Archiepiscopo Mog.) *cum decimis Novalium contulerit prædicto Monasterio cum consensu Domini directi.* quibus additur: *deinde Episcopus felicis memoriæ* (Adelbertus Archiepiscopus Mog.) *non tantum prædictorum sed & universorum decimas Novalium, quæ infra terminos suæ Diœcesis illi Domino* (Possoni Comiti) *servientes* (homines proprii) *elaborarent, & decimas pecorum & omnium nutrimentorum suorum dimidiamque sylvam addidit;* & has novales decimas Bertholdus Archiepiscopus Mog. eidem monasterio an. 1493. confirmavit, vid. diploma l. c. p. 352. ubi legitur: *Hadelogehusen cum Hagin & ejus decima, Hegene superior cum decima, verminne sinnefe superior cum decima, Cinnigishus cum decima, & decimam Holtzhusen; sylva Elingen cum decima, Hegene flauden cum decima, Sengilstat cum decima, Hunele cum decima, & universas Novalium decimas pecorumque & omnium Nutrimentorum, quæ infra terminos suæ diœcesis illi Domino servientes elaborabunt.*

Henricus I. Archiepiscopus Mog. in diplomate de an. 1147. in JOH. l. c. Tom. II. p. 586. ait: *Noverit ergo Christi fidelium posteritas, qualiter B. Victoris Canonici omnium in Episcopatu Decimationes Novalium tam in cultis quam colendis sylvarum extirpationibus ex antiquo possideant.* an 1160. Arnoldus Archiepiscopus Mog. Ecclesiæ colleg. ad gradus B. M V. Mogunt. contulit villulam Wreso cum omnibus pertinentiis suis tam in familia quam Ecclesia ibidem sita cum Decimis. Conf. diploma in JOH. l. c. Tom. II. p. 646. deinde pergit: „In sylva Hagenowe quam plurima jam facta sunt novalia, quorum Decimas, „quæ nostri juris fuerunt, & ad Episcopalem nostram Justitiam libere & sine „omni contradictione spectabant, fratribus concessimus . . . & prædictas De„cimas delegando tradidimus; fundum autem præfatæ sylvæ Hagenowe ad pro„prietatem & legitimam possessionem S. Mariæ & fratrum pertinere; quo cir„ca universis constet præfatam sylvam cum omnibus suis novalibus & decimis & „universis, quæ ibidem fieri poterunt, emolumentis ipsorum usibus fratrum

„integraliter deservire debere. „ Eodem Anno Eberhardus Archiepiscopus Salisburg. in Synodo Frisacensi confirmavit, *Chuonradi Archiepiscopi largitione in decimis duarum parochiarum . . . atque novalium Vicinorum partim cultorum partim excolendorum in usum cœnobii Richerspergensis concessionem* in HARTZHEMII Tom. III. *conc. germ.* p. 386 idem Eberhardus eodem anno 1160. Admontensi Monasterio contulit confirmavitque multas Ecclesias parochiales cum Decimis pergitque: „Et ab hinc ex utraque parte Anesi usque ad flumen Frodniz „cum omnibus decimis antiquis & novellis, quæ vel Sacerdotis vel Episcopi „Juris esse noscuntur, & cum Ecclesia S. Galli in sylva nova, quam nos dedi„cavimus, & Baptismale constituimus atriumque ejus poliandrum fecimus, & „Decimis cunctorum novalium in eadem sylva cultorum & excolendorum dota„vimus. „ Vid. diploma in BERN. PETZII *thesauro Noviss. anecd.* Tom III. P. III. p. 705. n. 27. & Adelbertus Archiepiscopus Salisburg. eidem monasterio duas alias Ecclesias parochiales contulit. PETZIUS. l. c. p. 227. an. 1164. Hartwicus Hamburg. Archiepiscopus novo Monasterio collatas ab antecessoribus Decimas confirmavit & adjecit Novalia: *quæcunque autem novalia & tempore hujus actionis in parochia prædicti novi Monasterii culta fuerint, ex nostra charitate concessimus* vid. diploma in WESTPHALEN *monum. inedit.* T. II. p. 26. Udalricus Halberstad. Episcopus in synodo an. 1187. celebrata in HARTZHEMII *conc. germ.* Tom. III. p. 418. Canoniæ Hammerslevensi contulit. „Decimam novalium præsentium & futurorum in omnibus locis, in quibus habet „decimas, præterea decimas super propria ejus novalia ubicunque in Episcopio „ejus vel necessaria sint vel postmodum fuerint, nominatim decimam Novalium „in sylva Beckendorp & Baddenleve &c. „ quibus adduntur variæ Ecclesiæ decimales. An. 1185. Wickmannus Archiepiscopus Magdeburg. donavit Ecclesiæ S. Petri Wetinensi Decimas duarum Vinearum, & novales Vini teste diplomate in JOH. CHRISTOPH. DE DREYHAUPT. Beschreibung des Saal-Creyses des Erzbistums Magdeburg Tom. II. p. 803. & Theodericus Episcopus Halberstad. an. 1189. Caldenbornensi Ecclesiæ præter varias decimas contulit: *Quæcunque eradicatis fructicetis in novalia fideles inibi redegerint more venerabilium antecessorum nostrorum... ab omni decimatione eis concedimus.* Vid. diploma in LEUZENII *Historia diplom. Halberstad.* appendice. Conradus Archiepiscopus Mog. an. 1191. Monasterio Conradsdorffiensi Ecclesiam & Decimam in Glauburg concessit. conf. GUDENUS Tom. I. *cod. dipl* p. 303. ac deinde pergit: „Sciendum quoque, quod decimas omnium illorum Novalium, quæ infra ter„minos jam dictæ Parochiæ fuerunt excolenda, eidem cœnobio contulimus, & „siqua Novalia fratres ibidem Domino servientes propriis manibus vel sumpti„bus laboraverint, nullas inde Decimas persolvent. „ Conradus Archiepiscopus Mog. an. 1193. Cœnobio Scheffeburg. contulit Decimas Novalium in Wismerbach conf. GUDENUS *cod. dipl.* Tom. I. p. 327. & in diplomate Gardolfi

Episcopi Halberstad. de an. 1197. legitur: *Quæcunque eradicatis fructetis Novalia fideles inibi redegerint, more venerabilium Antecessorum nostrorum libera ab omni decimatione eis concedimus.* Apud MENCKEN *script. rer. germ.* Tom. I. p. 773. Adolphus Archiepiscopus Colon. an. 1198. excommunicavit Conradum de Blanckenheim Dominum de Schleyda usurpatorem decimæ Novalium. Conf. HUGO STIVAGIENSIS Tom. II. *annal. præmonstr.* & HARTZHEMIUS „l. c. Tom. III. p. 466. & in synodo Colon. hæc leguntur: „ Notum facimus, „quod fratres de Blanckenheim Gerardus & Cunradus accedentes ad Domi„num Brunonem Archiepiscopum postulaverunt, ut ab eo acciperent in bene„ficium Decimam de Novalibus in sylva, quæ est juxta castrum Schleyda, quam „Ecclesia Steinfeld. ab antiquo possederat, proinde Archiepiscopus Bruno sub „hac cautela verborum postulata concessit, si posset hoc de jure facere, & ita „absolute vacaret sibi decima illa, ut posset eis præstare, hac occasione præ„dicti fratres aggravabant manum suam super Domum Steinfeld. auferentes ei „Decimam de Novalibus, quam prædicta Ecclesia libera donatione primi Fri„derici Archiepiscopi & plurimorum antecessorum & omnium successorum suo„rum usque ad Dominum Brunonem quieta possessione annis fere centum, sic„ut in privilegiis ipsius Ecclesiæ perpendi potest, possederat. „ Henricus Leo Saxon. Dux fundator Episcopatus Raceburg. contulit Episcopo Raceburg. dimidiam Decimam de novalibus in tribus Vastissimis provinciis, ut Episcopus inbeneficiaret, quem vellet, teste Documento apud WESTPHALEN Tom. II. *monum. inedit.* p. 2004. ubi recensentur longo ordine Decimæ ad Episcopum spectantes, & ab Episcopo aliis in feudum collatæ, & quænam pro congrua assignata fuerint parochis. Et in diplomate de an. 1222. l. c. p. 2060. dicitur: „ Medietatem Decimæ per totam terram Brezen Henricus Episcopus „(*Raceburg.*) nobis feudali jure concessit tam de cultis quam de incultis, me„dietatem vero sibi retinuit; . . . Ecclesias autem tam fundandas quam funda„tas per totam terram Brezen Episcopus dotabit. & libere possidebit, & „idem jus erit in Ecclesiis adhuc fundandis, recipimus insuper in beneficio „pro villa Mandrovve, quidquid decimarum habuit Episcopus in villis Becke„ruyz &c. totius terræ Darzovve medietatem Decimæ Filiæ meæ & Filio suo „in feudo concessit, medietatem sibi & Ecclesiæ suæ retinuit . . . concessit „insuper Episcopus Nicolao filio meo . . . sylvæ, quæ vocatur Klutze, post„quam culta fuerit, duas partes decimarum, tertiam partem sibi & Ecclesiæ „suæ retinuit, Ecclesias vero in sylva Klutze fundandas Domini terræ de suo „beneficio & Episcopus dotabunt, sed Episcopus & Jus Patronatus habebit, in „sylva autem Tarnevviz Ecclesias fundandas Episcopus dotabit, & qui volue„rit, præstabit. „

Bruno

Bruno Misnensis Episcopus an. 1228. Monasterio Dobirlucensi contulit *Decimas* omnes de villis Kemenitz, Windischmarcke, Valckenberg, cum *fructibus* & utilitatibus universis . . . de Novalibus etiam, quæ per illustrem *Principem* Theoder. Orientalem Marchionem proprium fundatorem locus idem noscitur assecutus, quæ vel fratres vel Coloni eorum de suis Expensis hactenus coluerunt, aut excolent in futurum, dedit Decimas provenientes aut in antea proventuras cum integritate & plenitudine juris omnis. Conf. LUDEWIGII *reliquiæ Manuscr.* Tom. I. p. 43.

An. 1235. Godeschalcus Episcopus Raceburg. vi diplomatis apud WESTPHALEN Tom. II. *monum. ined.* p. 2067. Capitulo Ecclesiæ Raceburg. contulit decimas *in agris modo cultis & in terris ipsius villæ colendis.* Gerhardus II. Archiepiscopus Brem. in diplomate novo Monasterio collato an. 1238. apud WESTPHALEN l. c. p. 36. ait: „ *Decimas Novalium parochiæ novi Monasterii & Capellarum inibi constructarum . . . quas divus gener noster Adolphus Comes Holsatiæ de manu nostra tenuit, ipso Comite jam dicto nobis resignante & id fieri postulante præfatæ Ecclesiæ novi Monasteriensi concessimus.* Deinde recensentur 23. Villæ, ubi extabant prædicta novalia; ibidem p. 37. extat diploma ejusdem anni, vi cujus prædictus Comes Holsatiæ decimas novales, quas hucusque in feudum habuerat ab Episcopo Brem., resignavit prædicto Monasterio. Sifridus Archiepiscopus Mog. an. 1245. Decimam in Rode (quæ erat novalis) a nexu feudali liberatam donavit cœnobio Aulesburg. teste diplomate in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. I. p. 588. idem Archiepiscopus eodem anno in usum Parthenonis Retters concessit *Decimam provenientem de Novalibus Nemoris siti inter ipsum cœnobium Retters & aquam dictam Vischbach, quæ eadem ad usus suos excolunt & extirpant.* l. c. p. 592. in Capitulatione a Capitulo Cathedrali Eychstet. an. 1259. neo-Episcopo præscripta in FALCKENSTEINII *cod. dipl. antiquit. Nordgav.* p. 49. inter alia injungitur neo-Episcopo: *9no quod Decimas novales non conferat deinceps Laico alicui, & si post easdem collatas ab eisdem absolvat, & permittat, ut apud Ecclesias parochiales mansus excolatur, tunc duæ partes Episcopo cedant, & tertia parochiæ.* In diplomate de an. 1283. apud WESTPHALEN l. c. Tom. II. p. 50. ait Gerhardus Comes Holsatiæ. „Quod de „bona voluntate Decimam Novalium villæ Billevelde, quam cives dictæ villæ „Rarecht usque ad terminos Brochtorp excolunt, Ecclesiæ in novo Monasterio „recognoscat ab omni impetitione & infestatione prædictæ Decimæ desistendo.„ In synodo Pataviensi an. 1284. celebrata *Can.* 28. in HARTZHEMII *conc. germ.* Tom. III. p. 678. statuitur: „Item cum ad nos (*Episcopum*) omnium „Novalium Decimæ per nostram Diœcesin pertineant, & a nostris sint præde„cessoribus repetitæ, statuimus, & nihilominus districte præcipiendo manda„mus, ut omnes plebani, Vicarii & Ecclesiarum Rectores Decimas Novalium „per

„per ſuas parochias ortas vel tunc orituras, noſtro & Eccleſiæ noſtræ nomine „ſuis temporibus repetant, colligant & requirant, nobis eas fideliter & ſollicite conſervando, nec alicui præſcriptionem vel privilegium ſeu infeudationem „prætendenti deferant in hac parte, ſed rebelles & impedientes nobis, quam „cito potuerint vel ſuis Archidiaconis vel Decanis denuncient, ut adhuc de „Parte noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam arceantur; quicunque autem in Executione hujusmodi Mandati noſtri ſe negligenter habuerint, vel easdem decimas novales ſuis propriis uſibus uſurpare præſumſerint, illorum negligentiam „ac temeritatem graviſſime puniemus „ Giſelbertus Archiepiſcopus Brem. in diplomate de an. 1285. apud WESTPHALEN l. c. Tom. II. p. 52. & in diplomate de an. 1286. l. c p. 54. ait: „Notum eſſe volumus, quod nos viſo Privilegio Eccleſiæ novi Monaſterii dato a prædeceſſore noſtro Domino „Hartwico Archiepiſcopo veraciter didicimus, quod fratres ejusdem Eccleſiæ „Decimam in Billevelde . . . cum omnibus ejus attinentiis & novalibus, ſicut „ibi ſita eſt, ab Eccleſia Bremenſi habuerant, & usque ad tempus noſtrum abs„que ulla Impetitione quiete & libere poſſederunt. „ In Synodo Leod. de an. 1287. Can. 22. in HARTZHEMII *conc. germ.* Tom. III. p. 712. laicis injungitur, ut decimas novales haud uſurpent, *ſed Epiſcopo vel Eccleſiaſticis perſonis ſeu Eccleſiis perſolvant*, & penitus ab occupatione attractione & uſurpatione earundem decimarum Novalium deſiſtant, & de Ablatis ſatisfaciant *tam Nobis* (Epiſcopo) *quam Eccleſiæ perſonis*, quibus ipſæ novales decimæ de jure competunt, ipſas decimas Eccleſiis, ad quas pertinent, de cætero pacifice poſſidendas relinquentes.

Ex eodem fundamento etiam illi, qui tales decimas novales ab Epiſcopis habuerunt, potiſſimum præpoſiti, qui ſimul erant Archidiaconi Epiſcopales, per Diœceſin Eccleſias parochiales & Decimas novales aliis quam parochis contulerunt, ſic Burcardus præpoſitus B. V. Wezlariæ Capitulo ejusdem Eccleſiæ contulit an. 1242. Decimam vini in Kaismunt, & Garbenheim in perpetuam Elemoſinam, *in vineis non ſolum jam cultis, ſed etiam impoſterum excolendis*, ut ex eo præfatis Canonicis cœnam Domini celebrantibus propinetur Teſte diplomate in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. I. p. 571. Rutgerus Laicus an. 896. fundavit Capellam in Lindiche Trevir. Diœceſ., ad quam contulerant monachi S. Maximini *quasdam Decimas parochiæ ad Eccleſiam S. Michaelis pertinentis & in novalibus terris noviter extirpatis, ut ad eandem Capellam appendices fierent.* Conf. diploma in HONTHEMII *hiſt. diplom. Trevir.* Tom. I. n. 127. p 234. Similiter Otto præpoſitus Eccleſiæ B. V. ad gradus Mog. an. 1184. Capitulo contulit Eccleſiam Paroch. Flörsheimenſem cum novalibus vini. vid. diploma in JOH. Tom. II. *ſcript. Mog.* p. 650. Decanus cum Capitulo Eccleſiæ Wezlar. Ludovico Epiſcopo Monaſt. & ejus conſanguineis eorumque hæredibus conceſſit

Jure

Jure Emphyt. *totam villam in Birgelen cum omnibus ſuis attinentiis, Decimis novalibus ac aliis quibuscunque.* Teſte diplomate de an. 1334. in KUCHENBECKERI *anal. Haſſ.* coll. 2. p. 248.

Cum igitur (prout ex deductis cuivis, quantum confidimus, patebit) partim Epiſcopi Germaniæ ſolitarii ab origine decimarum Eccleſiaſticarum fuerint proprietarii ac diſpenſatores, partim vi Juris illis privative competentis decimæ non ſolum univerſales ſed & novales ab Epiſcopis donatæ, permutatæ, oppignoratæ, infeudatæ, aliisque titulis in Laicos potiſſimum translatæ fuerint, partim omnes Germaniæ Epiſcopi usque ad hodiernum diem ex antiquo jure plurimas Decimas tam ordinarias quam Novales, quas ab antiquo ſibi ſervarunt, poſſideant excluſis parochis, quibus ſua tantum aſſignata fuit congrua, prout potiſſimum de Epiſcopis Mogunt., Trevir. Wormat. Spir. Argentorat. imo de omnibus reliquis conſtat, ſic certiſſimum exinde fluit principium, quod in Germania parochi congrua proviſi ſemper a decimis a prima origine usque ad præſentia tempora, niſi forſan pars Decimæ congruæ loco illis aſſignata fuerit, ſint excluſi, ſed ſoli Epiſcopi vel Epiſcopos repræſentantes, ſeu jus ſuum ab illo habentes fundatam ratione decimarum novalium habeant intentionem.

§. XXI.

De decimationibus Eccleſiarum parochialium ad Epiſcopos ſpectantibus.

Hæc confirmantur ex eo, dum Epiſcopi præter decimas Eccleſiarum parochialium NB. *Decimationes* aliis contulerunt, prout ex plurimis patet diplomatibus Conf. JOH. Tom. II. *Script. Mog.* p 462. ubi Sifridus I. Archiepiſcopus Mog. diſponit, ut Canonici Eccleſiæ Sancti Petri Mog. *in Thuringia deinceps de omnibus habeant decimationem juſtam & integram, unde prius acceperunt ſolam, quod vocant vulgariter decimam.* Decimatio autem denotabat omnes decimas in integro tractu ad Eccleſiam quandam parochialem ſpectante tam de cultis terris quam de excolendis adhuc præſtandas ſuo tempore, adeoque in ſpecie comprehendebat decimas novales.

Decima Vulgariter dicta autem denotabat ſaltem certam decimarum partem, E. g. quartam ſeu decimas determinatas antiquas, quin ex novalibus habuerint incrementa, & tales decimationes a decimis reliquis diſtinctas poſſederant in Thuringia Abbates & Principes, quas ſibi cum decimis novalibus vindicavit Archiepiſcopus Mog. qua Ordinarius in Thuringia ſuæ Diœceſi ſubjecta, cum omnes Eccleſiæ parochiales & earum decimationes ſpectent ad Epiſcopum ordinarium, de quo fuſius ſupra: & controverſia illa Thuring. non concernebat, prout ſupra jam monitum fuit, plebejos & ruſticos, qui ab antiquo ſolvebant

bant decimas ad Ecclesias paroch. seu illarum possessoribus, sed ipsos Ecclesiasticarum decimationum possessores. a)

§. XXII.

Exponitur verus sensus Canonum, qui videntur obstare & favere Parochis.

Nec præsidium aliquod parochis accedit ex quibusdam capitulis Juris Canonici communis, quorum cortici plerumque sine ratione inhærent obstinatius, cum illa partim præjudicare haud possint Episcopis Germaniæ, partim ex alio fine lata fuerint, partim cessent eorum rationes, partim denique in Germania nunquam sint recepta, & quidem quod 1) Capitula prædicta præjudicare non potuerint Episcopis Germaniæ per se jam satis patet, dum enim soli Episcopi tanquam veri parochi ad regendum populum Christianum jure divino constituti in Legitima a temporibus fundatorum Episcopatuum, pro quibus ipsum jus decimandi tanquam pars fundationis secundum supra probata stabilitum fuit, erant possessione decimarum tam ordinariarum quam Novalium & parochis ruralibus suis tantum Vicariis & Adjutoribus, qui nec jus nec prætensionem ad decimas tum temporis somniarunt, aliunde congruam assignarunt, quomodo potuit jus legitime quæsitum Episcopis majore favore dignis, quam parochi rurales, per

a) Estor in denen Anmerckungen über das Staats- und Kirchen Recht p. 561. putat differentiam inter decimam & decimationem fuisse, quod *decima* fuerit Laicalis, *decimatio* Ecclesiasticis assignata decima, dum scribit: Es haben aber die Francken und Teutschen dafür gehalten, die Zehenden gehörten dem König, wiewohl die Geistliche glaubten sie stünden ihnen Vermög des alten *Testaments* zu, zu dem End wurde ein Unterschied zwischen *decima* und *decimatio* gemacht, diese *decimation* verstattete Kayser Henrich *IV.* dem Stuhl zu Mayntz. Verum quod illa decima distincta a decimatione non fuerit Laicalis & Regia, sed etiam Ecclesiastica, hoc clare patet ex allegato diplomate, nam illam decimam possederant & contulerant Episcopi Mog. jam Ecclesiæ S. Petri, sed non erat integra, integrata autem fuit per decimationem.

Idem Estor in der Rechts-Gelehrtheit der Teutschen P. 2. p. 1127. in fine scribit: damit inzwischen der Unterschied zwischen den Zehenden der Geistlichen und Weltlichen desto besser in die Augen leuchtete, sie die Geistliche ihre Zehenden decimas nennten, hergegen den Layen-Zehenden mit dem Nahmen decimatio belegten, lauth Urkund bey dem HANSELMANN von der alten Hohenlohischen Landes-Hoheit p. 201. und besag. W. Schöpfs *de decimis* Tubing. 1755. p. 16. n. 10. verum transeat, quod a quibusdam, dum verba valent sicut nummi, diversus hic significatus prædictis verbis fuerit annexus, ex hoc autem Regula Universalis deduci nullo modo potest, imo in plurimis diplomatibus verba *decimatio* & *decima* pro synonimis sumuntur.

per Capitula Juris Can. & rescripta Pontificum auferri & transferri in Ministros ab Episcopis arbitrarie constitutos, cum ex ipso Jure Canon. constet, quod rescripta in præjudicium tertii non auditi lata sint ipso jure nulla. 2) Nec hæc fuit intentio Pontificum, ut ex spoliis Episcoporum ditiores redderent Parochos rurales sustentatione ab Episcopis provisos, sed ex alio fine, si circumstantiæ illorum temporum juncta historia Ecclesiastica accuratius examinentur, latos fuisse hosce canones constat; Sæculis equidem XI. XII. & sequentibus decimæ Eccles. variis modis & ex parte injustis devolutæ fuerunt ad Laicos invitis Episcopis, dum partim sibi sub prætextu, quod in suis Castris Sacerdotem alerent, decimas vindicarunt, partim defacto vel aliis titulis non fundatis decimas sibi appropriarunt, dum Reges & Principes sæculares Laicos de decimis ad Ecclesias spectantibus infeudarunt, adeoque non mirandum, quod sæculis illis Pontifices injustas has Laicorum possessiones insectati fuerint, ac potissimum per Decretales Alexander III. Innocentius III. aliique Pontifices Decimas NB. Parochialibus Ecclesiis non præcise parochis adscripserint, præcipue autem Decimas novales parochis, quibus sua ex decimis plerumque assignata sustentatio hac ratione cessaverat, præservaverint contra Laicos, & Monasteria, quæ a Laicis decimas injuste detinentibus vel dono acceperant, vel ære comparaverant, a) adeoque non collimant hæc Pontificum decreta contra Ecclesias collegiatas, monasteria, & illos Laicos, qui Justis ex causis ac titulis ab ipsis Episcopis decimas tam ordinarias quam Novales acquisiverunt, & Episcopos Germaniæ tanquam originarios decimarum Dominos ac dispensatores qua donatarii vel Vasalli in effectu repræsentabant, Pontifices enim nec voluerunt nec potuerunt privare suis facultatibus Episcopos sibi haud invisos, nec directe nec indirecte in illis, qui Episcopos legitime repræsentarunt; sic in Concilio Lateran III. Sub Alexandro III. Pontifice an. 1179 celebrato *Can.* 14. relato in Cap. *prohibemus* X. *de Decimis.* Prohibetur quidem, ne Laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes in alios Laicos possint aliquo modo transferre, siquis vero receperit, & Ecclesiæ non tradiderit, Christiana sepultura privetur; verum dispositio illa voluit saltem præcavere, ne fierent infeudationes Laicis militibus decimarum a Principibus sæcul., qui injuste decimas Ecclesiasticas sibi vindicarant, & cum periculo animarum illas sine justo titulo detinebant, non autem concernebat Laicos Episcoporum Vasallos de decimis Legitime investitos, qui sine omni periculo animarum decimas justo possederant titulo, unde recte monet ALEXANDER NAT. ad cit. Can. in *Hist. Eccles.* Tom. VI. p. 831. *infeudatas Decimas Canon iste non spectat, quas*

 nimirum

a) Unde tot sæculi potissimum XIII. extant diplomata, quibus Laici decimas a se possessas ad monasteria vel Ecclesias collegiatas transtulerunt, hi enim, cum nollent simpliciter illas restituere, fieri potius volebant Ecclesiarum fundatores & dotatores.

nimirum Laici de Ecclesia bene meriti ante Concilium Lateran. ejusdem Ecclesia concessione in feudum perpetuum possidendas acceperant; quacunque nunc possidentur a Laicis, infeudata censentur ante Concilii Lateran. tempora: Et quidem hoc exinde adhuc redditur evidentius, cum partim constet ex historia illorum temporum nullam tunc fuisse de Episcopis decimarum possessoribus vel hosce repræsentantibus quæstionem vel controversiam, sed de Laicis Principibus decimas Eccles. de facto possidentibus, & alios Laicos cum ipsis infeudantibus, partim plurimi Germaniæ Episcopi Decimarum possessores vel Domini directi ratione Decimarum in feudum concessarum prædicto Concilio Lateran. interfuerint, qui suis se suosque Vasallos facultatibus & bonis Ecclesiasticis exui nunquam permisissent; adeoque tam parum hodie parochis in Germania præsertim in petitorio ex textibus solis duobus vel tribus decretalium alium finem habentibus adjudicari possunt Decimæ novales, quam parum ipsæ decimæ Universales, quam parum decimæ personales, Molendinorum, & similes licet in iisdem decretalibus parochis assignatæ iis adjudicari possunt, & quam parum Episcopo 4ta decimarum licet pariter eidem jure decretalium asserta adjudicari posset; sed ut parochi Competentia sua pastorali assignata, si sufficiens sit, *b*) contenti sint, necesse est, consequenter quidquid in universo corpore Juris Canonici de Jure parochorum ad decimas tam universales quam Novales dicitur, in Germania applicari non potest, & quidem potissimum ideo, cum cessent rationes Juris Canon. nam 1) indubitatum est secundum probata parochis in Germania jus ad decimas universales nunquam competiisse, multo minus amplius vigere, sed illis congruæ loco reditus alios vel decimarum partem cessisse, adeo ut ineptum foret, si Parochus hodie Capituli 29. X. *de decim.* Regulam, *quod perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de Jure Communi pertineat.* Allegare, & Judex secundum hæc verba quantumcunque clara judicare vellet. 2) Quia Capitula Juris Canon., quæ parochis jus ad Novales Decimas asserunt, fundantur in eadem absoluta Regula, quod omnes decimæ ad parochos spectent, adeoque fundamento hoc corruente, etiam quoad novalia corruunt Decimæ. Sic *Canones* 31. & 32. CONCILII BURDIGALL. de an. 1255. *c*) (ad quos provocat ESPENIUS maximus parochorum fautor, & qui conditi fuerunt in Concilio Provinciali pro parte Galliæ nec in Corpus Juris Can. relati, consequenter nec Jus commune faciunt) præmittunt rationem decidendi: „*licet per canonica statuta* „*Decimæ ad parochiales Ecclesias pertinere noscantur.* Et *Capitula 29.* & 30. *de Decimis*, ideo parochis decimas novales assignant, *quia de Jure communi omnium perceptio*

b) Si enim non esset sufficiens, agere possunt semper parochi ad supplementum contra illos, qui ad sustentationem Parochi sunt obstricti, vel ab Episcopo desuper esset prospiciendum, non autem possunt præcise prætendere Decimas contra alios legitimos possessores.

c) De quo conf. ALEXANDER NATAL. in *Hist. Eccles.* Tom. VII. p. 167.

perceptio Decimarum ad parochiales Ecclesias pertinet; jam autem in Germania ad Parochos nunquam sed ad solos Episcopos vel ab his investitos, aut donatos veluti ad Ecclesias Cathedrales & Collegiatas nec non monasteria spectarunt Decimæ, consequenter & cessante ratione prædictorum Canonum, cessat etiam eorum dispositio, nec parochis assignari possunt decimæ novales, cum illis nunquam competierint Decimæ ordinariæ. 3) *Cap. 25.* X. *de Decimis* Innocentii III., quod non videtur favere Vasallo de Decimis investito, pariter non agit de Vasallo investito ab Episcopo sed *NB. ex Imperiali concessione* & manifeste invehitur contra Laicos decimas Ecclesiasticas tum temporis auferentes, & dein alios cum iisdem infeudantes satisque clare loquitur de Imperatore Ottone IV. *d)* Ac in hoc supposito ait Pontifex, *nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum Decimæ sint concessæ* (scilicet ab Imperatore vel a Laicis Usurpatoribus) *sunt decimæ novalium usurpandæ.* Similiter *Cap. 2. de Decimis* in 6. Alexandri IV. §. 3. non loquitur de investitis ab Episcopis; Pontifices etiam tum temporis nullam habuere controversiam cum Episcopis decimarum Possessoribus vel cum iis, qui Episcopos legitime repræsentabant, consequenter odium Pontificum in Laicos Decimarum possessores non dirigebatur contra Laicos ab Episcopis infeudatos, adeoque & illud hodie cessat, & potissimum cessare debet, si sint Decimæ ab Episcopis infeudatæ: negari quidem haud potest, quod cum Pontifices non potuerint conservare Decimas integras contra usurpatores Laicos, saltem voluerint præservare parochiis Decimas novales, uti Alexander III. in *Cap. 13. de Decimis*, licet ibi exclusum non sit arbitrium Episcopi etiam sibi retinendi Decimas novales, hinc etiam in *Cap. 2. de Decimis* in 6. §. I. Alexander IV. restringit privilegia Papalia data decimatoribus de percipiendis Decimis novalibus ad dimidietatem, dimidium vero decimarum novalium salvum vult parochiis; Verum nec hæ Pontificum dispositiones in usum fuerunt deductæ, nec potuerunt deduci in Germania, ubi partim nunquam audita sunt privilegia Pontificia percipiendi decimas novales, partim in nullo Germaniæ loco in usum deductum est, quod decimatores antiqui dimidium novalium & Parochiæ alterum dimidium novalium accipiant, partim aliis jus quæsitum auferri amplius non potuit.

d) Epistola Innocentii III., ex qua desumptum est allegatum Capitulum, data fuit an. 1210. ad Episcopum Vercellensem eodem illo tempore, ubi Otto IV. Imp. sua prætensa per Italiam Regalia vindicaturus multa & inter alia Decimas Episcopis Italiæ & Pontifici abstulit, qua ex causa enata sunt magna illa Ottonem IV. inter & Pontificem dissidia, ob quæ Imperator a Pontifice excommunicatus fuit, prout hæc testantur coævi scriptores, GODEFRIDUS COLON., CONRADUS URSPERG., ALBERICUS MONACHUS TRIUM FONTIUM ET ALBERTUS STADENSIS ad an. 1210. & sequentes.

§. XXIII.

Parochis nonnisi congrua debetur sustentatio.

Ulterior Canonum Pontificiorum Parochis ita faventium ratio fuit, quod in illis supponatur parochos congrua haud esse provisos, & sic eorum necessitati per assignationem decimarum & Novalium potissimum Pontifices prospicere voluerunt, consequenter si etiam hæc ratio cesset, & parochi vel ab Episcopis vel decimatoribus universalibus Episcopum repræsentantibus congrua sint sustentatione provisi, eo minori cum fundamento ad decreta Juris Canonici communis provocare possunt. *a*) Nihil enim ex mente Ecclesiæ, conciliorum & in specie TRIDENTINI *b*) parochis debetur, quam congrua sustentatio undecunque suppeditata, & hæc ab Episcopis Germaniæ decimarum dispensatoribus sollicite semper Parochis fuit assignata vel ex Decimis reservata, quod ex plurimis denuo comprobari potest diplomatibus, sic a Bertholdo præposito Ecclesiæ B. V. ad gradus Mog. in diplomate de an. 1171. in JOH. Tom. II. p. 647. collatio Ecclesiæ parochialis Beckelheim. Capitulo B. V. facta est ea pactione, *ut Sacerdos de dote Ecclesiæ & de oblationibus nec non de aliis præter Decimam* (hoc est excepta Decima) *Ecclesiæ illi per diversa tempora a diversis collatis seu adhuc conferendis sustentationem haberet, . . . Conventus autem Ecclesiæ B. M. decimam ad supplendum stipendiarium in communem usum suum redigeret, & cathedraticum auctoritate & ratione constitutum congruo tempore persolveret.* Et Otto præpositus eidem Capitulo B. V. contulit Ecclesiam Parochialem Flörsheimensem an. 1184. conf. JOANNIS l. c. p. 650. statuitque, ut Sacerdos Ecclesiæ accipiat, *dotem Ecclesiæ & oblationes, nec non Decimam animalium ad Ecclesiam pertinentem & Decimam vini id est dimidiam Carratam vel si minus ibi creverit, præterea 8. Maldera Siliginis & duo tritici in sustentationem recipiat, . . . fratres vero Decimam Ecclesiæ, & si forte vineæ augmentatæ, Decimam Vini ultra dimidiam carratam augmentaverint, ad stipendiorum suorum Supplementum accipiant.* Et in Conradi I. Archiepiscopi Mog. diplomate incorporationis Parochiæ Elsheim. factæ Ecclesiæ colleg. S. Mauritii Mog. de an. 1184. l. c. p. 706. injungitur Decano, *ut Sacerdoti necessaria Vitæ, prout facultas expetit, provideat, reliquum*

a) Reditus enim superflui ad noxiam tantum inservirent prodigalitatem vel restinguendam avaritiæ detestandæ sitim vel ansam darent vitio Canonibus in Clericis adeo inviso.

b) Talis autem debet esse parochorum sustentatio, *quæ pro Rectoris ac Parochiæ necessitate decenter sufficiat*, prout loquitur TRIDENTINUM *sess.* 24. C. 13. *de reform. ut* secundum ejusdem TRIDENTINI verba Sess. 7. C. 7. *de reform. Cura animarum laudabiliter exerceatur, ne dignitas parochialis vilescat coram parochianis, ex quorum alias Elemosinis ac rustica liberalitate vivere cogerentur & sic negligere Apostolicas Correctiones.*

reliquum autem usibus fratrum Ecclesiæ B. Mauritii accedat. Et Rotgerus præpositus S. Joannis Mog. an. 1194. Ecclesiæ S. Joan. contulit Ecclesiam parochialem S. Nazarii in Mummenheim (conf. JOANNIS Tom. II. p. 695.) injungitur autem, *ut Parocho necessaria competenter de ipsis proventibus administrentur, quidquid vero residuum fuerit ad sublevandam inopiam fratrum accedat.* Sigifridus II. Archiepiscopus Mog. an. 1213. Monasterio S. Albani contulit 6. Parochiales Ecclesias, conf. JOANNIS l. c. p. 757. *ita tamen, ut per legitimos Vicarios assignata eis sustentatione competente divina in illis faciant provideri.* Theodericus præpositus Ecclesiæ B. V. ad gradus Mog., dum suo Capitulo an. 1218. contulit parochiam in villa Nithen (conf. JOHANNIS l. c. p. 655.) *Sic ab ipso Capitulo est provisum, ut presbyter celebraturus in Ecclesia memorata de dote ipsius & oblationibus, de minutis in Gruzheim & Sozzenheim decimis de tertia parte Decimæ in Breidenloch & particularibus obventionibus se sustentet, responsurus alias Archiepiscopo suo & Archidiacono suo & Sedis Romanæ nunciis modis debitis & consuetis. Decima vero solius villæ Nithe totalis & sine omni diminutione proveniet canonicis ante dictis exinde cathedraticum soluturis.*

Wernerus Archiepiscopus Mog. in diplomate Collationis Ecclesiæ parochialis Nackenheim. Ecclesiæ Colleg. ad S. Stephanum Mogunt. facta an. 1262. in JOH. l. c. p. 583. dictam Ecclesiam ita concessit, *Ut cum primum eam vacare contigerit, relicta de fructibus ipsius Ecclesiæ perpetuo Vicario, qui curam populi gerat ibidem & Archiepiscopo ac Loci Archidiacono, qui tempore fuerint, de juribus suis respondeat, & alia ipsius Ecclesiæ onera subeat, congrua portione, quidquid de universis ejusdem Ecclesiæ reditibus superesse contingat, duorum cedat usibus Sacerdotum.* Et in simili diplomate de an. 1266. l. c. injungit, *ut congruam de ipsius Ecclesiæ proventibus proportionem relinquant parocho, in suarum præbendarum augmentum, quod residuum fuerit, licite conversuri.* In diplomate de an. 1286. in GUDENUS *cod. dipl.* Tom. IV. p. 957. Monasterio Diffenthaliensi Mog. Diœces. confirmatur Capella in Wisebaden sita cum omnibus reditibus ad eam pertinentibus . . . . *ita ut quidquid ultra Sacerdotem, quem pro officiando eandem Capellam remunerabunt, superest, in earundem utilitatem, sicut hactenus extitit observatum, totaliter convertatur.* Episcopi quoque parochis pensiones quandoque imponebant, si ultra congruam habuerunt reditus: sic in Instrumento Abbatis de Wilsburg in FALCKENSTEINII *cod. dipl. antiquit. Nordgav.* p. 96. dicitur: Quod Episcopus Eichstet. auctoritate ordinaria concesserit, *ut postquam eandem parochiam in Weisenburg ab honorabili Viro Ottone . . . nunc ibidem vacare contigerit, ad tunc Abbas, qui pro tempore fuerit, & conventus Monasterii nostri communiter personam idoneam Clericum videlicet secularem . . . pro vicario perpetuo præsentare ad ipsius Ecclesiæ regimen teneantur, qui de proventibus ipsius Ecclesiæ Decem & octo libras Hallensium annis singulis . . . pro subsidio præbenda-*

prabendarum exsolvat nomine pensionis. Ibidem p. 100. n. 114. occurrit diplo de an. 1295., quo ab Episcopo Herbipolensi confirmatur donatio Juris pat natus Ecclesiæ parochialis in Regelspach facta ab Eberhardo Ebnero cive N rimbergensi cœnobio monialium S. Claræ Norimbergæ, ubi dicitur: „Ut „vos in cœnobio vestro divina officia liberius & quietius valeant exerceri, pa „chialem Ecclesiam in Regelspach nostræ Diœcesis cum omnibus juribus, lib „tatibus & pertinentiis suis in præsentiarum vacantem, cujus Jus Patrona „ad discretum Virum Ebner civem Norimbergensem ab antiquo spectabat, „bis de concessu & voluntate expressa ejusdem civis, nec non de conniventia „consensu nostri Capituli pleno jure proprietatis & possessionis donamus „Concedimus, in vos eandem Ecclesiam ac in cœnobium vestrum cum juril „& pertinentiis suis cum pleno rerum Dominio transferentes, ut nunc redit „fructus, decimas & obventiones, quæ de eadem Ecclesia pervenerint, po „tis vestræ mensæ usibus applicare, quod quoque Abbatissa prædicta, & q „pro tempore fuerit, ad ipsam Ecclesiam ex nunc & in antea necessitatis te „pore vicarium videlicet sæcularem clericum præsentare teneatur, & eidem „præfatis fructibus talem præbendam assignare, de qua idem hospitalitatem „nere, & nobis, nostris successoribus & Loci Archidiacono de rationabilit „& consuetis juribus plenarie valeat respondere.„ Gerhardus II. Archiepis pus Mog., dum an. 1295. Ecclesiæ Colleg. B. V. ad gradus Mog. contulit rochiam in Drechtlingenhusen in JOANNIS l. c. p. 661. ait: *Ita quod e officiari faciatis per idoneum & perpetuum Sacerdotem, cui de ipsius Ecclesia provei bus assignetis congruam portionem residuum ad usus vestros licite & libere converten* Conradus Eychstet. Episcopus an. 1298. mensæ Episcopali incorporavit Ecc siam in Allersberg teste diplomate apud FALCKENSTEIN. l. c. p. 107. *servata tamen pro ipsius parochia perpetuo Vicario seu vicariis sufficienti ac congi portione, unde Episcopalis & Apostolicæ sedis Jura exsolvere valeant, ac comm sustentari.* Et Henricus III. Archiepiscopus Mogunt in diplomate incorpoi tionis Ecclesiæ parochialis in villa Dexheim an 1341. factæ Ecclesiæ colleg. Joannis Mog. in JOH. l. c. p. 702. ait: „Debita tamen & competenti porti „ne reservata Vicario seu plebano p. t.... assignanda, de qua in ipsa parochi „Ecclesia sustentari congruenter, nec non jura papalia, Episcopalia, synoda „nec non procurationes quaslibet de ipsa Ecclesia debitas persolvere, hospita „tatem tenere, & quælibet alia onera sibi incumbentia valeat commode su „portare.„

Ex quibus clarissime convincitur secundum antiquissimam Germaniæ dis plinam Ecclesiasticam ad hodiernam usque diem conservatam parochis nullu ad decimas nec ordinarias nec novales, sed ad congruam saltem sustentatione Jus competiisse, nec hodiedum competere, imo reditus superfluos, quod hoc

hodie quoque ab Episcopo adhuc fieri posset, mox ad alios pios usus fuisse assignatos, patet præterea ex recensitis diplomatibus, quam solliciti semper fuerint Episcopi Germaniæ & eorum Archidiaconi, ut congrua semper parochis suppeditaretur, determinatio etiam talis congruæ parochialis, cujus tantum generalis plerumque in diplomatibus sit mentio, per Archidiaconos in specie quondam fuit stabilita, prout discimus ex diplomate in JOHANNIDIS Tom. II. *rer. Mog.* p. 765. de cætero si congrua, cujus determinatio a judiciis Ecclesiasticis hodie dependet, ε) deficeret parocho, exinde nullum resultat jus ad Decimas novales, sed prout supra jam fuit monitum, a parochis ad supplementum congruæ contra illos, qui parochos sustentare tenentur, agi saltem potest.

§. XXVI.

Canones Parochis Decimas Novales assignantes nunquam fuerunt recepti in Germania.

Quod Canones parochis Decimas ordinarias vel novales assignantes non fuerint in Germania recepti in detrimentum Episcoporum, vel Vasallorum ab Episcopis de ejusmodi Decimis investitorum, patet ex historia Imperii, quæ nos docet, quantum se opposuerit cum Imperatore Germanica nobilitas, ne suis decimarum possessionibus exuatur, prout rem refert scriptor Coævus ARNOLDUS LUBEC. *in Chron. Slavorum* L. 3. C. 18. in LEIBNITZII *script. rer. Brunswic.* Tom. I. p. 668. an. 1186. *Imperator.* (Fridericus I.) *curiam generalem edixit in Geilenhausen, ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum, & procedens in Concione sic omnibus locutus est: rogamus Vos summos Sacerdotes & Episcopos & Principes, quorum corda justitia possidet, ut animadvertatis, quæ dico: compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetar a domino Papa ... injustum esse aliquam laicam personam Decimas possidere, quas manifeste Dominus his, qui altari deserviunt, deputaverit, scimus etiam Decimas & oblationes Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas, sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiæ, easdem Decimas præpotentes & nobiles Viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent;* agnoverunt etiam Jus Vasallorum de decimis Ecclesiasticis investitorum

ε) In Gallia summa 300. librarum seu 120. florenorum germ. pro congrua parochiali per constitutiones Regias reputatur, & ex modicis hisce reditibus sæpius tenentur solvere parochi 5tam 10mam vel 20mam partem, conf. scripta quæ an. 1750. occasione controversiæ circa solvendam 20mam partem bonorum Ecclesiasticorum prodierunt in Gallia collecta sub titulo: *Ecrits pour & contre les immunités pretendües par le Clergé de france.*

ſtitorum Epiſcopi Germaniæ contra indiſcretum Pontificis rigorem, unde conſilium dederat Archiepiſcopus Mogunt. a reliquis approbatum „ ut ſcribatur „Domino Papæ ex perſona Epiſcoporum, in quibus commoneatur, ut ea, quæ „ad pacem ſunt, cum Imperatore ſentiat, & Juſtitiam ipſi in his, quæ juſte „ab eo exiguntur, faciat. Et ad voluntatem Imperatoris ſcripta eſt Epiſtola *a*) „ſignata Bullis Epiſcoporum omnium & perlata ad Dominum Papam. Qui „cum legiſſet Epiſtolam, obſtupuit de immutatione Epiſcoporum, quia ipſe „cauſam pro eis videbatur ſumpſiſſe, ipſi vero de cauſa cecidiſſe . . . Nec „minus tamen in propoſito ſuo perſtitit & veniens Veronam Imperatorem legi„time citatum pro Capitulis ſupra ſcriptis excommunicare decrevit. . . . & „cum in proximo eum excommunicare vellet, morte præventus ſententiam di„ſtulit, ſicque Imperator maledictionis jaculum evaſit. „

Adeoque molimina Pontificum in hac cauſa non habuere effectum in Germania. nec potuere effectu gaudere. 2) Confirmatur ex eo, dum Epiſcopi Germaniæ Sæculo XII. & XIII. quo tempore tales Canones in favorem parochorum lati ſunt, & qui ipſi interfuerunt Concilio Lateran. III. Decimas tam ordinarias quam novales inter ſuas numerarunt facultates, & partim usque ad hodiernum diem excluſis parochis conſervarunt, partim iisdem temporibus, prout conſtat ex diplomatibus ſupra allegatis aliis Eccleſiis vel Monaſteriis in dotem vel laicis in feudum contulerunt excluſis parochis, quorum nullus tum temporis ſe opponere vel ad prædictos Canones provocare auſus fuit, bene enim gnari erant parochi tales diſpoſitiones Pontificias in Germania Epiſcopis legitimis decimarum poſſeſſoribus & omnibus reliquis Decimas ab Epiſcopis habentibus & Epiſcopos in effectu repræſentantibus præjudicare non poſſe, ex quibus ad Oculum patet, quod ceſſet in Germania jactitata illa tantum & alias tam fortis Juris Communis pro parocho aliunde ſuſtentationem non habente puncto decimarum novalium præſumptio, cum ſecundum ſupra deducta omnis Juris Communis circa hanc materiam diſpoſitio nullam unquam habuerit vel habere poſſit applicationem. *b*)

§. XXV.

a) Epiſtolam hanc ex Codice Manuſcripto Mog. a SCHANATO deſcriptam exhibet HARTZHEIM. Tom. III. *conc. germ.* p. 434. ibidem p. 433. extat Conradi Archiepiſcopi Mog. Epiſtola in hac Cauſa ad Cardinales ſcripta.

b) Inter alia etiam ſtatuitur in Cap. 2. *de reſtit. ſpoliat.* in 6. quod, licet vi ipſius Juris Canon. ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, tamen hæc regula procedere haud debeat contra parochum ſpoliatorem, neque hic teneatur reſtituere ſpolia, ſi ſpoliavit extraneum Decimarum poſſeſſorem, verum etiam hæc Juris Canon. diſpoſitio, utut Clariſſima in favorem parochorum lata in Germania per notoriam praxin nullam habet applicationem, dum contra ſpoliatores parochos in Decimis ante omnia ſpoliati reſtituuntur.

§. XXV.

Imo etiam Canones illi addunt limitationem, si rationalis Causa producatur.

Denique quantumcunque faveant Canones Parochialibus Ecclesiis, diserte tamen *Cap.* 29. X *de Decimis* & C. 2. *de Decimis* in 6. addunt Decimas novales non pertinere ad parochiales Ecclesias, sed ad decimatores, si causa rationabilis subsit, *nisi ab his, qui alias percipiunt Decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat novalium ad eos Decimas pertinere*, adeoque secundum mentem ipsorum etiam pontificum ac unanimem Canonistarum sententiam infeudatione, *a*) præscriptione, *b*) privilegiis, consuetudine vel alio titulo rationali, *c*) si parochus congruam suam habeat sustentationem, jus decimarum Novalium ab aliis legitime acquiri & possideri posse, extra omne dubium est positum, & quidem omnium minime parochus contra Vasallum ab Episcopo de Decimis investitum aliquid evincere potest, Causa enim talis non est solius Vasalli, sed in effectu Episcopi tanquam Domini directi feudi ad ipsum in Casu extinctæ familiæ vasalli reversibilis, adeoque in tali Casu proprie versatur quæstio: an Episcopi an Parochi jus sit potius respectu novalium? jam autem partim ex supra deductis apodictice probatum fuit, quod in Germania ab origine introductæ religionis Christianæ, Episcopi soli semper fuerint decimarum tam ordinariarum quam Novalium Domini, Possessores ac dispensatores exclusis parochis, quibus ab Episcopis pro lubitu congrua saltem vel ex ipsis Decimis vel aliunde assignata fuit, ut sic in concursu Episcopi cum parocho congrua proviso puncto decimarum Novalium pro Episcopo semper stet præsumptio, imo Jus Germaniæ manifestum, partim etiam spectato Jure Communi Canon. eoque accuratius examinato nullo Canone vel ratione hactenus probatum fuit vel probari poterit, quod in prædicto concursu Episcopi cum parocho Parochus fundatam habeat intentionem contra suum Episcopum, sive quoad Decimas universales sive quoad Novales, Episcopus enim est decimator Universalis in lege privilegiatus, est quidem etiam Parochus de Jure Communi Canon. privilegiatus, sed non in Germania, si autem hoc etiam supponere vellemus, constat ex Commu-

 nibus

a) Scripsit quidem Jo. EBERH. LINKIUS *de Decimis feud.* XVI. differt., verum non multum ex opere ad hodiernum gustum haud scripto. disci potest.

b) De hoc Argumento agit JUST. H. BÖHMER in diss. *de præscriptione circa Decimas Ecclesiasticas & sæculares* Exercit. Tom. V. p. 455.

c) Eo etiam referunt Canonistæ, siquis ex loco inculto hactenus utilitatem aliquam semper perceperit, E. g. ex Lignis, Glandibus &c. GRENECK in *examine jur. Can.* L. 3. Tit. 30. q. 9. & 10.

nibus Juris principiis, quod, si concurrant duo privilegiati, præferatur ille, qui fortius habet privilegium & majori favore dignus est, talis autem dubio procul est Episcopus jure Divino constitutus ad regendam Ecclesiam Dei, & parochus Diœceseos primarius, cui ob onera Episcopalia & conditionem status multis opus est expensis; & non parochus ruralis congrua provisus in adjutorium solum assumptus pro exigua rusticorum parte, cui præter congruam nihil debetur, (& reditus superflui secundum dicta pro abusibus inservirent,) neque illud eruitur ex cit. *Cap. 29.* & 30. *de Decimis*, illa enim Capitula Parochis faventia non agunt de parocho contra Episcopum agente, sed de concursu parochi cum Monachis & fratribus Cisterc. *Cap. 2. de Decimis* in 6. pariter non agit de parocho contra Episcopum vindicante Decimas novales, sed de laicis, Monachis Carthusianis & Cistercienſibus & de indultis percipiendi novalia a Pontifice concessis, quæ Pontifex potuit interpretari pro lubitu, & cum alii textus pro parochis assignari nequeant, sic patet spectato etiam Jure Communi Canon. nullum parochis contra Episcopum vel ab hoc jus habentem puncto novalium adesse præsidium: cum præterea ex sola tali infeudatione Episcopali constet parocho non competiisse jus ullum ad decimas Universales & ordinarias, pariter nec illi competit in tali Casu ad Novales, sed Episcopus qua decimator universalis, cujus fuerant Decimæ, & qui illas transtulit ad Vasallos, Decimas novales vindicare deberet, si ad Vasallos haud spectarent: adeoque obstat in tali Casu parochis simul Exceptio actionis non competentis, de quibus enim decimis Dominus directus non infeudavit Vasallum, illæ mansissent penes Dominum Directum Episcopum adeoque non tangunt parochum.

§. XXVI.

Recensentur formulæ in Litteris investituræ occurrentes.

An in Litteris Investituræ Episcoporum Germaniæ, quibus conceduntur Decimæ, etiam novales concessæ fuerint, disputari sæpius solet, & novissime circa formalia ubi in feudum conceditur, der Kirchen-Satz mit dem Zehenden darzu gehörig Nichtzig ausgenommen, disputatum fuit, an etiam hoc ipso Decimæ novales concessæ sint, verum dubio procul affirmandum erit: nam verbis illis zum Kirchen-Satz gehörig in diplomatibus & Litteris investituræ designari omnes Decimas & in specie Novales ac revera quoad Effectus utiles & temporales intelligi incorporationem jurium parochiæ ipsius in Laicos transferibilium, nemo, qui rerum illarum gnarus est, negare potest, per innumera enim diplomata ab Episcopis in Laicos translatum est Jus Patronatus *cum annexis*, per annexa autem, prout omnes rerum Germ. experti conveniant, & consuetudo optima diplomatum interpres id confirmat, semper intelliguntur Ecclesiarum Parochialium Decimationes, decimatio enim fuit utili-

tas

tas potiſſima & principale objectum, quod tranſiit, ad Laicos, ſolum enim Jus Patronatus tanquam res ſpiritualis ex mente Juris Canon. non potuiſſet titulo profano transferri in Laicum, nec illud jus de ſe haud proficuum ſuffeciſſet Laicis pro præſtandis ſervitiis, ſed intentio Dominorum directorum Epiſcoporum erat, ut, ſicut Monaſteriis vel Eccleſiis collegiatis reſervata tantum congrua Vicario vel parocho concedebantur omnia emolumenta decimationis Eccleſiæ Parochialis quoad Decimas univerſales & Novales, ſic pariter Laici Vaſalli præſtita parocho ſuſtentatione percipiant omnia emolumenta Decimarum tractus ad Eccleſiam parochialem ſpectantis tam ordinariarum quam Novalium, adeoque quoad jura conveniunt tales Vaſalli cum Monaſteriis, quibus parochiæ decimarum percipiendarum Cauſa ab Epiſcopis ſunt incorporatæ, jam autem ſicut in hoc Caſu nequidem de Jure Canonico Communi novalia debentur vicariis perpetuis, ſed ſola congrua parochis a Monaſteriis tanquam patronis ſuppeditanda eſt, quin Novalia illis cedant, quæ ſpectant ad Monaſteria, ſic pariter Vaſalli ab Epiſcopo cum decimatione & Jure Patronatus Eccleſiæ Parochialis inveſtiti omnes Decimas tam ordinarias quam Novales percipiunt; nulla enim diverſitatis ratio apparet, cur Epiſcopus omnia emolumenta temporalia parochiæ ad ſe ſpectantis reſervata ſolum parocho congrua transferre poſſit cum Jure Patronatus in Monaſteria, non autem in nobilem Laicum? Et quod hic fuerit ſtylus diplomatum medii ævi, ubi non receptum erat, ſicut hodiernis fieri neceſſe eſt temporibus ad evitandas cavillatorum Lites, omnes ſpecies recenſere, ſed bona fide ſub nomine generali omnia comprehendere, deduxerunt ECKART *in introductione in rem diplom. præcipue Germanicam.* SIGEL *in diſſ. de Litt. Inveſt.* aliique: de cætero ſub Decimis generaliter conceſſis etiam comprehendi novales conſtat ex Cap. 27. X. de Decimis ubi habetur: *cum tibi, quod majus eſt, ſit conceſſum, ut videlicet Decimas de Laboribus terræ parochiarum tuarum cum integritate percipias, de novalibus eas exigere ſatis potes, quia ubi majus conceditur, minus conceſſum videtur.* Et quod omnes decimarum ſpecies ſub nomine generali contentæ, niſi expreſſe doceatur exceptio, cenſeantur etiam conceſſæ, pluribus defendunt ac probant MEVIUS P. IV. *decis.* 290. n. 11. CARPZOV. P. II. conſt. 40. def. 6. STRYCK. *de Jurisdictione circumſcepta* C. 3. n. 14. HORN *Juriſpr. feud.* C. 7. §. 12. Beyer ad tit. ff. *de Jurisdict.* poſ. 49. GLAFFEY *de Miniſt.* L. I c. 1. Sect. 2 p. 39. & 40. & Jus decimandi in univerſo territorio conceſſum etiam comprehendit Decimas novalium. KLOCK. Vol. I conſ. 41. n. 10. & *de contribut.* C. 1 n. 301. ſeq. RHET. in diſſ. *de novalibus* C. 4. §. 6. quos ſequuntur Canoniſtæ Veteres & recentiores PARISIUS Vol. IV. conſ. 73. TIBERIUS DECIANUS Vol. I. con. 22. n. 10 GUILIEREZ *quæſt. Canon.* L. 2. C. 21. n. 218. FAGNANUS in Cap. *cum contingat. de Decimis* n. 9. ibique plures allegati. ENGEL in *Coll. jur. Canon.* tit. *de Decimis* n. 10. & Conſtat, quod & alias generalia verba tan-

 tum

tum operentur, quantum singulorum expressio L. 51. in f. ff. *de adm. & per. tut.* L. 25. ff. de V. & P. S. TUSCH T. IV. Lit. G. concl. 27. RICCIUS *in decis. Neapol. for. Eccles.* 276. n. 2.

Clarius adhuc denotant Decimarum novalium sub nomine generali Decimarum concessionem verba litterarum investiturae nichts ausgenommen, hoc est nullis Decimis seu emolumentis ad Ecclesiam parochialem spectantibus exceptis, ex quibus clare patet, quod Emolumenta Ecclesiae cum omni integritate sua nullo jure excepto translata sint, indubitatum autem est, ad talia emolumenta spectare quoque Decimas novales, cum enim secundum deducta Episcopi Germaniae de talibus juribus & de decimationibus exclusis parochis congrua aliunde provisis disponere potuerint, ac revera usque ad hodiernum diem disponant, sic proin fluit consequentia per dictam Clausulam nichts ausgenommen, decimas quoque novales concedi; haec enim expressis aequipollere verbis eo minus dubitandum, cum 1) nullibi in Canonibus requiratur, ut specifice nominentur Decimae Novales, sed duntaxat, ut rationabilis Causa illas exigendi ostendatur C. 29. X. *de Decimis*, sufficitque si constet de vera mente concedentis. 2) Quia ejusmodi verba *cum omni integritate & nullis exceptis* in Litteris investiturae non possunt esse otiosa, DECIAN. Vol. I. resp. 22. n. 34. neque obstant C. 31. *de Privil.* & C. 25. 29 *de Decimis.* C. 15. de R. J. in 6. ex quibus videtur erui, quod licet Decimarum privilegium indefinite concessum fuerit, tamen non extendatur ad Decimas novales; P. SÖLL *de Decim. noval.* n. 94. nam 1) Supra satis deductum fuit nulla Capitula Juris Canonici in materia decimarum quadrare ad Germaniam contra Episcopos. 2) Capitula illa non loquuntur de casu, ubi concurrunt parochus & Episcopus ratione Decimarum novalium, sed loquuntur de Monasteriis Privilegiatis a Pontifice contra Parochos novalia praetendentes, adeoque huc plane non quadrant. 3) In Casu supposito privilegiatus seu infeudatus ab Episcopo repraesentat ipsum Episcopum, qui proprie est decimator Universalis, & ad quem spectant Decimae Universales, & Novales excluso parocho, contra hunc nullum jus habet parochus tanquam tertius, cujus non interest, & ad quem nihil spectat secundum supra deducta de Decimis, sed cui congrua saltem sufficit, consequenter urgere non potest Decimas novales, multo minus provocare ad Litteras investiturae seu privilegia Vasallo concessa.

§. XXVII.

Confirmantur dicta per consuetudinem Germaniae Universalem.

Accedit consuetudo Germaniae Universalis parochorum a Decimis novalibus exclusiva, si enim omnes percurramus Germaniae provincias, deprehendimus

mus Ecclesiasticas decimas tam ordinarias quam novales possideri partim ab ipsis Episcopis, partim ab illis, qui jus suum ab Episcopis obtinuerunt veluti Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Monasteriis, principibus vel nobilibus Laicis vel etiam Dominis territorialibus cum exclusione parochorum competere, & quidem quod Parochi a Decimis novalibus in terris austriacis & Bohemicis sint Exclusi, testantur scriptores Austriaci GRENECK *in Exam. Jur. Canon.* tit. de Dec. Q. XI. & abeo allegatus FÜNSTERWALD L. 3. obs. 138. sic pariter in Bavaria universa Decimæ novales spectant vel ad Episcopos vel ab his jus habentes vel ad Dominos territoriales, idem constat de Franconia & Suevia & universo tractu Rhenano & de Diœcesibus Mogunt., Trevir. Colon., Wormat., Spirens., Argentorat., Constans. ubi partim ipsi Episcopi Decimas novales possident, partim ab illis jus suum habentes, & in specie Laici ab Episcopis de Decimis investiti, partim Domini territ. ita ut constanter asseri & instituta accurata computatione manifeste comprobari possit, in universa Germania nequidem Decimam partem novalium NB. Competentiæ loco competere parochis, reliquas vero omnes ab aliis percipi possessoribus, ex quibus fortissimum ducitur Argumentum, quod si in omnibus vel saltem plurimis Germaniæ provinciis & quidem a temporibus introducti ibidem Christianismi Parochis Decimæ novales haud competant, & nonnisi in paucissimis locis & quidem tantum congruæ loco parochis assignatæ sint Decimæ novales, sic sequitur, quod illa in Jure Communi Canon. tantum fundata pro parocho præsumtio, ad quam tam animose provocant parochi, in Germania nullam habeat applicationem, sed in dubio contra parochum pro aliis legitimis Possessoribus potissimum ab Episcopis jus suum habentibus & hos repræsentantibus sit præsumtio, præsumtio enim semper est pro illo, quod plerumque & vix non ubique observatur, & recte in dubio a consuetudine totius Regni Universali argumentamur ad provinciam particularem. *a*)

§. XXVIII.


Accedit Praxis supremorum Imperii Tribunalium ac Judiciorum Ecclesiasticorum.

Denique nostra sententia, quod scilicet in Germania tam intuitu decimarum ordinariarum, quam novalium præsumtio sit pro Episcopo vel jus suum

a) Jam ante tempora Lutheri in Germania possessores Laici Decimas novalium tuiti fuerunt contra parochos prætextus ex Jure Canon. allegantes. Sic inter *centum Gravamina Norimbergensia* principum Germaniæ adversus sedem Pontificiam C. 45. & illud refertur Gravamen, *quod a Clericis & parochis petantur Decimæ, in quarum possessione hactenus non fuerunt, vel legitimo jure a sæcularibus possidentur.* In GEORGII *Gravam. nat. Germ.* p. 455.

ſuum ab Epiſcopo habente & nullatenus pro parocho, roboratur partim auctoritate virorum eruditorum partim praxi ſupremorum Imperii Tribunalium, conf. J. H. BÖHMER T. I. P. 1. reſp. 4. n. 65. GRUPEN *Origin. Hannov.* p. 282. STRUBEN Neben-Stunden, N. 35. receptum etiam eſt in ſupremis Imperii tribunalibus principium, quod ſi Epiſcopus vel Epiſcopum repræſentans Decimas ordinarias & univerſales poſſideat, illi quoque in dubio debeantur Decimæ ex novalibus, quin ſe intrudere poſſit parochus cum ſuo Jure Canon. aliunde ſuam habens ſuſtentationem. KLOCK. Vol. *Cam. Relat.* 69. p. 29. CHRISTINÆUS Vol. II. deciſ. 26. n. 6. LUDOLF *obſerv. forens.* obſ. T. I. p. 71. quibus accedit praxis etiam judiciorum Eccleſ. Germaniæ, ſic ut pauca tantum allegemus præjudicia, quorum plurima adduci poſſent, Anno 1762. in Cauſa Carthuſiæ Diſtelhuſanæ contra Capitulum Cathedrale Würceburg. puncto Decimarum novalium Vicariatus Herbipol. intervenienti Parocho ſilentium impoſuit, & Reverendiſſimus Vicariatus Moguntinus an. 1763. in Cauſa Argentorat. Henrici Dorſchel parochi in Niederſchopfen contra Illuſt. familiam Franckenſteinianam puncto Decimarum novalium partem ream ab intentata a Parocho actione abſolvit.

T A N T U M.



Animadverſiones Editoris.

Ad *§. XVIII. Not. b.* Quod hic inquit Auctor de Epiſcopis Abbatibusque in perſona olim bellum ſequentibus occaſione controverſiae in Domo Salmenſi noſtris diebus exortae, ubi primogenitus Clericus ſucceſſionem praetendit, uberius illuſtratum fuit adhuc; ſingulare plane eſt, quod animadvertit PÜTTER in den auserleſenen Rechtsfällen 2. Band. *Reſp. CCXII. p. 557.* nimirum quod in oculis Concilii Conſtantienſis anno 1415. 19. Januar. *Johannes Archi-Epiſcopus et Elector Moguntinus* introitum ſolennem celebraverit in urbem Conſtantienſem pro more illius aevi Equitum a capite ad calcem usque thorace munitus, non vero inſtar aliorum Epiſcoporum inveſtitu Epiſcopali, uti refert ULRICUS *a Reichenthal de Concilio Conſtant. f. 4.* Ex quo abunde ſatis propenſio ad vitam militarem Epiſcoporum Germaniae elucet.

Ad §. ejusdem not. k. Exeo, quod plura olim bona Eccleſiis in Feuda oblata fuerunt, notum eſt, complures aſſerere, pleraque ſaltem Feuda, quorum Dominium eſt penes Eccleſias, eſſe Feuda oblata, unde dein praeter alias conſecutiones id deducere volunt, ejusmodi Feuda in regula quoad ſucceſſionem eſſe impropria;

impropria; ſed ex eo, quod recte hic inquit Auctor, palam fit oblationem ejusmodi perſaepe nulla ratione fuiſſe gratuitam, ſed alia ratione, uti adjectione Decimarum compenſatam, atque ita ſequelas tales minime ex hac oblatione deduci poſſe. Haec compenſatio aliis quoque modis pluribus facta eſt, uti quod Vaſalli facultatem reciperent in fundo Eccleſiarum caſtra, aut ita dictas *Keminatas* aedificandi aut collapſa reſtaurandi; aut aes alienum ab ipſis contractum ab Eccleſia diſſolveretur; aut in bello diffidationeve capti oblatione ejusmodi libertatem redimerent; aut denique violentis iſtis temporibus protectionem ſibi ſtipularentur; atque exinde in tot reverſalibus ratione hujuscemodi oblationis datis leguntur haec aut ſimilia: Dadurch ich von ſyn Gnaden ein guten Gnogen han, und ſyn Gnaden des fleislichen Dancke. Dicta hactenus ex monumentis compluribus ſtabilita vide in Diſſ. ADAMI REIZER in Univ. Bamb. quondam Juris Can. Prof. *de Collaterali, qui a primo acquirente non deſcendit, aut inveſtitura ſimultanea non gaudet, in Feudo ſive dato ſive oblato haud ſuccedente*, vulgo von der nur auf gleiche Helm und Schild nicht gegründeten Lehensfolge, Bamb. 1753. *Cap. II. Sect. I. §. I. ſeqq.*

Ad §. XXI. Rem hanc de vera ſignificatione vocis: *Decimatio* nunc uberius illuſtrant, quae habet ADOLPHUS LUDOVICUS BOEHMER *de Feudo Decimarum, quoad pertineat ad novales* 1770. §. VIII. Sic *Gero Epiſcopus Halberſtad.* in Diplom. de anno 1163. apud ERATH *Cod. diplom. Quedlinb. p. 93.* ait: „Eccleſiae B. Wigberti in Quidelinburge confirmat omnem „*Decimationem* memorate ville, que de agricultura colligitur, et *decimationem* „arearum extra murum tam excultarum, quam excolendarum, cum *decimatione* arearum, quas prepoſitus et Abbatiſſa de monte in vineam redegerunt. „Concedit etiam eidem Eccleſie *decimationem* agri in declivo montis in antiqua „urbe, qui in vineam redactus eſt.„ *Otto* III. in Diplom. de anno 983. apud SCHOETTIGEN et KREYSSIG *in Spicil. diplom. Saxon. ſuper. P. IV. p. 187.* ſub nomine *decimationis omnem* Fiſco *ipſius e villa Setleboresdorf competentem cenſum frugum, pecudum, pecuniarum veſtimentorum, mellis, cruſinarum* (veſtium pelle geminatarum) *omniumque utilitatum, quibus mortales utuntur, nec non Warcophungam et Talungam familiarum ruſticarum jure donationis transfert in Eccleſiam Miſnenſem.* Vocem *Talungae et Warcophungae* explicat WESTPHALEN *in Praefat. ad T. IV. monum. ined.* et ex eo BOEHMER l. c. nimirum: *Warcophunga* eſt nummus arearum. *Wara* enim in chartis hujus aevi Saxonicis et Anglicis denotat terram arabilem, agrum novalem vel recens ſubactum: hinc ager *Warectus* h. e. proſciſſus, *Warectatio* agri proſciſſio. *Waraſchetum* villarum h. e. *Wurtſchatt cenſus* arearum in charta de anno 1248. apud MARTENE *T. 1. Anecdot. p. 1038. Wurtiuſſe* in charta *Ottonis* et *Wilhelmi* Ducum Brunswic. de anno 1348. apud GRUPEN *Antiq. Hanov. p. 125. Wurtphenning* in charta Archi-Epiſc.

Magdeb. de anno 1182. apud LUDEWIG *Tom. V. Reliq. p. 3.* *Talungam* v ro putant citati scriptores significare servitia vel praestationem colonorum, c veteri curiae idiomate pertinebant ad familiam domini. Vocatur ita a *Tall* exactione, quae in taleis seu tesseris fissis ligneis annotari mos erat, unde *t. bium et tallagium* vocantur exactiones decimarum apud MARTENE *T. 1.* C *p. 446.*

Ad §. XXVI. Plures formulas ex diplomatis erutas huc spectantes vi apud cit. BOEHMERUM a §. XVIII. Cap. II. seqq. uti: „de agris cultis „incultis, et adhuc colendis, decimae omnium novalium, quae in perpetuu „excoli poterunt: nichts ausgenommen, besucht und unbesucht, bebaut u „unbebaut, den Zehenden toden und lebendigen, nichts ausgenommen: Z „henden, lebendig und todte, grosse und kleine, besucht und unbesucht: v „sucht und unversucht, gereiniget und ungereiniget: gebaut und ungebau „gereuth und ungereuth: Decimae tam praesentes, quam futurae: Decim „cum omnibus pertinentiis et juribus etc.„ quibus formulis comprehendi n valia, praesertim si Feudum ab Episcopo concessum originetenus fuerit, c bium nullum esse videtur.



II. GEO

II.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER U. J. D. &c.

REPETITIO DISCURSIVA

AD CAP. I. DE JURAMENTO CALUMNIAE

PARS PRIOR

CONTINENS EXPOSITIONEM CRITICO-THETICAM.

Treviris. 1758.

§. I.

Ingressus, & distributio hujus repetitionis.

1. **D**octor. Difficile nuper *in examine rigoroso* forte tibi obtigit Capitulum, nempe 1. *de juram. Calumn.*, Domine Candidate laureæ: *Candidatus.* Prima facie non credidissem, sed expertus sum. D. respondisti ad dubia ultra exspectationem. C. Quoniam nunc plus otii fuit, quam tunc, cum illud pro specimine intra 24. horas, una cum lege ex codice, repetere, ac syllogistice defendere jubebar, studui hactenus per octiduum illi magis enucleando. D. Et ego, evolvendo desuper *veteres*, & *novos*, ut possim nunc de thesauro meo proferre nova, & vetera; quare, cum hodie *dies Justinianeus* sit, quo liber sum lectionibus, veni, concludamus nos *in bibliothecam S. Simeonis*, ne quis nos turbet: ibi præsto sunt codices manuscripti, & impressi, quibus utamur. Feci quoque expresse mihi afferri diversos libros *ex bibliotheca almæ Universitatis*, ut necessaria habeamus in promptu. Erit autem nostræ *repetitionis discursivæ ordo* sequens:

2. 1mo. Sistemus textum, ejusdemque veros conditores.

2do. More consueto repetentium, distribuemus eum in suas partes, sistendo in fine *casum longum*.

3tio. Explicabimus textum de versu ad versum.

 4to Po-

4to Ponemus *casum brevem*, sive *punctum*, & *thema principale* text super eo in forma disputabimus.

5to Recensebimus, quæ subsequenter acciderint contra observ hujus Capituli.

6to. Demum colligemus, exemplo glossæ, notanda bona grana textu.

Apparebit in decursu, quam sit dubiis fœcundum, minimeque ste doctam altercationem hoc capitulum, super cujus intellectu fundan interpretes mire torquebantur.

§. II.

Sistitur textus, ejusdemque veri conditores.

3. C. Inscribitur *Honorius* Papa, in multis codicibus *absque n* an sit I. II. III. vel IV.? in plerisque III. in aliquibus II.; cui ergo tribuetur hæc decretalis? D. Tribuit eam *Honorio* III. doctissimus medii XVII. Gallus, *Innocentius Cironius*, qui præter *paratitlam in V. libros d lium Gregorii IX.* commentatus est præclare *quintam compilationem de appr* quæ est *Honorii III.* Tribuit quoque P. *Guenois*, Bituricensis, pag. 475 indicis, quem corpori juris canonici subjunxerunt *Pithœi* fratres, ubi sentur illæ decretales *Honorii* III., quæ insertæ fuerunt *compilationi sextæ*, pe *Gregorii IX.* Econtra mox dicti *Pithœi* imprimi fecerunt: *Honorius* II. compilatione variarum decretalium, quam Bartholomæus *Laurens*, cog natus *Poin*, manuscriptam, compactamque eodem volumine invenit cum cilio Lateranensi III. sub *Alexandro III.*, & hac una ex ratione, quod que illæ decretales essent ejusdem Alexandri, *velut appendicem ejus Conci* perite typo eodem edidit, licet penitus non appertineat, sitque *Antonio stino* compilatio *Alani*, secunda de *non approbatis*, ordine confusissima rum; in hac, inquam, MSta compilatione *parte XXIII. Cap. 1.* rep hæc *Honoriana* decretalis, una cum *Cap.* 2. 3. 4. & 5. h. t. sub inscripi *Honorius II.* Vid. HARDUIN. Tom. VII. Concil. pag. 1796.

Et merito;

4. Nam *Honorius* III, qui cœpit sedere an. 1216., non potuit disse decretalem, quam suæ jam *compilationi*, quæ communiter appellat *ma*, inseruerat *Bernardus* CIRCA, Præpositus *Papiensis*, paulo ante a 1190. Hinc etiam est, quod hoc capitulum non reperiatur in *quinta co tione*. Tu igitur adscribe hunc textum *Honorio* II. Bononiensi, qui voca antea *Lambertus de Fagnano*, & factus est Papa anno 1124. *Otto Frising.*

cap. 16. Sedit usque ad an. 1130. Hoc suadet *ordo capitulorum* hujus tituli: sicut enim in Codice *Justinianæo* leges ponuntur *secundum tempora Imperatorum*; ita *in decretalibus Gregorii IX.* capitula *secundum seriem Paparum*: absonum fuisset, primo loco ponere hanc decretalem *Honorii* III., tertio *Eugenii* III., quinto *Lucii* III., sexto *Innocentii* III.; nam hi omnes antecesserunt *Honorium* III. Vid. GONZALEZ ad hoc Capit. verbo: *Honorius* PITHOEOS *ibid. in nota marginali*, restitutoria veræ inscriptionis.

5. C. Evolvamus, quæso, *tres codices* Decretalium Gregorii IX. *MSS.*, qui hic stant ante nos, ut videamus, *qualem Honorium* habeant? Ecce, Domine, *omnes uniformiter* habent *Honorium III.*! D. Ita profecto est, ut ais: habent eundem similiter omnia nostra *impressa* antiquiora; sed legas modo, velim, crisin marginalem *in uno illorum MSS. codicum*, quam manus Sæculi XV. minutis literis apposuit: nonne correxit: *Honorius II.*, addendo rationem bonam: *hæc decretalis longo tempore præcessit Honorium III.*? Audi quoque ex antiquis *Joannem Andreæ* hic: *superscriptio, quæ dicit:* Honorius III., *falsa est; quia longe ante tempora Honorii III., qui fecit quintam compilationem, fuit hæc constitutio, quæ fuit in prima compilatione.* Imo testatum facit notator post *Can. 22. XXII q. 5.*, quod hoc capitulum, una cum constitutione nova Henrici, jam haberetur in uno quodam vetusto exemplari MSto *Decreti Gratiani.* Et ipsæmet *Honorii III.* decretales aliæ, quas ei tribuit P. *Guenois*, te convincant, nostram decretalem non esse illius; cum reliquæ universæ existant *in suo ordine chronico*: cur enim hoc unicum capitulum staret *extra suum locum*, si esset decretalis *Honorii III.*? C. Sed nunquid *Honorius II.* etiam condidit capitulum *2dum* h. t.; quia inscribitur: *Idem*? D. Iterum hic erratum est tam *in MSS.*, quam in nonnullis *impressis* exemplaribus: dele, & scribe: *Eugenius III.*, sicut correxerunt *Pithoei*, & tenet *MStum primæ compilationis*: nam in tota compilatione sexta non est ultra aliqua decretalis *Honorii II.*, licet hic diversas scripserit epistolas, quarum unam inquire in *Tomo I. Bullar. magn. pag. 33.*, alias vero duas in *Tomo IX. pag. 15.* HARDUINUS *Tomo VII. Concil.* septem exhibet.

6. C. Ad quem ergo direxit hanc decretalem *Honorius II.*? D. In plerisque legitur simpliciter solum *Honorius*: in quibusdam: *Honorius Episcopus urbis Romæ omnibus Episcopis occidentalibus*: utraque lectura probat, hanc decretalem fuisse editam, non per modum *rescripti particularis*, sed *tanquam constitutionem generalem* pro toto Patriarchatu Occidentis: si qui codices cum *appendice prædicta (num. 3.) Concilii Lateranensis*, habeant *orientalibus*, manifeste peccaverunt amanuenses; cum enim *Henricus* Imperator nullam constitutionem dederit pro *Oriente*, quid opus fuerat *Orientalibus* Episcopis laudare eius decisionem, dare roborationem, & moderationem legis?

7. C. Scio nunc *Honorium*, quis vero *Henricus* Imperator laudatur in hac generali encyclica? D. disputat hic mundus, *quintus*, fueritne *secundus*. Tu tene pro certo, quod fuerit *Henricus* Imperator *secundus*: sic enim in legibus Longobardicis *lib. 1. tit. 47. cap. 11.* habetur: *Henricus divina pietate* secundus *Romanorum Imperator Augustus.* C. Erit ergo *Henricus*, cognomento *sanctus*, vel *claudus*, fundator Episcopatus Bambergensis; quia hic vulgo audit *Henricus II.*? D. Hoc putaveram te illaturum: falleris: lege adhuc semel inscriptionem, & attende ad omnia verba. C. *Imperator* secundus. D. Tetigisti; nam *sanctus* ille *Henricus* erat quidem Germaniæ *Rex secundus*, sed non Romanorum *Imperator* hujus nominis *secundus*: illis quippe temporibus nullus Rex Germanorum se scripsit *Imperatorem*, nisi qui Romæ per coronationem promotus esset ad hanc dignitatem. Quæ conditio defuit *Henrico* I. condicto *aucupi:* nam, dum anno regni sui 17. post multa virtutis suæ opera Romam tenderet *ad obtinendum Imperium*, morbo correptus obiit. OTTO *Frisingens. lib. 6. cap. 19. in fin.* Et ideo non leges diploma, in quo *Henricus auceps* se scribat *Imperatorem.* Vide hac de re fusius *Struvium in corpore histor. German. Period. V. Sect.* I. §. IV. Hinc *Henricus Sanctus* in classe *Imperatorum* est *Henricus primus*: Quæ res se magis pandit ex diplomatibus *Henricorum* IV., & V.: nam Henricus *in ordine Regum* quartus, nominatur *in ordine Imperatorum* tertius: & filius ejus, *in ordine Regum* quintus, est *in ordine Imperatorum*, quartus: vid. *Histor. diplom. Trevir. Tom.* I. *pag. 436. in data, & not.* 6. item *pag. 442. column. 2. pag. 475. column. 1. pag. 476. Column.* 1. *pag. 479. Column. 1. pag. 482. Column. 1.* Adde *pag. 485. & 487.* ubi *Henricus filius* anno 1107., quoniam nondum fuerat promotus in Imperatorem, sic ter se scribit: *Henricus divina favente clementia* quintus *Romanorum Rex:* Econtra autem pag. 498. 501. 502. 512. *Henricus divina favente clementia* quartus *Romanorum Imperator* Augustus; quia hæc diplomata data sunt *post annum* 1111., quo Romæ coronatus est. Adde *Goldastum constit. Imper. Tom. IV. pag. 319.* Igitur de *Henrico Sancto* non potest verificari inscriptio novæ constitutionis, quia non fuit *Imperator hujus nominis II.* Accedit alia difficultas hæc: quod constitutio *Henriciana* facta sit *Arimini* (italice *Rimini*) oppido Italiæ ad Sinum Adriaticum, *die 3. Mensis Aprilis*, ut habet *prima compilatio*, vel *3. Kal. April.*, ut habet *Goldast. loc. cit.*, & notator hujus cap. 1. *in corpore jur. sub lit. d.*, neque commode referri possit ad unam *ex tribus expeditionibus Italicis*, quas fecit *Henricus Sanctus*, primam anno 1004. pro coronatione *Longobardica*, secundam anno 1014. cum *Cunegunde* sua pro coronatione *Romana*, tertiam anno 1022. pro liberando statu ecclesiastico, & reliqua Italia ab irruptione *Græca*, & *Sarracenica*.

8. C. Parvus glossator, sive notator Capituli nostri *in nota b.* ait, se *Honorium II. reposuisse, tum ex ordine capitulorum hujus tituli*, sicut & tu supra argue-

arguebas, *tum ex Henrici Imperatoris mentione in hoc capitulo habita*: *vixit enim* EUGENIUS (voluit dicere *Honorius II.*) *& ſedit circa annum Chriſti 1126. Imperatore* HENRICO V. Sic quoque retinuerunt doctiſſimi *Pithœi*: ſed non aſſequor hanc rationem 2dam, nam 1.) anno 1126. *Henricus V.* jam obierat, videlicet 10. Kal. Jun. 1125. 2.) mentio *Henrici* præciſe non denotat potius *quintum*, quam *alium*: dicit enim decretalis: *filii noſtri Henrici* quondam *Imperatoris.* D. Neque ego capio iſtam notatoris conjecturam ex ſynchroniſmo, propter verbum - *quondam*, quod ſignificat Imperatorem *defunctum*: anno autem 1126. omnes quinque Henrici erant defuncti: unde *Joannes Andreæ* non eſt auſus aliquem ex illis determinare, ſed nude dixit: *fuerunt quinque Henrici.* Et valde hallucinati ſunt magni viri, *Innocentius*, & *Hoſtienſis*, ſcribendo: *hoc ſtatutum, quod fecit Honorius, Imperatori placuit.* C. GOLDASTUS *Tom. Conſt. Imper. pag. 319.* tres *Henrico V.* adſcribit conſtitutiones, primam *de illicitis nuptiis* ſecundam *de jure jurando clericorum*, de qua eſt noſtrum capitulum, tertiam *de ſpreta majeſtate.* In *duabus primis* legitur: *Henricus divina pietate IV. Romanorum Imperator Auguſtus:* in tertia: *Henricus divina pietate II. Romanorum Imperator Auguſtus:* Fatetur, vulgo ſcribi, *Henricus II.*, ſed ait, perperam, quia *Henricus V.* dictus ſit Italis *junior*, vel *ſecundus*, propter patrem. D. hæc *Goldaſti* correctio mala eſt: *junior* equidem vocatus eſt *Henricus V.* propter patrem, ſed non *ſecundus*, præſertim in *conſtitutionibus*, *& diplomatibus.* Bis fuit in Italia *Henricus V.*, nempe a.) anno 1111., quo coronabatur in octavis Paſchæ, quæ menſe Aprili cadebant, poſtquam jam in urbem ingreſſus eſſet I. idus Februarii. STRUV. *Corp. hiſtor. germ. period. VI. Sect. IV. §. V.* Tunc certe non potuit 3. *April.*, vel III. *Kal. April.*, *Arimini* imperiali ſub nomine condidiſſe hanc legem. b.) altera vice ab anno 1116. uſque ad an 1119. omnia turbata erant in Italia, tum propter hæreditatem *Mathildinam*, tum propter *Anti - papas*, *& excommunicationes* Henrici V., qui non in *terris Status Eccleſiaſtici* curiam ſuam habebat, ſed *in Tuſcia*, *& Liguria*, unde aliquoties Romam movit: hinc non eſt veriſimile, quod his annis *Arimini in Umbria* curiam tenens legem iſtam condiderit.

9. C. Adverto jam, quo tua tendat ſententia, Clariſſime Domine; *Henricum* III., qui cognominatur *niger*, ſentis conditorem hujus eſſe legis. D. Sic eſt: hic enim tam a Scriptoribus, quam in chartis vocatur *Henricus* II. *Imp.* ſic WIBERTUS *in vita Leonis* IX. *lib. 2. cap. 2.* habet: *Anno 1049. apud Wangionum urbem ante præſentiamglorioſi* Henrici ſecundi *Romanorum*, *Auguſti*, *ſit Pontificum*, *reliquorumque Procerum non modicus conventus.* Sic in *Hiſtor. diplom. Trevir. Tom.* I. *pag. 389. anno 1051.* legitur: *Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus:* in fine vero pag 390. *Data XII. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis MLI. Anno autem Domini Heinrici* tertii *regis*, ſecun-

secundi *Imperatoris*, regni *XIII.*, *imperii vero* V. Idipsum cerne *pag. 392. Columm. 2.*, *pag. 394. Data Treviris anno Dominicæ Incarnationis MLII. indictione quinta*, *regnante Henrico Rege* tertio, *Imperatore* secundo, & pag. 395. *Actum Goslariæ anno MLIII. indict. VI. Anno autem domini Henrici III.* regis, imperatoris II., *regni XV. imperii VII.* Confer *pag.* 399. 401. 402. Cum itaque vulgata inscriptio nostræ constitutionis præseferat *Henricum Imperatorem secundum*, talis autem fuerit *Henricus Rex III.*, non hæsito isti eandem tribuere.

10. C. Ad explicandum hoc capitulum necesse erit, prius legere ipsam constitutionem *Henrici II. Imp.*, quam exhibet GONZALEZ *in commentar. hujus textus lit. g.* D. Adde *Frid.* LINDENBROGIUM *in codice legum antiquar. edit. Francofurt. 1613. pag. 509.*, ubi sunt tres libri *legum Longobardicarum*, in quorum primo tit. 47. l. 11. lex hæc imperialis extat: Item GOLDASTUM *Const. Imper. Tom. IV. pap. 319*, Sed optime faciemus, si eam ex aliquo MSto recitemus. En *Bernardi Circa Papiensis* compilationem primam *ad tit. de juram. Calumn.*, qui est ultimus libri I.: lege, si placet, ego conferam impressa.

11. C. *Constitutio nova Domini Henrici Imperatoris Augusti data III. die Mensis Aprilis Civitate Arminio.*

De Juramento Calumpniæ.

Quoniam legibus cautum est ut nemo clericus jurare præsumat. alibi vero reperitur scriptum ut omnes principales personæ in primo litis exordio subeant juramentum calumpniæ, nonnullis legis peritis res venit in dubium, utrum clerici jus jurandum præstare debeant. aut alii personæ hoc officium liceat delegare. quia illud constitutionis edictum ubi clerici jurare prohibentur a Marco Augusto Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur. idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. ut ergo ista dubietas ab omnibus penitus auferatur. nos illam divi MARCI *constitutionem ita interpretari decernimus ut ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum divus Justinianus jure decreverit, ut canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum canonibus reperiatur ut clerici jurare non debeant dignum est ut totus clericalis ordo a præstando juramento immunis esse procul dubio censeatur. Quapropter nos utriusque videlicet & divinæ & humanæ legis intentione servata decernimus. Ut non Episcopus neque abbas. neque presbyter. neque cujuscunque ordinis clericus. non aliquis monachus vel sanctimonialis in quacunque controversia criminali sive civili jusjurandum compellatur quacunque ratione subire sed suis ydoneis advocatis hoc officium liceat delegare.*

12. D. Paulo aliter hanc legem hinc inde refert *Gonzalez* ex codice legum antiquarum: nam

a) Titulus præfigitur iste: *Henricus divina pietate secundus, Romanorum Imperator Augustus.*

b.) Post

b.) Post verba: *liceat delegare*, Imperiora, sic apud eum sonat: *Quia enim illius constitutionis edictum, ubi clerici jurare prohibentur, a Marco Augusto constitutum est, propterea quia de Constantinopolitanis clericis &c.*

c.) Post verbum: *decernimus*, addit: *& imperiali authoritate irretractabiliter definimus*, &

d.) Sic subjungit: *ut neque Episcopi, neque presbyteri, neque cujuscunque ordinis clericus, non abbas, non monachus &c.*

e.) Postremum colon sic reddit: *sed advocatis suis propriis, & idoneis debeant delegare.*

Adscriptionem *data*, & *loci* non refert *Gonzalez*; sed *Goldastus*, qui cœteroqui textum refert, sicut ille, habet; *Dat. Arimini III. Kal. April.*

Non est autem novum, varias ejusdem legis occurrere lecturas: nam & *amanuenses*, & *editores* fuerunt sæpe imperiti, sæpe mirabiles homines, qui pro genio suo mutarunt, auxerunt, mutilarunt textus. Confer præsens capitulum *inhærentes* cum eo, quod est in *appendice Concilii Lateranensis III.*, & similiter hinc inde reperies dissonantiam. Cœterum observata varietas nihil mutat *in substantia;* quia solorum *accidentalium* est, excepto, quod in ultimo puncto (e) τὸ *debeant* sit aliud, quam *liceat:* Tu tene *liceat*, quia clerici non *debent*, sed *possunt* delegare; nec ego reperi quemquam, cum *Gonzalez* legentem *debeant.*

13. C. Non recte legunt omnes: *Divus* Marcus *Augustus*, ideoque in novis impressis monetur, ut legamus *Marcianus* pro *Marco*, D. Mendose legitur *Marcus* gentilis, pro *Marciano* orthodoxo Imperatore: nam constitutio nova *Henrici* putat legem 25. §. 1. *vers.* quodsi lis C. *de Episc. & Cler.* Errorem tantum sic excusare nititur notator ad hoc capit. lit. c. *Error hinc processit, quod in scriptis codicibus, quales habeo, sic scriptum erat:* Imperator Marcus Marcianus: *illi autem scripserunt:* Marcus. Sed in vanum: nam error nimis est universalis, tam in MSStis, quam in antiquis impressis, quam, ut ex hoc fonte provenisset: & illi ipsi codices, qui habuerunt: *Marcus Marcianus*, erraverunt; cum *Marci* prænomen *Marciano* non fuerit, sed vel prænomen *Flavii*, vel agnomen *Flacci*, vel neutrum. Præstat nihil dicere, quam divinare *mendi adeo communis* originem. Poterit tamen dici, quod tunc usus vulgaris JCtorum tulerit, ut etiam *Marcianus* vocaretur *divus Marcus;* nam & *veteres Glossarum Statores* probe sciverunt, esse *Marcianum*, citantes legem ejus ex codice; & tamen retinuerunt hunc modum loquendi.

14. C. Antequam recitemus textum *Honorii*, quærere adhuc liceat mihi, cur *S. Raymundus*, qui hoc capitulum *inhærentes* sumpsit ex *prima compilatione*, omiserit prærecensitam novam constitutionem *Henrici?* Nonne convenisset eam præmitti, & subjungi capitulum, sicut ibi? D. Duplex potuit illum

moviſſe ratio: 1.) Quia noluit *conſtitutiones Imperatorum* referre inter *decretale R. R. Pontificum*, ſicut fecerat *Gratianus* in Decreto. 2.) Quia judicavit for ſuperfluum, eo quod verba conſtitutionis novæ fuerint incorporata capitul noſtro: interim experientia docet, pro explicando fundamentaliter textu pra ſenti noſſe nos oportere, *qualiter præciſe ſonuerit iſta conſtitutio ante Honorin edita.* Lege nunc capitulum ex corpore juris.

15.) C. HONORIUS II. *Inhærentes veſtigiis prædeceſſorum noſtri rum, dicentium, graviores quæſtiones per ſummum Pontificem terminari:* (1. E infra) *legibus itaque comperimus eſſe cautum, ut nullus clericus jurare præſuma Alibi vero reperitur ſcriptum, ut omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſul eant juramentum calumniæ; propter quod plerisque venit in dubium, utrum Clerica jusjurandum præſtare debeat, aut alii hoc officium delegare: quia illud conſtitutioni edictum, ubi clerici jurare prohibentur, a Marco Auguſto de Conſtantinopolitani clericis promulgatum fuiſſe videtur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Ut erg dubietas iſta auferatur, ſecundum etiam deciſionem filii noſtri H. quondam Imperato ris,* (2. Et infra.) *cujus ſunt verba hæc. Ejus itaque interpretationem corrobora mus, & divi Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam, cum Imperator Juſtinianu decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum canonibus reperiatur, ut clerici omnino jurare non audeant, dignum eſt, ut totu clericalis ordo a juramento calumniæ præſtando ſit immunis. Præterea ſtatuti Prin cipis tenor talis eſſe dignoſcitur: Nos itaque (divinæ, & humanæ legis intention ſervata) decernimus, & imperiali auctoritate irretractabiliter definimus, ut no Epiſcopus, non presbyter, non cujuscunque ordinis clericus, non Abbas, non aliqui monachus, vel ſanctimonialis, in cauſa quacunque, ſive controverſia, ſeu criminali ſeu civili, jusjurandum compellatur qualibet ratione ſubire, ſed aliis idoneis defenſo ribus (ſi expedire Eccleſiæ ſuæ noverit) hujusmodi officium liceat delegare. Verun cum hac moderatione, ut Epiſcopus inconſulto Romano Pontifice, vel quisque Clericu inconſulto Prælato ſuo, minime jurare audeat. Omnibus autem Epiſcopis, & univerſ clero, ita cuſtodiri debere mandamus, ut ſiquis in illam commiſerit, veniam ſibi dein ceps noverit denegari.* 3. Et infra.

16. D. Reſecata de fonte ſunt ſequentia, quæ *S. Raymundus* indicar ſolet per verba: *Et infra.*

1. *Noſtrorum fratrum diligenter conſilio inquiſito, hujusmodi cauſæ ſpeciem irre fragabiliter Deo opitulante decidimus: quoniam:* Ita MSta compilatio prima appendix Conc. Lateran. III., & impreſſa recentiora paſſim; excepto, quo duæ primæ omittant verbum: *quoniam*, quod ex nova *Henrici* conſtitution huc transtulerunt impreſſa.

2. *Ut accepimus, Armenio factam IIItio nonas aprilis, aut, ſicut ibi continetur, die.* MSta compilatio prima, & *Gonzalez.* Sed dicta appendix aliter, & qui-

quidem sic: *anno suo imperii, ut accepimus, factam tertio.* Vides, quod varient lecturæ: Novella Henriciana alibi *pro data* habet *tertium diem mensis Aprilis*, sive, quod idem est, *tertium nonas Apriles*. Alibi *tertium Kalendas Aprilis*, hoc est, 30. Martii. Propterea Dominus Papa noluit præcise dicere. 3. *Aprilis*, sed addidit propter incertitudinem: *ut accepimus, aut, sicut ibi*, id est, in illa Henriciana, *continetur, die:* Annus *imperii tertius* HENRICO *Sancto* erat 1017. *Hist. diplom. Trev. Tom. I. pag.* 353. & 354. HENRICO V. *ann.* 1114. *ibid. pag.* 497. 499. *Henrico* autem *tertio* annus 1049. *ibid. pag.* 385. & 390. Perpende nunc, cujus de his tribus Henricis imperii *anno tertio* melius quadret commoratio *Ariminii?* Sane *solius Henrici III.*, si fortassis *nullius*, justa erit suspicio, quod ista *Henriciana* constitutio sit supposititia, id quod severioribus me criticis examinandum relinquo.

3. *Non sumentes exemplum, seu formam a nobis, quod in causa nostrorum fratrum, & Episcoporum Aretinæ, & Senensis Ecclesiæ nuper fecimus; quoniam eorum voluntati, & postulationi annuimus.* MSta Compil. 1., & appendix Conc. Lateranens., quæ tamen paulo clarius habet: *quod aliter in causa &c.* Hanc rem UGHELLUS *Tom. I. Italiæ sacræ pag.* 416. *in Vidone* refert his verbis: *diuturna lite cum Gualfrido* Senensi *Episcopo decertavit, armisque succinctus multa suæ ditionis recuperavit, quæ illi per vim, perque dolum dictus Episcopus videbatur ademisse. Reperitur etiam subscriptus cuidam Bullæ* Honorii II. *Pontificis, Ecclesiæ Pisanæ indultæ, anno* 1126. 17. *Kal. Aug.* Quod solum, si cœtera deessent omnia, probaret nostram sententiam *de Honorio II. hujus capituli conditore.*

17. C. Conferamus nunc textum impressum cum tribus codicibus MSStis S. Simeonis, an perfecte concordent? D. Legamus alium ex alio: ... concordant per omnia, excepto, quod loco *quisque clericus* sit ibi: *quisquis ...ricus*; & unus eorum habeat: *Ecclesiis suis* pro *Ecclesia sua*; quæ parvitas ...n inducit variationem.

18. C Videamus porro, utrum concordet cum textu *compilationis ...imæ.* D. adverti jam quasdam levioris notæ differentias: nam

a.) *Raymundina*, sive *Gregoriana*, in exordio sic habet: *propter quod plerisque venit in dubium*: aliter compilatio prima: *quamobrem nonnullis legis peritis, & aliis quam plurimis sapientibus, venit in dubium.* Appendix Conc. Lateran. sic: *nonnullis legis peritis, & aliis sapientibus venit in dubium.* Gonzalez sic: *nonnullis legis peritis, sed & aliis quam pluribus sapientibus, venit in dubium:*

b.) Post verba: *a Marco Augusto*, sequitur in compilatione 1. *Constantino Præfecto Prætorio*, quæ omisit *Raymundina*: habet vero quoque prædicta appendix. *Gonzalez* legit: *Constantinopolitano Præfecto Prætorio.* Sed retinenda est inscriptio. *l.* 25. *C. de Episc.*, in qua: *Constantino.*

c.) Compilatio prima habet: *a præstando juramento immunis procul dubio esse censeatur.* Consentit sæpe dicta appendix. *Raymundina* vero omisit verba: *procul dubio*, & apposuit verbum *calumniæ.*

d.) Compilatio prima: *præterea utriusque statuti Principis tenor* apud nos *talis* esse dignoscitur; appendix recte omisit ineptum verbum: *utriusque*, & ait *penes nos*. *Raymundina* utrumque omisit. Innuunt tamen hæc: *penes nos* quod Dominus Papa bene sciverit, discrepare exemplaria constitutionis Henricianæ.

e.) Compilatio prima post verba: *omnibus autem Episcopis*, ponit: *ac cunctis generaliter Sacerdotibus*; similiter *appendix*; quæ tacuit *Raymundina*.

C. Usus est ergo hic S. *Compilator* potestate *Triboniana*, resecandi, & apponendi: neque enim dubitandum est, quin habuerit ad manus pleniora exemplaria, ita, ut nullus codex, S. *Raymundo anterior*, præcise tulerit textum, qualis post eum in compilatione sexta evasit, & nunc passim conspicitur.

§. III.

Distribuitur textus in suas partes.

19. D. Hactenus discurristi mecum: nunc tacens ausculta; ne interloquendo rumpas filum *distributionis*, quæ spinosa est; ut secernantur verba, *Henrico*, & *Honorio* communia, ab his, quæ *alterutrius* sunt *propria*. Hoc capitulum *duas partes principales* habet: *prima* desinit immediate ante versum: *præterea*, a quo incipit *secunda pars*, & vadit usque ad finem Capituli.

20. *Prima pars principalis* subdividitur in *quatuor* alias partes: 1ma exorditur *a gravioritate* hujus quæstionis, quæ determinationem Summi Pontificis exigat: 2da narrat *speciem facti* cum occasione motæ inter doctores controversiæ, *an clerici teneantur personaliter præstare juramentum calumniæ*, ex collatis ad invicem *l. 25. §. 1. C. de Episcop. & l. 2. C. de jure jur. propter calumn.* junct. Auth. *principales personæ*, sive *Nov. 124. cap. 1.* subjungitur effugium cit. legis 25tæ. 3tia decidit, & imperialem decisionem corroborat. 4ta continet *rationem decidendi*.

21. *Secunda pars principalis* subdividitur in *tres* ulteriores partes: 1ma recenset reliquum tenorem novæ constitutionis, qui præcedentia magis explicate ponit: 2da moderationem Domini Papæ illi subjungit: 3tia universo clero observantiam hujus Capituli, sub interminatione denegandæ veniæ, inculcat. En paucis anatomiam, seu *analysin* totius capituli.

22. C. Capio. Sed, quoniam *Glossa*, & *Bernardus*, soliti sunt in quævis capitula formare *casum longum*, dic, an placeat tibi casus hujus capituli, prout datur in vulgatis, vel apud *Laymann in paraphras. h. c.?* D. Non multum: quoniam non tam *casus* est, quam *summarius extractus*. Igitur eum tibi sic plenius appono.

Causa

Causæ Species.

23. Sæculo XI. in Italia, ubi femper confervabatur jus *Codicis Justinianei*, oriebatur difputatio inter nonnullos Legiftas, *an Clerici inftar laicorum deberent in primo litis exordio præftare juramentum calumniæ generale*, quod primus introduxit *Justinianus*, tam ab *actore*, quam a *reo*, perfonaliter præftandum? Alii dixerunt, quod deberent; quia Juftinianus *indefinite*, *generaliter*, & *fine quavis distinctione*, omnibus principalibus perfonis, etiam *in dignitate* conftitutis (vid. *d. l.* 2. §. 1.) hoc genus juramenti injunxit: ergo & clericis. Alii negabant, fub ifta *generalitate indefinita verborum* comprehendi clericos, probantes hoc per regulas ecclefiafticas, & canonem Ss. Patrum, *lege Marciani* comprobatum, clericis prohibentem juramenta, fuftinebantque, indulgendum effe clericis, ut officium hujus jurisjurandi delegent fuis advocatis; nam Clerici mediam quandam viam offerebant, nempe ut vellent alium pro fe ad hoc officium delegare. Affirmantes autem ad argumentum ex lege *Marciani*, quærentes diffugium, refponderunt, *folos clericos Conftantinopolitanos* immunitatem a jurando confecutos effe, igitur *occidentales*, & *cæteros clericos* non habendos fore immunes. Controverfia hæc *juris in thefi* deferebatur ad *Henricum* II. Imp., tunc *Arimini* confiftentem; qui decidit *favore negantium*, declarando, legem Marciani *pertinere generaliter ad omnium ecclefiarum clericos*, dignumque effe, *ut totus clericalis ordo* (inclufis etiam *minimis de clero*, imo & *monialibus*) *a præftando juramento immunis fit*: vetuit proinde, ut neque clericus, neque monachus, neque monialis, in quacunque caufa, five *criminali*, five *civili*, jusjurandum *quacunque ratione* fubire cogatur, fed poffit hoc fuo advocato delegare. Poft mortem Henrici Imp., circa annum 1126., refufcitata fuit hæc controverfia, & in tantum excrevit, ut jam non amplius *nonnulli* legisperiti, fed *plerique* dubitarent: quare *Honorius II.* opus cenfuit, tam ipfius *Henrici* conftitutionem *contra judices fæculares* corroborare, quam etiam fecundum illam pro *judicibus ecclefiafticis*, quid debeant cuftodire in praxi, ordinare. Et *primam* quidem *partem* dictæ imperialis conftitutionis Honorius *fimpliciter* corroboravit, fecundam vero, ne clerici pro fuo arbitrio perfonaliter jurarent, cum hac *moderatione*, ut Epifcopus *inconfulto Summo Pontifice*, & Clericus *inconfulto fuo Prælato*, non auderet jurare; idque fub pœna non remittenda.

Habesne aliquid contra cafum longum fic pofitum?

24. C. Quod *Honorius* propter *legiftas*, & *judices laicos* corroboraverit decifionem *Henrici*, admitto; id quod etiam potuit Summus Pontifex; nam, fi *fæcularis* judex vellet a clericis aliquid *contra facros canones*, vel *privilegia clericalia* prætendere, Summi Pontificis, & Epifcoporum eft, ipfos *cenfuris* coërcere. *can.* 2. *&* 8. *XI. q.* 1. *cap.* 4. *&* 7. *de immun. cap.* 2. *de for. compet. x. & in* 6.; & hoc magis, fi non folum contraveniret legi *ecclefiafticæ*, fed etiam *imperiali*, ficut hic. Sed, quod etiam *propter judices ecclefiafticos* hæc decretalis emanaverit, non video. D. Videre autem potuiffes 1.) ex mandato, ad omnes occidentales Epifcopos *indiftinctim* dato, *hæc ita cuftodiendi*, proinde *etiam in fuis judiciis* obfervandi idipfum, quod Henricus præceperat cuftodiri *in judiciis*

fæcularibus: alias, si *Honorius* distinctionem facere voluisset inter casum, qu clericus litigaret coram *judice fæculari*, & inter alium casum, quo coram *judi e clesiastico*, specialius hoc expressisset. 2.) Ex periculo mali exempli, quod j dices fæculares ab Ecclesiasticis sumere potuissent, si isti clericos compulisse ad jurandum propter calumniam: & demum 3.) clarissime, *ex resecato* fin versu, de quo supra *num. 16. & infra 3.*, ubi hortatur *Honorius* Episcopus, sumant exemplum ab ipso, propterea, quod *coram eo* juraverint nuper d Episcopi de calumnia: non poterant enim Episcopi hoc imitari, vel allegar nisi faciendo clericos jurare *in suis judiciis*. C. Sed *resecata* non præstant arg mentum; cum decretales sumendæ sint, sicuti jacent. BENEDICTUS XI Tom I. sui Bullarii constit. 113. §. 9. & seqq. D. ad *evertendum* ea, quæ r manserunt C. ad illustranda N. nam *adjuvandæ interpretationis gratia* quotid allegamus decisam decretalem, inquit PANORMITANUS Tom. I. *pag.* 7. *columm. 2.* Confer. *Gonzalez in apparatu num. 53.*

25. C. Hoc ergo modo *Honorius*, per istam unam decretalem *dupi cem* fecit *providentiam*. 1.) Ne *fæculares* in scholis, & foro inducerent aliqui novi *contra ipsis Imperatorum leges*, & *decisiones*; propter quod provocavit e presse ad eas. 2.) Ne *Episcopi* in suis judiciis compellerent clericos ad jur mentum calumniæ, & sic malum exemplum darent *judicibus laicis*, prætenden pariter a clericis, si apud ipsos, *tanquam actores*, comparerent, hocce sacr mentum. D. Perfecte: hoc est nunc meum systema *de scopo* huius decretali quanquam nuper in hac sententia fuerim, quod *unice propter fæculares* eman verit hæc Honoriana: colligo enim ex *c. 2. 3. 4. 5. h. t.*, quæ sunt *Euge III.* & *Lucii III.*, quod jam temporibus *Honorii* in Gallia, & Anglia pr cticari inceperit juramenti calumniæ exactio a judicibus *etiam eccl siasticis*.

§. IV.

Explicatur textus de versu ad versum.

26. C. Exordium: *Inhærentes &c.* usque *terminari*, dicit: *gravio quæstiones debent per Summum Pontificem terminari*: ubi hoc dixerunt prædec sores *Honorii?* D. Citatur *Julius I.* anno 337. in can. *dudum* 9. III. q. 6. S *Harduino Tom. I. Concil. pag. 556.* est falsa decretalis. Nec melior *can. 5. di 17.* ex epist. 6. *Pelagii II.* apud eundem *Tom. III. pag. 440.* Itaque lege *ibi Tom. I.* Innoc. I. epist. 2. cap. 3. ibi: *Si autem majores causæ in medium fueri devolutæ, ad Sedem Apostol. sicut synodus statuit, post Episcopale judicium refera tur.* Adde *can. 6. dist. 17.* ex libello *Ennodii* pro *Symmacho* anno 501. *S. G gor. I.* can. 52. §. 2 XVI. q. 1. Evolve plures authoritates apud GONZALE

in cap. 1. de translat. lit. e., & *in cap. 3. de baptism. lit. b.*; quanquam nonnullas *suppositititias* immiscuerit vir doctus. Acriter sibi hoc reservatum apostolicum vindicavit post Honorium *Innoc. III.* Vid. *citt. Capit.* cum *cap. 59. in fin. de appellat.*, & omnino *cap. 13. Qui filii. in med.*, ubi hoc probat *ex Deuteron. XVII. v. 8. & seqq.* Confer S. *Thomam 2. 2. quaest. 1. art. 10. in* ☉.

27. C. Quaenam ergo reputantur *causae majores*, & *graviores?* D. 1.) Causae *religionis*, & *fidei*, can. 2. dist. 12. cit. can. 52. can. 12. XXIV. q. 1. cap. 3. de bapt. 2.) Pontificalis accusatio, & depositio. *cit. can. 2. dist. 12. can. 7. can. 9.* III. *q. 6.* 3.) Mutationes Sedium episcopalium. *can. 42.* VII. *q. 1. cap. 1. de translat.* 4.) Erectio, divisio, unio Episcopatuum. *cap. 4. de offic. legat.* 5.) Translationes Episcoporum. *can. 34. VII. q. 1. cit. cap. 1. & 2. de translat. cap. 3. de offic. legat.* 6.) Renunciationes Episcoporum. *cap. 10. de renunc.* 7.) Institutio novorum ordinum regularium. *cap. un. de relig. dom. in 6.* 8.) Cultus novus alicujus Sancti, aut expositio reliquiarum de novo inventarum. *cap. 1. & 2. de reliq. & ven. Sanct.* 9.) Quidquid graves motus, vel scandala in Ecclesia, Imperio, vel aliquo regno faceret, ut depositiones imperantium, generalia regnorum interdicta. 10.) Cum dubitatur *de intellectu alicujus juris*, intellige *divini*, aut *canonici.* cit. cap. 13. Qui filii. *Ut*, *unde jus prodiit*, *interpretatio quoque procedat.* Cap. 31. de Sent. excom. 11.) Cum aliquid detrahi vult *privilegiis cleri communibus*, quae nempe toti ordini clericali competunt. 12.) Cum *nova disciplina* contra *antiquam*, & inveteratam, vellet introduci, praesertim, si haec sacris canonibus, & legibus sit munita, ut hic: judices, quippe, Justinianaei juris nimium amantes, volebant compellendos esse clericos, ut jurarent coram se de calumnia, id quod erat magna novitas, contra laudabilem consuetudinem hactenus observatam, tangens *totum ordinem clericalem*, canis Patrum decretis detrahens, & privilegio *Marciani:* hinc clare videbis, cur *Honorius* II. praesentem quaestionem retulerit *inter difficiliores*, referendas ad Sedem D. Petri; ne forte, si *Concilia* Episcoporum *particularia* illam decidissent, discrepantia resultassent decreta, & regnum in se ipso divisum; aut ne tam facile oriretur conflictus divinae, & humanae jurisdictionis: ideo interpretes nostri generaliter docent, causam graviorem existere, *quoties circa jus commune emergit dubitatio*, *qua indecisa manente posset evenire difformitas in Ecclesia*, aliis hoc, aliis contrarium tenentibus, & practicantibus, secundum sensum proprium, quo solet quilibet abundare; quia *jus commune* debet esse, quantum fieri potest, *unum totius Ecclesiae*, quod servari non posset, nisi quaestio juris exorta determinetur *per eum*, *qui toti Ecclesiae praeest*, ut sic ejus decisio a tota ecclesia firmiter custodiatur. *Arg. can. 3. in fin. dist. 11.*

28. C. Non videtur tamen praesens quaestio tam difficilis fuisse, ut esset locus *recursui ad Principem* pro decisione: sola *magistralis*, sive *scholastica* inter-

interpretatio sufficisset: tunc enim duntaxat recurrendum est ad legislatorem; *cum dubium ita est arduum*, ut firmus *legis intellectus dari non possit*, sicut legi in *Panormitano hic notamine* 1. Ego certe pro mea tenui capacitate semper sustinuissem, *Justiniani* mentem non fuisse, venerabili, sanctissimoque *Clero etiam* imponere necessitatem hujus jurisjurandi; quia, dum quoque nominatim de clericis disponit, ut convenirentur *coram civili judice*, expresse addidit: *privilegiis omnibus custoditis*, *quæ reverendissimis Clericis sacra præstant constitutiones*. Nov. 83. in præfat. Deinde notum est illud NICOLAI I: *imperiali judicio non possunt ecclesiastica jura dissolvi: Imperatorum leges evangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis, quibus postponenda sunt, nullum possunt inferre præjudicium.* can. 1. dist. 10. D. verum est, quod sana hermeneusis *levem hanc de se* controversiam ex solis regulis scholæ determinare potuisset: sed, an nescis, *disputantes esse capitales*, diffugere per solutiunculas, & distinctiunculas, ita, ut nec convicti se dedant veritati? Testatur Honorius, *plerisque venisse in dubium*, seu, ut fons habet, *nonnullis legis peritis, & aliis quam plurimis sapientibus:* & sic existebat casus faciendæ decisionis papalis, quo tandem cessaret *altercatio scholæ*; quamdiu, putas, durasset sustentio *damnatarum* modo *thesium*, nisi Pontifices finem authoritate sua fecissent? & quot tamna non sensissent Ecclesiæ, dum clericos, & monachos sacri canones deterruissent a jurando in judiciis; ipsis vero, quasi improbis litigatoribus, tristitia judicum cum summa interminatione occurrisset, a judicio eos quam longissime expellendo, eo quod recusarent jusjurandum propter calumniam?

29. C. *Legibus itaque* usque ad *præsumat*. Dic, quæso, mihi, in qua lege comperit *Honorius* cautum esse, *ut nullus clericus jurare præsumat?* An ergo leges *humanæ* potuissent *vetare clerico* juramentum, & jurantem *punire?* D. Acutum te esse adverto, & acrem *in crisi textus*, premis literam, an sit accurate delecta. Fateor; nullam tibi possum adducere legem, quæ his in terminis enunciet. Quod enim *Glossa*, & DD. communiter allegent constitutionem Marciani *in l.* 25. §. 1. *vers.* quodsi lis *C. de Episc. & Cleric.*, hoc non probat istam propositionem, sicut jacet: ibi namque duntaxat haec legitur: *Clericus lite pulsatus fidejussorem habeat usque ad 50. libras auri œconomum Ecclesiæ: si quantitas litis major fuerit, ipse talis Clericus pro residua quantitate det cautionem suam*, CUI NULLUM TAMEN INSERTUM ERIT JURAMENTUM; *quia ecclesiasticis regulis, & canone, a beatissimis Episcopis antiquitus instituto, clerici jurare prohibentur.* Ecce! non prohibet lex ista clericis, *ne jurare præsumant*; sed non vult *exigi ab eis cautionem juratam;* quia *per canones* non licet illis jurare; quamvis liceret eis *per leges*; eoquod, secundum has, jurare sit de *genere permissorum.* Et ideo *Honorius* non dixit absolute: *legibus cautum est*, sicut dixerat *Henricus*; sed per alium dicendi modum: *legibus* comperimus *esse cautum;* quasi diceret:

ceret: *relata nobis est disputatio, continens ex una parte, legibus esse cautum, ut nullus clericus jurare præsumat &c.*

30. C. *Alibi vero* usque ad *calumniæ.* Si comparem hæc *absoluta* verba cum præcedente versu, invenio te rectam observationem fecisse in præcedenti: hic enim *Honorius* non dicit, *comperimus;* sed positive, ac categorice: *reperitur scriptum.* D. Certe debuit aliquid movisse *Honorium*, quo minus in *præcedente* versu retineret ipsissima verba Henrici, sicut *in præsenti;* negari enim non potest, quin scriptum sit, *omnes principales personas* subire debere juramentum calumniæ in sæpe dicta *l. 2. C. h. t.* & auth. *principales.* C. Ignosce! τὸ *omnes* ibi non est scriptum. D. Est propositio *indefinita*, loquens *indistincte*, quæ in jure nostro æquivalet *universali:* sic enim perinde est, sive dicam: *omnis actor sequitur forum rei*, sive: *actor sequitur &c.* Textus habet: *principales personæ:* verba sunt *generalia:* ergo *generaliter* intelligenda. *l. 1. princ. junct. §. 1. ff. de legat. præstand.;* proindeque *Henricus*, *&* *Honorius* bene posuerunt: *omnes principales personæ*, licet tantum sit in authentica: *principales personæ.*

31. C. *Propter quod* usque ad *delegare.* Transeat, quod collatis ad invicem *his duabus legibus* jurisperiti *nonnulli* dubitaverint, *utrum Clericus jusjurandum præstare debeat?* Nihil enim frequentius est, quam *aliquos* dubitare de his etiam, super quibus minime dubitandum est: sed miror, quod propter hoc *plerisque*, aut *quam plurimis viris sapientibus* istud dubium venerit in mentem. D. Et ego miror: neque enim vir sapiens, & artis hermeneuticæ gnarus debuisset in hanc vanam dubitationem incidere, sive propter *contrarietatem legum*, sive propter *generalitatem* secundæ legis. *Non primum:* quia hæ propositiones: *nullus clericus jurabit: omnes personæ principales jurabunt*, non sunt *contrariæ* inter se, propter regulam, quod *opposita servare debeant idem subjectum utriusque propositionis.* Quamobrem non opponuntur inter se propositiones istæ: *Nullus Papa subditus est Regi: omnis anima subdita est Regi:* sed deberet poni vel *omnis Papa &c.* vel *nulla anima &c.*, ut fieret oppositio. Neque etiam *secundum:* nam sub hac generalitate: *omnes personæ principales*, continentur tantum illæ, *quibus per jura alias non inhibetur* juramentum; ut propositio illa sumenda sit *in sensu accommodo*, non autem in *sensu absoluto;* sicut non sequitur: *DEUS fecit omnia: ergo fecit etiam Verbum, sive Filium suum:* item: *dono tibi omnia mea: ergo liberos quoque, & uxorem.* Unde imprime tibi regulam, quam tradit MIDDELBURGUS *in loc. argum. legal. loco 5. num. 1.* Cum *medium*, sive *subjectum*, est *habile*, generalitas operatur *indistincte in qualibet specie sua*: secus, quando *medium*, seu *subjectum* est *inhabile*, sicut hic: quia enim clericos per canones jurare non posse *Justinianus* dignoverat, non est censendus comprehendisse clericos, dum constituit, *omnes personas principales in exordio litis debere*

jurare de calumnia: Item nota pro interpretatione, quod, si concurrant *duæ generalitates*, quarum una affirmet de *latiore genere*, altera *neget de genere minus lato*, generalitas negans præstet *exemptionem* a dispositione generalitatis *affirmantis;* tametsi alias *terminus subjectivus* generalitatis *negantis*, seorsim acceptus, contineretur ut species sub *termino subjectivo* generalitatis *affirmantis*: sive, ut *Antonius de Butrio hic num.* 7. tradit, *ubi concurrunt lex generalis, & lex specialis, disponens aliquid circa speciem in genere comprehensam, specialis derogat generali, ubi in spetiali dispositum repugnat dispositioni in generali.* Vel, ut *Petrus de Ancharano*, quem vides jacere a sinistra ejusdem pulpiti, hic num. 5., *quando duo jura videntur sibi contrariari, lex, quæ loquitur magis generaliter, limitatur, & restringitur per aliam specialem, quæ loquitur de certo genere personarum, in quibus specialis provisio derogat generali:* Arg. L. 119. ff. de V. O. & l. 41. ff. de pœn. Fundamentum est, *in omni jure speciem generi derogare.* R. J. 34. in 6. Consule per otium *Panormitanum hic not.* 5., ubi monet, hæc principia etiam servire ad illam disputationem, *utrum clericus actor reconveniri possit coram judice sæculari*: nam similiter occurrunt ibi duæ propositiones istæ: *omnis actor reconveniri potest; nullus clericus coram sæculari judice conveniri potest.* C. Jam capio tandem: in prædictis propositionibus hujus capituli *omnes personæ* est *genus generalius*; sub quo de se etiam continetur *clericus;* sed, quia in materia juramenti aliquid *specialiter* disponitur de *clerico*, quod stare non posset cum hac propositione: *omnes personæ jurabunt;* ideo ista generalitate non capitur simul clericus. D. Sic est: sentio nunc, quod rem teneas, perge.

32. C. *Quia illud* usque ad *pertinere.* Credo, hanc fuisse *solutionem* eorum legistarum, qui clericos volebant compellere, ut jurarent de calumnia, ad obmotam sibi a negantibus *l. 25. C. de Episc.* D. Ita: volebant eludere vim legis, prætexendo, illam esse *localem*, ut sentit *Dynus* ad codicem; & sic *non egredi locum*, pro quo lata est. Possemus hic disputare, *an dentur in utroque corpore juris leges, & capitula mere localia;* an vero *data pro certis locis eo ipso sint jus commune, quod relata fuerint in corpora juris communis?* Sed hæc disputatio pertinet ad prolegomena. Tu breviter sic tene: *omnis lex clausa in corpore juris est data pro universis, licet occasione certarum personarum data fuerit, nisi manifeste appareat, quod sit personalis, vel localis:* nisi enim hoc esset, quot leges, quot canones, privarentur honore *juris communis?* Et adverte: si legislator personis certæ urbis *nihil novi*, & ex *speciali motivo*, concedat, sed duntaxat ex eo, *quod omnium locorum personis antehac commune erat*, deducat conclusionem particularem, tunc ista *conclusio particularis* non est *jus novum*, nec *jus singulare*, nec restrictum ad *certum aliquem locum.* Ut ecce hic: *Marcianus* in l. cit. *duo* ordinavit: *primum*, ut œconomus Constantinopolitanæ ecclesiæ pro clericis ibidem caveret usque ad 50. auri-libras, si lite pulsarentur aliqua, etiamsi *in suis negotiis* litiga-

litigarent: *secundum*, ut, si quantitas litis excederet 50. libras, clerici *de proprio* caverent quoad excessum, *absque tamen juramento*: prima dispositio est *localis*; quia *nova*, & *de certo clero*, qui habebat peculiare systema cassæ clericalis: sed secunda *de non jurando* est *generalis*; quia *conclusio*, licet *particularis*, ex canone illo *generali*, omnes omnium ecclesiarum clericos tangente, derivata est: *nullus clericus juret*: hinc namque intulit Marcianus: *ergo in nullius clerici cautione interveniet juramentum.* Et sic elegans est *Glossa* hic verbo: *ad omnium ecclesiarum*, dum ita distinguit: *Quod uni* jure communi *conceditur*, *trahi potest ab aliis in exemplum*, & *nulli debet denegari.* l. 13. ff. de LL. Can. 64. XVI. q. 1. in princ. Can. 4. vers. *Si igitur* dist. 5. can. 15. dist. 50. *Quod vero* per privilegium *alicui conceditur*, *non extenditur ad alios*, *nec ad consequentiam trahi potest a cæteris.* §. 6. Inst. vers. *plane* de J. N. G. & C. l. 14. & 16. ff. de LL. Can. 39. XVI. q. 1. Can. 2. XXVI. q. 2. C. Persuadeor magis atque magis, quantus thesaurus principiorum & explicationum proveniat ex repetitione capitulorum. D. Qui hanc negligit, discet in jure modice, & nunquam callebit *legistice interpretari*, vel *disputare.*

33. C. *Ut ergo* usque ad *verba hæc:* Ex hoc colligunt interpretes, omnia, quæ hactenus post verbum *terminari* legimus, esse verba *Henrici* Imp.; estne hoc verum? D. suo modo: nam proprie *Honorius* hucusque semper locutus fuit; Quoniam vero usus est fere ipsissimis verbis *Henrici*, ut propriis, sicut dicit *Joannes Andreæ*, ideo subjunxit: *cujus sunt verba hæc*, id est, *præcedentia.* Ex verbis: *secundum etiam decisionem &c.* nota, non esse reprehensibile, si etiam *in adjutorium legum ecclesiasticarum* assumantur terreni Imperii leges. *Can. 7. dist. 10.* Confer *can. 16. in fin. XI. q. 1.*, & *cap. 1. de N. O. N.* in fin. *negotium ipsum*, secundum legum, & canonum statuta, *non differas terminare.*

34. C. *Ejus itaque* usque ad *judicetur.* Igitur opinio eorum, qui clericis juramentum calumniæ obtrudere nitebantur, *dupla decisione* succubuit, primum *Imperatoris*, deinde *Pontificis*, qui decisionem *Henrici* corroboravit, & *Marciani* constitutionem sic interpretatus est, ut non *localis* deberet censeri, sed *generalis*. D. Sic plerumque accidit ineptis opinionibus, & frivolis disputantium diffugiis: in byrrhis scholarum diu pertranseunt, præfracte sustinentur, distinctiunculis a laqueo oppugnantium extricantur, audiunt *probabiles*; quia defensores earum contentiosi esse contra Apostolum non desinunt: Sed bona, ac solida interpretatio semper vincit, cum res defertur *ad legislatores*. hujus farinæ opinionum adhuc in jure supersunt multæ centuriæ, quibus opus esset decisione authentica, *solummodo propter obstinatos*, suarum potius *adinventionum* idololatras, quam *justitiæ*, veræque *interpretationis*, adoratores. Vide in simili *Nov. 19. in præfat. & cap. 1.* Ad verbum: *corroboramus* nota, ad

 har-

harmoniam Sacerdotii, & Imperii pertinere, ut alter imperantium alterius leges corroboret. Exempla habes in *l. 4. & 8. C. de Summa Trinit.* Item *ad calcem corporis jur. Civil.*, ubi constitutiones *Friderici II.* corroboravit *Honorius III.*

35. C. *Nam, cum* usque ad *immunis.* Hic mihi videtur *Honorius* iniquior esse Imperatori *Justiniano*, quam *Marciano:* in priori quippe versu loquens de hoc dixit: *Divi Marci;* Justiniano autem nomen *Divi* non tribuit sicut tribuerat tamen *Henricus.* D. Vix non incipis nasum habere crisis nimiæ *non debemus captare verba:* l. 19. ff. ad exhib. Quæ enim res, si *Honorius* alterum vocet *divum*, alterum *Imperatorem?* An ideo *Marcianus* minus fuit *Imperator*, vel Justinianus minus post obitum *Divus?* C. Da veniam, Domine juveni, si per excessum criseos erraverit: arbores adolescentes virgulta longiora faciunt, quorum apices discrete succidere prudentis hortulani est. Indulge facile: oportet juvenem esse vivacem spiritu, nec crimen est, si cum docilitate aliquando exorbitet: ætas superveniens temperabit suo frigore calorem, ut talia sponte abeant: hoc per parenthesin. C. Ast, dum legi *Gonzalesium* ad verbum *divi*, cohorrui, quod *Honorius* alicui Imperatori, bono quidem, sed non sancto, epithetum hoc tribuerit: venit enim juxta eum a superstitione gentili, quæ credidit Regentes suos post mortem referri inter Deos: D. Verum est, quod ista nomenclatura displiceat huic magno viro velut adulatoria, præsertim si tribuatur Regentibus malis, qui nequidem christianis exequiis digni erant, sicut *Juliano apostata* in *l. 2. de actor. & procurat. l. 20. de curs. publ. C. Theodos.* Et ideo idem excusavit *Honorium*, quod *referat* duntaxat verba *Henrici*, non autem *approbet.* Sed hoc nihil est; nam non fuit *merus relator* verborum Henrici, loquebatur assumptis *Henrici* verbis, sic, ut eadem fecerit sua: ad hæc, sicut Honorius non posuit *Divus Justinianus*, quamvis sic posuerat *Henricus*; ita quoque titulum *divi* Marciano adimere, & Imperatoris nomen substituere potuisset; usque adeo enim non erat *Honorius* ad verba *Henrici*, si abusiva essent, alligatus. Denique ipsemet *Gonzalez* allegat *Joannis VIII.* epistolas 87. & 91., ubi is Regi & Imperatrici tribuit: *divæ memoriæ.* Tu ergo dic; quod, licet significatio ista *origine sua gentilis* existat, *usu* tamen *fidelium* nihil aliud, quam *mortuum*, ut pie speramus, *in Domino*, significet; hodienum dicimus: Höchst-seeligen Andenckens in nostra vernacula. Et vero ostendam tibi in hac bibliotheca MStum unum, alterumve, in quo *Gratianus monachus*, author Decreti, intituletur *Divus Gratianus.* Tales ergo minutias noli curare.

36. C. Pergit hic *Honorius* ratiocinari, & quidem retinendo verba *Henrici* formalia: verum, in quo stat vis, & intentio hujus argumenti? D. Confutatum it adversarios, dicendo, quod *Justinianus* non intenderit sub lege sua com-

comprehendere clericos: quia voluit generaliter *canones vim legum habere.* Nov. 5. cap. 2. Nov. 6. in præfat. & cap. 1. §. 8. ibi: *eo quod a præcedentibus nos Imperatoribus, & a nobis ipsis, recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus valere.* Nov. 42. in præfat. Nov. 83. cap. 1. ibi: *secundum sacras, & divinas regulas, quas etiam nostra sequi non dedignantur leges.* Nov. 131. cap. 1. Ergo & illos canones consistere voluit, qui clericis juramenta prohibent: cujusmodi vide apud *Gratianum can. 1. 2. 3. II. q. 5* GLOSSA quoque allegat *can. 4. II. q. 5. can. 3. XXII. q. 1. & can. ult. XXII. q. 5.* Add. ibid. *can. pen. & cap. 26. de jure jur.* Verum canon 3tius XXII. q. 1. S. *Augustini* est, non *regula Patrum,* insuperque nihil habet ad hanc rem: reliqui canones omnes sunt jura, *Marciano, & Justiniano posteriora:* unde non potuit *Marcianus* istos putasse, dum in *l. 25. cit.* ait: *ecclesiasticis regulis, & canone, a beatissimis Episcopis antiquitus instituto, clerici jurare prohibentur:* pro cujus sententiæ explicatione dicendum videtur, per *Ecclesiasticas regulas* Marcianum intellexisse *aliquid aliud,* quam *per canonem;* distinguit enim hunc ab illis, & *canonem* quidem *in numero singulari* vocat, *ecclesiasticas* vero *regulas* in *plurali*: unde putem, intelligi regulas *Christi,* & S. *Jacobi* Apostoli. *Matth.* V. vers 34. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino. Sit autem sermo vester: est, est: non, non.* Confer. *Jacob. V. v. 12.* Per *canonem* autem, antiquam Patrum regulam, sive scriptam, sive traditam, qua singulariter cavebatur, ne clerici jurent: Sane, fuisse jam primis quatuor sæculis hanc institutionem, innuit responsio *Basilii* Seleuciæ Episcopi, quam dedit in Concilio Cpolitano sub Flaviano contra Eutychem *Macedonio,* spectabili Tribuno, & Notario proferenti sanctum Evangelium, & Episcopos sub sacramento dicere jubenti, si veræ sint legendorum monimentorum professiones, ab utraque parte illatæ: *hactenus juramentum Episcopis nescimus oblatum, sed est præceptum nobis a Domino Christo non jurandum.* HARDUIN. *Tom. II. Concil. pag. 178.* Sub idem imperantis *Marciani* tempus in Concilio *Chalcedonensi* act. 11. narravit *Cassianus* Presbyter, quid responderit *Stephano,* & *Meonio,* dantibus sibi Evangelium, & conjurantibus eum, ut juraret communionem: *hodie 25. annis communico: & Deus est, qui novit, quia nunquam juravi alicui, & nunc, dum presbyter sum, cogitis me jurare?* Ibid. pag. 555.

37. C. *Ante Marcianum* ergo non potuisti mihi de hoc inhibente præcepto ullum canonem allegare, quam *can. 1. 2. & 3. II. q. 5.?* D. Ita, non inveni alium scriptum: nisi forte ex *canonibus* Nicæni I. *arabicis* 14tum apud HARDUIN. *Tom. 1. Concil. pag. 514.*, qui Sacerdotem nec vult esse *juratorem, nec mendacem.* C. Allegas ergo *merces spurias pseudo-Isidori*: nam ipse dixisti in schola, quod illæ duæ *Cornelii* Papæ epistolæ, quæ reperiuntur in *Pseudo-Isidoro* (Vid. *Harduin. Tom. I. Concil. pag. 131. & seqq.*) non sint genuinæ: at citati a te canones omnes sunt *ex harum secunda,* quæ inscribitur: *Epistola Cor-*

 nelii

nelii Papæ, *Rufo orientali Episcopo directa*, *ne Sacerdotes Domini jurare præsumant*, *vel compellantur*. Hinc primum *Burckardus*, & *Ivo*, deinde *Gratianus*, prædicta capitula sumpserunt. D. En te Catum; non putassem; nec refragor tibi; itaque nec *Marcianus*, nec *Justinianus*, viderunt hunc canonem *Cornelii*, utpote modo Sæc. VIII. compositum; bene vero illi, qui *novellam Henrici* conceperunt. Interea tamen ex hac *Cornelii* decretali, utut falsa, perspicis, quod *Seculo VIII.*, quo falsæ decretales in orbem prodierunt, mos non fuerit clericis, jurare; qui duravit adhuc Sæculo XII., vindice ejusdem *Honorio* nostro contra plerosque dubitantes. Verisimiliter etiam verba illa: *ut nullus clericus jurare præsumat*, deflorata sunt ex *Burckardo lib. 2. cap. 188.*, quibusdam omissis.

38. C. Jam absolvimus *primam partem principalem* hujus capituli: nunc ad *secundam*. A versu: *præterea* usque ad *delegare*. Hic putem inseri reliquum tenorem *novæ Constitutionis*. D. Recte putas, & quidem a verbis, *nos itaque* usque ad verbum *delegare*. Reminiscere tamen eorum, quæ supra (*num. 12. lit. d. & e.*) monui, quibus hic addo, parenthesin hanc: *si expedire ecclesiæ suæ noverint*, adjectam fuisse ab *Honorio*: neque enim in *nova constitutione* invenitur.

39. C. Sed, nunquid non etiam adjecit τὸ *calumniæ* in illo versiculo: *ut totus clericalis ordo a juramento calumniæ præstando immunis esse censeatur*; quoniam novella *Henrici* hoc verbum non habet? D. Adjecit, *explicationis gratia*, tum, quia propter juramentum calumniæ, a clericis detrectatum, exorta fuit controversia; tum, quia regula interpretum, quam menti imprime, hæc est: *Clausula*, sive expressio, *generalis sequens restringitur ad rem*, *& causam prius specificatam*, vel ad idem sic: *species præcedens restringit genus sequens*. Textus notabiles *in l. 31. C. de transact. l. fin. §. 2. ff. de tritic. vin. leg. l. 47. §. 1. ff. de pact. l. 33. §. 1. ff. de legat. 2.* Quoniam itaque *Henrico* de juramento *Calumniæ* proposita fuerat quæstio, ejus quoque decisio pro immunitate venit intelligenda de juramento *calumniæ*, licet dixerit generaliter *de juramento*; minime tamen nocebit dicere, quod de *omni jure jurando clericorum* senserit perinde, ut de juramento *calumniæ*; quia est eadem legis expressa ratio; licet ultra hanc etiam quædam *specialior ratio* dari possit, cur magis prohibendum fuerit, ne a Clero exigatur *juramentum calumniæ*, nempe, quod injuriosum Clero esset, suspicari injustas lites, & cavillationes *indiscriminatim* de clericis.

40. Quid advertis in his verbis: *divinæ*, *& humanæ legis intentione servata?* C. Per *divinam* legem hic non hæsito intelligere legem *canonicam*, per *humanam* vero legem *imperialem*, sicut in *capit. 5. de testam.* & adhuc clarius in

cap. 2.

cap. 2. de priv. in 6. ubi: *vigeat studium juris divini, & humani, canonici videlicet, & civilis.* D. Magistraliter: in textu te video esse versatum: Adde ad probandam tuam interpretationem *Can. 1.* dist. 10. *Cap. 3. in fin. de testib. cog. cap. 18. de Simon.*, imo & *Nov. 137. in præfat.* Quid observas porro?

41. C. Monent ex prædictis verbis interpretes, *jura* apparenter *contraria* sic explicari debere, ut servetur *intentio* utriusque juris: *Cum expediat concordare jura juribus, & eorum correctiones, si sustineri valeant, evitari.* cap. 29. de elect. in 6. D. Et hoc fiet, si in lege *contraria* non tam servetur *rigor verborum*, quam *intentio* legislatoris: cum secundum B. *Gregorium* verba intentioni deserviant. *cap. 41. princ. de appellat.* Quod quidem Glossæ monitum huc quadrat, si divinam legem cum l. 2. C. h. t. comparemus; tunc enim *verba generalia* humanæ videbantur nonnullis obstare dispositioni legis divinæ; si vero legem 25. §. 2. C. de Episc. cum lege divina conferamus, non quadrat observatio: quoniam idipsum loquebatur utraque, ita, ut non fuerit opus laborare de concordantia, & dimissis alterius legis verbis servare intentionem utriusque.

42. C. Sed D. *Böhmerus Senior* in *Jur. eccles. Protestant. lib. 1. tit. 11. §. 21.* ait, Honorium hic agere infelicem interpretem legis *Marciani*; eo quod dicat 1) constitutionem illam a *Marco* Augusto *Cpolitano* Præfecto Prætorio promulgatam, & 2) ad clericos *Constantinopolitanos* restrictam fuisse, nec ad alios pertinere, quod utrumque falsum sit. D. *Böhmerus Senior* valde indiscretus erat in taxanda interpretatione RR. Pontificum: ubique conquirit, quod sugillet, quoque ipsos faciat in jure idiotas: cur propter *divum Marcum*, loco *Marciani*, nominatum, solus carpitur *Pontifex?* nonne prior in hoc lapsus est *Imperator*, cujus verba assumpsit Pontifex? Ad solos *Cpolitanos* clericos legem Marciani non restrinxit *Honorius*, imo declaravit juxta decisionem *Henrici*, eam *ad omnium ecclesiarum clericos* pertinere: sed hæc restrictio volebat fieri *per nonnullos legis peritos:* Sæpe capitula *in parte narrativa* ponunt aliquid *per modum objectionis*, non *per modum sententiæ propriæ* ipsius Papæ narrantis.

43. C. Sed! quo pacto servatur intentio *divinæ & humanæ* legis per hoc, quod clericus non *compellatur* jurare, nisi etiam *prohibeatur* jurare? D. *Intentio* utriusque legis hæc est, ut clericus *passim* jurare prohibeatur, licet *verba* innuere videantur, eum *nunquam* jurare debere. Secundum hanc intentionem *Henricus*, & *Honorius* recte cogitabant sic: *Qui passim jurare prohibentur, non debent generaliter, & indistinctim obligari ad juramentum calumniæ: Sed clerici passim jurare prohibentur: ergo non debent generaliter, & indistinctim obligari ad juramentum calumniæ.* C. Ergo saltem posset clericus, *si vellet*, jurare de calumnia; quia solum dicitur, eum non esse *compellendum*. D. Hoc non sequitur; quo-

quoniam *ideo* dicitur, eum non esse compellendum, *quia secundum ecclesiasticas regulas passim jurare non potest:* ergo utrumque dicitur, nec posse, nec cogi debere.

44. C. Estne ergo juramentum *res mala*, ut clericus non juret licite? Nonne est *actus religionis*, cujusmodi vel maxime decent clericos? Et, si *laicis* jurare liceat, quidni & *clericis?* cum doctrina Evangelii de simplici sermone per *est*, *est: non*, *non:* tam sit pro *laicis*, quam pro *clericis*. D. Absit dicere, quod juramentum sit *res mala*; nam Deus, & Dominus noster, & ejus Apostolus, juraverunt: hinc *Matth. 5.* non dicitur: *quod his abundantius est*, *malum est*, sed, *a malo est*. Cap. 26. de jure jur. *a malo*, inquam, non tam *culpæ*, quam *pœnæ*, nec *exhibentium*, sed *exigentium* juramenta: malum hoc est *infirmitas diffidentiæ*, & *incredulitatis*, cui medetur juramentum: id autem, quod non quæritur, *nisi ad subveniendum infirmitati*, *vel defectui*, non est *per se appetendum*, sicut constat in medicina. *S. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 5.* in ☉. Est quidem juramentum *actus religionis*, sed *propter periculum casus* non appetendus, parcissime exercendus. Hinc, quo religiosior est homo, eo magis vitat juramenta; cum itaque clerici vitam religiosiorem profiteantur, quam laici, illos decet *adhuc rarius* jurare, quam laicos. Equidem pro his quoque est doctrina Evangelii: *nolite jurare;* sed *perfectiori modo* observanda per clericos, tum, quia isti sunt *magistri*, & *duces laicorum* in via veritatis, ideoque decet ipsos haberi tam *veraces*, ut *simplici* eorum *assertioni*, ac *promissioni* credatur; tum quia secundum Concil. *Triburiense* in *can. 4.* II. *q. 5.* nos clerici *vicem discipulorum* gerimus in ecclesia, quibus Dominus dixit: *nolite jurare.* Et, quoniam *Episcopi* vicem gerunt *Apostolorum*, voluit Synodus *Regia Ticina* anno 850. can. 4, ut ordinarie sermo illorum esset juxta Evangelium: est, est: non, non: siquid *enixius affirmandum* duræ forsitan audientium mentes exigant, voluit, ut *more Apostolico* sua dicta confirment hac locutione: *Deus scit*, aut *coram Deo*. HARDUIN. *Tom. V. Concil. pag. 26.*

45. C. Ad verbum: *delegare* scrupus non mediocris pedem meum vexat: nam, sicut clerici prohibentur *personaliter jurare*, ita jubentur hoc officium aliis *delegare*. D. non *jubentur*, sed *permittuntur*, propter verbum: *liceat.* Arg. l. 40. ff. de judic. C. Non eximis per hoc scrupum: manet enim meum argumentum: *qui delegat alterum ad jurandum*, *ipse jurat; clericus non potest ipse jurare*: *ergo nec delegare.* Nonne enim, si juret defensor *ex delegatione clerici*, perinde est, ac si juraret ipse clericus? Nam qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum. *R. J. 72. in 6.*, præsertim hic, ubi procurator jurat *in animam sui principalis*, & propter hoc *speciali mandato* indiget. Sane, si clericus non potest jurare *per se ipsum*, qua ratione *delegabit* hoc alteri? *Arg. R. J. 68.*

J. 68. in 6.? D. Quanquam Lex *Justinianea* non dederit *alternativam*, ut vel persona *principalis*, vel ejus *defensor*, juraret de calumnia; *l. 2. princ. & §. 3. C. h. t.*; mos tamen successu temporis invaluisse videtur, ut *clerici* suis defensoribus *sponte* committerent præstationem hujus juramenti, utentes privilegio Sacerdotum apud Romanos, de quibus prætor dixerat: *Sacerdotem Vestalem: & Flaminem Dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam.* A. GELL. *noct. atticar. lib. X. cap. 15. in fin.*, hocque propterea, *quia hi jurare non poterant.* LIV. *lib. 3.*, quem refert integrali passu *Gonzalez in cap. fin. h. t. num. 7.* attamen licebat eis *assignare alium*, qui pro ipsis juraret. Sic & nostri clerici; quanquam ad neutrum tenerentur, quia *immunes simpliciter*, non *secundum quid*, *& certa duntaxat ratione*, declarabantur. Hoc more supposito utique nunc est magna difficultas, qualiter juraverit ille *defensor*, a clerico in hoc officium *delegatus?* Repetentes communiter tenent sic: aut ille delegatus erat *œconomus*, vel *syndicus* alicujus *Collegii* clericalis, & jurabat *in animam propriam*. cap. 3. h. t., aut vero fuit *procurator alicujus clerici in particulari*, ejusque *causa privata*, non *ecclesiæ*; & jurabat *in animam clerici*, indigebatque ad hoc *speciali mandato*. Sed non sapiunt mihi ista: nam 1.) Hi ipsi non loquuntur conformiter suæ explicationi; dicunt quippe, clericum *in causa propria* litigantem compelli posse, ut *per se* juret: ergo non admitteretur procurator, ad jurandum *in animam sui principalis*. 2.) Clerici ita sunt ab hoc officio immunes, ut non compellantur *qualibet ratione* hoc jusjurandum subire, imo *minime* audeant jurare inconsulto Prælato suo; Sed, qui ita delegat, *ut alter juret in animam delegantis*, is certo *aliqua*, imo *multa*, & ferme *identica ratione* jurat, nec verificat de se, quod *minime* juret. Nam, ut ex *Cajetano 2. 2. quæst. 98. art. 2. ad 4.* docet venerab. SUAREZ *Tom. 2. de relig. lib. 2. de juram. cap. 31. num. 4.*, in tali casu interveniret intentio jurandi *ex parte principalis*, & iste modus jurandi non excluderet, quin juramentum sit *actio personalis*: quamvis enim per alium loquatur, *ipse tamen mandans est, qui loquitur*; quia alius non loquitur, nisi *nomine ejus*, *& parum ad vinculum juramenti refert*, quod instrumentum explicandi sit *propria* lingua, vel *aliena*. Nec ista *formalitas*, jurandi per ministerium alterius, sustulisset sufficienter scandalum per hoc, quod non ipsimet clerici hac via *tangerent Evangelia*, ut plerique ratiocinantur; quia in *tactu illo corporali* non posuerunt canones suam rationem motivam, sed in hoc, quod clerici verbum jam non amplius esset: *est*, *est*, *non*, *non*. Itaque sentio, verbum *delegare*, quo utitur textus, non significare hic, *dare mandatum speciale jurandi in animam clerici*; sed *puram assignationem* alterius personæ, *quæ causam omnino non nesciat*, ut loquitur *cap. 3. h. t.*, quæ post litis contestationem habeatur *pro domino litis*, juretque in *animam propriam* de calumnia: sicut dispsosuit postea *Bonifacius VIII.* de quibusvis procuratoribus, qui *post juramentum calumniæ*, á principalibus personis præstitum, deputantur. *Cap. 2. §. 1. h. t. in 6.* Ad idem quippe venit,

ſive pars principalis officium ſuum jam exſolverit, ſive immunis ſit ab eodem perſolvendo. Erit igitur talis defenſor ſimilis *curatori*, vice *ſui adulti* juranti *l. 2. ſ. 2. C. h. t.*; clericus delegans autem ſimilis *ei*, qui, cum neſciente domino, & ordinante, diaconus factus ſit, præſtat domino ſervum *vicarium* loco ſui: nam præſtans *vice ſui ſervientem* non denominabitur *ſerviens*; quemadmodum nec illi domini de choro, qui officium cantandi, ſibi incumbens, delegant vicariis, denominantur cantantes. Aliud ergo eſt, conſtituere *vicarium jurantem* loco ſui, & aliud conſtituere *jurantem in animam ſuam*. Ad *tuum perinde eſt*, reſpondeo ſub hac diſtinctione: *quantum ad hoc, ut clericus diceretur, vel haberetur jurans* N. *quantum ad hoc, ne repellatur ab inſtituta actione* C. Inventa eſt igitur hæc ratio, delegandi alium jurantem, ne clericus juret, *quaſi media*, ut ſatisfieret uni legi, & canoni *plene*, alteri vero *ſecundum quid*. C. Quid ergo, ſi forte judex in fine æſtimaſſet, *calumniam in lite fuiſſe*, in quem caderet perjurium? D. In *vice jurantem*, non in *delegantem*; quia non hic, ſed ille juravit; impoſſibile enim eſt, eum videri juraſſe, qui ideo delegavit alium jurantem, ne ipſe juraret. Nec in *delegationibus* id ſemper agere cenſetur *delegans*, quod facit *delegatus*, ut conſtat ex judicis *delegati* actionibus, quæ non imputantur judici *deleganti*. Verbo: ſicut *delegare* in materia *ſolutionis* eſt alium *reum ſolvendi* creditori dare *l. 11. ff. de novat.*; ita in præſenti materia *delegare* eſt judici, & parti alium *reum jurandi* dare.

46. D. Reſtat adhuc aliquid in hac parte textus noſtri, ſuper quo ſolent DD. hic diſceptare. C. Scio: propter verba: *ſeu criminali*, diſputant, an etiam *in cauſa criminali* veniat præſtandum juramentum calumniæ? Et ego, ſalvo meliori, non hæſito, iſtud aſſirmare *de puncto juris*; quidquid diſſuadeat *prudentia praxeos*, propter periculum perjurii. *Arg. cap. 3. de cohab. cler. & mulier.* D. Unde probas tuam reſolutionem? C. Ex *l. 2. C. h. t.*, ejusque verbis: *in omnibus litibus*, & ex *Cap.* præſenti, cujus verba: *in cauſa quacunque, ſeu criminali, ſeu civili*, ſupponunt, non exemptos *etiam in criminali* jurare debere. D diſtinguo: *criminaliter intentata* N. *civiliter intentata* C. C. Contra eſt, mi Doctor, quod hæc *diſtinctio reſtrictiva* fiat absque neceſſitate alicujus juris in contrarium urgentis; & *generalitas*, atque *proprietas* verborum ſervari debeat, quamdiu nihil eſt, quod cogat *reſtringere*, & *impropriare*. Arg. l. 8. ff. *de public. in rem act. can 13. XXXI. q. 1. cap. 2. de conjug. lepros. in fin. & l. 69. ff. de legat. 3.* Verba legum tantum valent, quantum valere poſſunt. *Arg. l. 1. ſ. 1. ff. de legat. præſtand.* Et vero, ſi in cauſis *civilibus* proditum hoc eſt remedium, ut coërceantur *calumniæ*; quanto magis propter momentum rei in *criminalibus*, ubi ſæpe dantur *calumniatores*? D Calumniatores in criminalibus ſatis coërcentur *per pœnam talionis*, in quam accuſatores ſeſe debent inſcribere. C. Hæc ipſa pœna, quam timent hi, niſi probaverint illatum crimen, anſam eis

præ-

præbet *calumniandi*, falsasque probationes pro veris inducendi; & sic regula tenebit: *ubi periculum majus intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum.* cap. 3. de elect. in 6.; ut sacramenti timore calumnia compescatur. D Sed obstat, quod in causa criminali *criminaliter intentata* non agatur *per procuratorem* cap. 15. de accus. Atqui *cap.* 1. *h. t.* dicit, delegari posse ad jurandum vice clerici procuratores: ergo non loquitur de causa criminaliter intentata. C. In causa criminali criminaliter intentata regulariter non admittitur procurator, qui *loco non-comparentis* agat, vel defendat: admittuntur tamen advocati, defensores, & procuratores *juxta principalem partem* in jure comparentem: & talibus poterit clericus officium jurandi delegare. Alii dicunt, de *foro canonico*, ubi non infligitur pœna sanguinis, procedere cap. 1.; non autem *de foro civili.* Sed refelluntur; quia non solus *Honorius* dixit: *in causa criminali*, sed etiam *Henricus* Imperator, qui tamen non tulit ordinationem pro *judiciis canonicis*, utpote ad eum nihil pertinentibus. D. Perquam bene solvis, & arguis. Sed adhuc unum: Quoad juramentum calumniæ actor, & reus non debent ad imparia judicari. *Arg. l. 2. C. h. t.* ibi: *neque actorem*, *neque fugientem*, id est reum. Sed *reus* in causa criminali non tenetur ad juramentum calumniæ: ergo neque *actor*, sive *accusator. C. Nego min.*, nam & in *accusato* periculum calumniæ est, puta e g., quod frivola objectione *majoris criminis* vellet repellere accusatorem; quod corrumperet judicem; quod litis tardandæ causa frustratorias dilationes peteret, vel exceptiones pœnæ dilatorias proponeret; quod pro innocentia sua subornaret falsos testes, & sic accusatori malam rem calumniose facesseret, procurando ei constitutam legibus talionem. D. Hæc satis justificant tuam negationem: putas igitur cum *Panormitano* hic §. *Quæro*, etiam *accusati* conscientiam timore hujus juramenti commovendam esse, ne simul perdat corpus, & animam; *quanto enim quis morti vicinior efficitur, tanto fieri timidior debet.* can. 24. dist. 86. Sed contra est. 1.) Quia periculosa est hæc, ut ipse insinuasti, ad jurandum compulsio ejus, qui est in angustiis. 2.) Accusato licet in capitalibus criminibus, quæ *pœnam mortis* continent, *qualiter qualiter* sanguinem suum redemptum velle. *l. 1. ff. de bon. eor. qui*, & ideo non tantum permissum est ei transigere *l. 18. de transact.*; sed etiam *adversarium corrumpere* l. 1. cit., & sicut ajunt veteres, *mentiri*: ergo & *calumniari.* C. Respondeo ad 1.) retorquendo: ergo nec in *causa civili ardua*, cum agitur de existimatione hominis, vel de majore parte bonorum ejus, cogetur quis jurare de calumnia; nam & homines pro talibus non amittendis pejerant: item, ergo neque deferetur alicui juramentum *expurgationis*, contra tot canones: item, ergo neque reus angariabitur juramento de *veritate dicenda*, contra *Cap. 18. de accusat.* Ad 2.) Nec *corrumpere adversarium* positive licet, nec *mentiri*, ad redimendum suum sanguinem; sed lex cit. dicit, *ignoscendum esse*, *non nocere*; intellige coram judicibus sæculi: ex istis tamen non sequitur, posse accusatum *calumniosis* modis

se defendere. D. Quam optime. C. Hactenus in *theoria* fui, nunc cuperem a te nosse quoad hoc *practicam*. D. Evolvamus J. *Clarum lib. 5. §. pract. crim. quaest. 18. num. 3.* Apud hunc ex antiquis testatur *Bartolus in l. 1. C. h. t. num. 6.*, quod suo aevo *secundum communem usum Italiae* accusator tenebatur jurare tempore, quo offertur libellus, quod accusatio est vera, & quod *non animo calumniandi* hoc faciat. *Suarez in libr. repetit.* fol. 845. num. 16. dicit, quod *stylus Hispaniae* in hoc concordat *cum stylo Italiae*. Hanc etiam dicit esse *communem practicam*, & consuetudinem *Curt. Sen. de jur. calumn. in princ. num. 2.* Sed praedictus J. *Clarus*, praxeos Italicae, & Hispanicae expertus, ait: *Certe hoc apud nos hodie non servatur in practica; prout etiam nunquam se vidisse illud observari, nisi petente adversario*, attestatur *Foller in pract. crim. canon. fol. 50. num. 51.* De *Gallia* testatur *Hericourt in Analysi Decretal. ad. h. t.*, quod in nullo tribunali Gallicano, sive ecclesiastico, sive regio, amplius practicetur hoc juramentum: quod bene fit; docet enim experientia, quam exiguam virtutem retinuerit ad percellendas hominum conscientias, qui de facili sibi formant dictamen practicum favorabile. De nostra *Germania* satis innuit *Specul. Saxon. lib. 3. art. 88.*, simile quid contra calumniam jurasse accusatorem: *facta autem positione alter prius jurare debet, eum facti reum esse, pro quo passus est proscriptionem.* Sed hodie *in criminalibus* eo juramento non utimur, ut ut frequentetur in *civilibus*, in utroque foro. Nam multis in locis proceditur contra malefactores *per viam inquisitionis*, in qua per se cessat hoc jus jurandum ex parte accusatoris. *Reo* autem solemus dissimulare juramentum tam *calumniae*, quam *de veritate dicenda*, quorum postremum ex antiqua praxi hodienum solent ab inquisitis exigere *sancta Sacrae Inquisitionis officia:* Quibus vero in locis contra malefactores proceditur *per viam accusationis*, haec fit *ex officio* per *procuratorem fisci*, qui *de praxi* non jurat propter calumniam; quamvis *de jure* non eximatur ullibi.

47. Demum ex hoc versu colligunt DD. cum *Panormitano*, nomine *clericorum* venire etiam *personas religiosas*, *utriusque sexus*, tametsi clericali tonsura careant: quoniam verbum *clerici*, quod solum est in lege *Marciani*, tam *Henricus*, quam *Honorius*, sic per enumerationem personarum exposuerunt: *non abbas*, *non monachus*, *vel sanctimonialis &c.* D. Hoc verum est, idque non solum in *materia favorabili* privilegiorum clericalium, sicut plerique ponunt regulam; sed etiam in *materia disciplinae clericalis*, quae magis, aut saltem non minus, decet quoscunque religiosos; nam hic non tam agebatur *principaliter* de puncto aliquo *favorabili* privilegii, & immunitatis a jurandi necessitate, velut ex praerogativa dignitatis, quam de *disciplinae christianae* perfectione, prohibente, ne passim, ac saepe jurent clerici; quod probat textus in cap. 26. de jure jur. ibi: *licet ergo debeatis esse viri perfecti, ut, quantum potestis, juramenti vinculum evitetis.* Sed perge nunc ad versum penultimum.

48. C. Ex hoc versu sequitur, quod *Honorius* censuerit, *aliquando* Episcopis, & clericis juramenta permitti posse. D. Profecto; nimirum, *cum necessitas exigit, pro re vera, licita, & honesta possunt secure jurare.* dict. cap. 26. Juramenta quippe sunt de numero eorum, *quæ prohibentur duntaxat ex causa*, non, quia per se mala sunt, sed, *quia, si fiant frequenter, & multum, ex his mala sequuntur*, ut ex vino. *cit. cap.* C. Tunc autem censeo clericis permitti posse, ut jurent, *si expedire ecclesiæ suæ noverint.* cap. 1. h. t. D. Non, sed hæc parenthesis, sive *conditio moderans* referri debet *ad prudentiam Rectorum*, ut judicent, atque dignoscant, an, *si causa ecclesiæ suæ vertatur*, consultum sit, eandem *per se* agere, *non jurando*, an vero *advocato*, seu *defensori ecclesiæ*, commendare, *delegando* ipsi officium jurandi: erat nempe *aliquid periculi* in hac substitutione *alterius personæ*, tum, si hæc minus diligenter, aut minus fideliter litem ecclesiæ curaret, aut, sicut ait *Durandus in Speculo*, si procurator ecclesiæ esset *truffator;* quo suspicionis casu præstaret agere Prælatum; tum, si defensor jurare nollet, prætexens, causam ecclesiæ sibi non videri justam: hinc opus deliberatione. Atque utinam gustarent illud ecclesiarum, ac monasteriorum Prælati, considerantes apud se, *an suis ecclesiis expediat, causas earum omnes, easque sæpe gravissimas, confidi solis suis advocatis?* An magis non præstet, providere, ut sint semper *docti in jure filii de monasterio*, qui, cum ejus exposcit utilitas, forensium suæ domus negotiorum, si non *pullati susceptores, & executores*, saltem *domestici consultores*, seduli *coadjutores*, & cumulativi *intendentes*, quid agant, & qualiter res gerant extranei syndici, *Abbate imperante*, existant; quorum utrumque permittit *can. 35. XVI. q. 1.* C. Audivi aliquoties de hoc discurri: sed quidam de conventibus non capiunt verbum hoc; ajunt enim, studiis juridicis spiritum religiosi nimis dissipari; educari inquietos, & litium domesticarum seminatores; periculum esse Abbatibus ipsis a monacho jurium perito; B. *Gregorii* studium fuisse, a litigiis forensibus monachos submovere, dicendo: *expedit pro parvo incommodo* (salarii, quod dandum est syndico extraneo) *a strepitu causarum servos Dei esse quietos.* cap. un. de Synd. D. Servatis servandis, & selectis ad hoc opus seligendis, nihil erit incommodi, si religiosi applicent se ad studium juris practicum: quot non erant viri pii, ac religiosi, qui juris arti vacabant? Nonne *Regino* Prumiensis, & *Gratianus*, optimæ conversationis monachi fuerunt? Nonne S. *Raymundus* religiosus? Nonne ipsemet S. *Gregorius* M., juris civilis doctissimus, fuit *Benedictinus?* Nonne *Molina*, *Lessius*, *Laymannus* pii, & quieti Jesuitæ? Agere *cellerarium*, *culinarium*, *exceptorem hospitum*, non dissipat spiritum religiosum; studere autem *juri* in solitudine cellæ dissipet? In strepitum causarum, *neglectis officiis regularibus*, se totos effundere, utique Servis Dei, & animabus virorum religiosorum, non expedit; sed istud non intenditur: sint juxta *cit. cap. un.* extranei *Fausti*, qui dicasteria pro monachis adeant; sed & sint monachi, qui sollicite *Faustis* advigilent.

lent. Verum hæc per parenthesin, quoniam textus dedit occasionem, hoc tangendi: perge.

49. C. Vult *Honorius*, Episcopum, per se juraturum, prius *pro consilio* debere accedere *Romanum Pontificem*: hoc *reservatum* est *de novis*: neque enim legas de eo quidquam *in anterioribus decretalibus*; est præterea impracticabile, nisi forte Episcopi *Romæ* sint *viciniores*, ut putat *Goffredus*. D. Erat novum reservatum; quia *mos* quoque *novus* fuisset, ut aliquis *Episcopus* de *calumnia* juraret *in persona propria*, & quidem stans humiliter *coram judice sæculari* sedente: facit ergo majorem difficultatem hic *conditio personæ*, ejusdemque *duplicis*, nempe *judicis laici*, cui juratur, & *Episcopi*, qui jurat. Ob primam conditionem statuit *Can. 22. XXII. q. 5.*, quem Gratianus Concilio *Rhemensi* tribuit, quanquam in nullo eorum sit repertus, ut nullus *ex ecclesiastico ordine* cuiquam laico quidquam *super sacro-sancta Evangelia jurare præsumat*, *sed simpliciter cum veritate*, *& puritate dicat: est*, *est: non*, *non*. Ob *secundam* vero *conditionem* rarissime hoc faciet *Episcopus*: nam aliqui impediuntur a juramento, quia sunt *majoris dignitatis*, quam, quod eos jurare deceat, inquit S. *Thom.* 2. 2. quæst. 89. art. 10. ad 3. & ibid. in ⊙. *Aliud autem est considerandum ex parte hominis*, *cujus dictum juramento confirmatur: non enim indiget dictum hominis confirmatione*, *nisi*, *quia de eo dubitatur: hoc autem derogat dignitati personæ*, *ut dubitetur de veritate eorum*, *quæ dicit: & ideo personis* magnæ dignitatis *non convenit jurare: propter quod dicitur II. q. 5. cap.* Siquis Presbyter, *quod Sacerdotes ex levi causa jurare non debent.* Quo autem rarius *certa quædam indecentes res* fierent, ideo introducta sunt *reservata Papalia*, ut patet in dispensatione super *publicis irregularitatibus*, & *impedimentis matrimonii*, item in *pluralitate beneficiorum* residentialium, & *translatione Episcoporum.* Certe, nisi hoc reservatum esset, breve post tempus Episcopi *passim* jurarent, etiam *coram laicis*, propter plurima, quæ apud ipsos Episcopis instant, negotia. Custodiri autem voluit *Honorius* istud non a solis Episcopis *curiæ vicinis*, sed *ab omnibus*, ad quos scripsit, nempe totius *Occidentis.* Num. 6. In *remotioribus* ipsa difficultas, Romam pro habenda licentia recurrendi, favebit intento Papæ, quod erat, *ut quam rarissime juret Episcopus*; sicut difficultas, quam fecit in simili *Extrav.* ambitiosæ *de reb. eccles. non alien.* int. com., prodest, ne res Ecclesiarum tam facile alienentur.

50. C. *Van-*Espen in *can. 22. XXII. q. 5.* scribit, clausulam Glossæ, *nisi hoc fiat authoritate Papæ*, sapere *falsas decretales*; estne hoc verum? D. Non video: nihil enim est de hoc reservato in *supposititia decretali Cornelii* Papæ: Sed Glossa, per *Gratianum* decepta, adjecit hanc clausulam, ut solveret difficilem canonem *7. II. q. 5.*, sicut probat eius allegatio. Iste Lovaniensis

. aiensis Doctor nimis fuit liberalis in derivando scita canonica ex falsis decretalibus.

51. C. Videtur autem erraſſe hæc *Gloſſa*, dum generaliter requisivit *autoritatem Papæ* ad hoc, ut *quilibet clericus* juret *laico*: nam *cap. 1. h. t.* requirit solummodo, ne hoc fieret *inconſulto Prælato* clerici: D. Hoc recte advertis: ſicut quoque non placet, quod Gloſſa *cit. canonem 22.* reſtringat ſolummodo ad juramentum *expurgationis*, putans, quod, *ſi clericus peteret aliquid coram laico, bene teneretur ibi præſtare juramentum calumniæ*; nam textus ait: *quidquam jurare:* ergo neque, *ſe non calumniari:* item, *ſi eſt aliquid, quod ſibi objiciatur, coram judice eccleſiaſtico expurgetur:* ergo etiam, ſi clerico actori coram ſæculari judice objiciatur *calumnia*, hæc ad ſummum coram *judice eccleſiaſtico* per juramentum calumniæ expurgaretur: Item: coram laico clericus non debet aliud dicere, quam *eſt, eſt, non, non:* quomodo ergo jurabit de calumnia?

52. C. Quis eſt iſte *Prælatus*, quem conſulere prius debet clericus, quam juret? D. Non præciſe *Epiſcopus*, alias, ubi *Honorius* poſuit: *Prælato ſuo*, poſuiſſet: *Epiſcopo ſuo* Arg. *cap. 12. de decim.* Ita plerique cum *Innocentio, Imola, & Butriv.* Igitur conſuletur *immediatus* juraturi clerici, vel monachi, *Superior*; quo nomine etiam venient *Plebani proprie tales*, Arg. *cap. ult. in fin. ne cler. vel monach.* junct. *cap. 1. in fin. eod. in 6.* Et ſic monachus conſulet Abbatem, Abbas, ſi *exemptus* fuerit, Papam; ſi *non exemptus*, Præſidem congregationis ſuæ; ſi non ſit de congregatione aliqua, ſuum Epiſcopum; Canonicus, vel Vicarius Collegiatæ Eccleſiæ ſuum Decanum, Decanus Epiſcopum: Parochus ſuum Archi-Diaconum, ſi hic de conſuetudine habeat illi imperare, ſecus Epiſcopum, ſive ejus Vicarium generalem; Altariſta beneficiatus ſuum plebanum: C. *Sanctimonialis* ergo conſulet ſuam *Abbatiſſam!* D. Poſſet hoc ſubtili ratione videri; quia ſicut in hoc cap. ſub nomine *clerici* venit *Sanctimonialis;* ita quoque ſub nomine *Prælati* veniet *Abbatiſſa:* nam ſub maſculino continetur etiam fœmininum. *l. 1. ff. de V. S. & l. 45. ff. de legat. 2.* Quoniam vero agitur hic *de re graviore, & quæ conſilium fœminæ tranſcendit*; ſic rem fore temperandam exiſtimo, ut Abbatiſſa ſibi adjungat virum gravem ordinis eccleſiaſtici, qui jurium ſit peritus, unaque cum iſto exploret monialis ſuæ conſcientiam, & cauſam; quatenus vel permittat eam jurare, vel inhibeat. C. An clericus conſulens tenetur etiam *ſequi conſilium* ſui Prælati, ſi diſſuaderet hic ipſi juramentum? Sæpe enim canones jubent *exquiri conſilium*, ſine obligatione *ſequendi:* cap. 7. *de arbitr.* Cap. 52. & ibi DD *de elect.* D. Tenetur; cum Prælatus, videns, periculum perjurii, vel ſcandali, aut opprobrii ſuæ eccleſiæ, eſſe ſubexstiturum, poſſit ſub *obedientia canonica, vel regulari*, inhibere juramentum: unde DD. communiter verba illa *inconſulto prælato* intelligunt de *poſitiva* neceſſi-

necessitate praevia licentiae; Et *Baldus* hic tradit bonam regulam: *ubi requiritur consilium* Superioris, *ibi ejus permissio desideratur.* Juramentum tamen, contra voluntatem prælati emissum, valeret; quia subditus peccaret duntaxat *quoad modum.* C. An hæc necessitas licentiæ intelligitur *de omni casu*, quo juratum it clericus, an vero tantum, cum jurare vult *coram judice sæculari?* D. Tanto major erit hæc necessitas, quando *coram judice sæculari*: propter *singularem indecentiam*, quæ comitatur exactionem juramenti a clerico per virum sæcularem, cum tali humiliatione. Multi equidem de antiquis credunt, *Honorium* præcipere consultationem proprii Prælati, tunc demum, quando clericus vult jurare *coram judice sæculari:* sed *menti Honorii* conformius est, eandem licentiam requiri, si vellet clericus *personaliter* jurare coram *judice ecclesiastico* (sive *suo*, sive *non suo*, nihil refert) quia generalis ratio decidendi erat, *ne tam frequenter jurarent clerici*; voluitque Honorius conservare *antiquos canones*, qui non tantum *coram laico*, sed etiam *simpliciter* nolebant, clericos de levi jurare. Nec eoipso, quod a prælato suo acceperit licentiam *litigandi*, clericus absque ulteriore consulto *jurare* poterit; cum sint diversa, *litigare*, & *jurare*, primumque sine secundo explicari queat; alias Ss. Canones dando clericis facultatem *litigandi*, dedissent eo ipso licentiam *jurandi*, quod absurdum esset dicere.

53. C. Quam vero regulam tenebo, *affirmativam*, vel *negativam?* Quidam dicunt, *clericum non posse sine sui prælati licentia jurare*, *nisi authoritatem*, *vel necessitatem jurandi expresse a jure canonico habeat*: alii vero cum *Panormitano* sustinent, *quod*, *justa caussa exigente*, *vel subexistente*, *possit clericus sine Superioris licentia omne juramentum præstare*, *nisi expresse a jure prohibeatur.* D. Noli sentire cum *Panormitano*; neque enim *clericis* juramentum est *de genere permissorum*, ut ipse dicit: sed regula ecclesiastica est, *clericum non debere jurare:* ab hac *exceptio* fit, *nisi*, *cum canon id expresse permittit*, e. g. ut clericus juret Imperatori fidelitatem. *Glossa in cap. 22. XXII. q. 5.* aut, cum canon plane adstringit clericum ad jurandum, e. g. ut se purget super diffamatione: *can. 5. & 16. II. q. 5.* ut Archi-Episcopus ante receptionem Pallii juret Summo Pontifici. *Cap. 4. de elect.* Quotiens igitur relaxandum est aliquid *de regula non jurandi*, hoc vel *canon* aliquis *expressus* faciet, aut *expressa licentia* Superioris ecclesiastici, sub cujus obedientia alias vivit clericus. Sic evitantur prolixæ involutiones, quas hic faciunt antiqui. C. Tenes ergo, quod non solum tunc requiratur licentia Prælati, cum *juramentum calumniæ generale* præstandum esset, sed etiam, *dum quævis alia juramenta*, quæ in jure non permittuntur, vel præcipiuntur *expresse.* D. Ita, hoc teneo, & dico cum *Hostiensi*, hanc constitutionem *large loqui* de quolibet juramento; quia, quod hic de juramento *calumniæ* disponitur, provenit ex *regula prohibitiva generali*, quam nemo, nisi *vel ipse canon*, vel *prælatus*, clerico relaxare potest. Igitur nec sine licentia poterit clericus per

se

se præstare *juramentum malitiæ*, quod vocatur *speciale calumniæ*, nec *suppletorium*, nec *purgatorium simplex*, sive *minus solemne*, nec *judiciale*, nec *voluntarium*.

54. C. Denique dicas mihi, an debeat clericus etiam habere licentiam sui Prælati, si *deleget* officium jurandi idoneo advocato? D. distingue, si deleget, ut supra (*Num. 45.*) eum posse delegare explicavi, nega; quia tunc clericus minime intelligitur jurare, sed alius vice ejus: si vero ita deleget, ut alter juret *in animam delegantis*, concede; quia ipse clericus tunc vere jurat, suamque animam obligat; sicut is, qui per procuratorem contrahit, vere contrahit. *Grannannieto ad h. t. num. 11. in fin.* A. *de Butrio hic num. 28.*, ubi tamen subjungit, hoc non servari; quia una causa, quare non compellitur clericus jurare, est, quia error quidam videtur, videre jurare clericum, quæ causa cesset, si delegetur alius jurans in animam clerici.

55. C. Tandem est versus ultimus: *omnibus autem.* D. Collige ex magnitudine pœnæ quantitatem excessus; siquis clericus *inconsulto prælato suo* juraret, compulsus, vel incompulsus, de calumnia, aut alias, *veniam sibi deinceps noverit denegari.* C. Puto, quod Dominus Papa studiose irremissibilitatem pœnæ apposuerit, ut cleribus haberet eo meliorem excusationem, si urgeretur a judicibus, maxime *sæcularibus*, ad jurandum, dicendo: *libenter vellem, sed punirer a Domino Papa, si jurarem, sine venia:* & sic non poterant judices eos efficere pœna nolentium jurare de calumnia: *cum enim non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.* R. J. 66. in 6. D. Potest esse: neque enim ego credo, quod ipsi clerici valde proclives fuerint ad jurandum de calumnia, ut *propter eos coërcendos* hæc clausula pœnalis debuerit adjici: ergo *propter judices* videtur adjecta esse; ne posthac compellerent illos, quibus, nequidem volentibus, licet jurare absque licentia. C. Sed quomodo punirentur transgressores? D. Pœna non exprimitur, neque hic, neque alibi in canonibus: itaque *arbitria Papæ* reservatur: Episcopus potuisset puniri interdicto ingressus in Ecclesiam: Abbas suspensione ab administratione: clericus suspensione ab ordine, aut ab officio, & beneficio, secundum ordinarias regulas de quantitate pœnarum.



III.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER U. J. D. &c.

REPETITIO DISCURSIVA

AD CAP. I. DE JURAMENTO CALUMNIAE

PARS POSTERIOR

CONTINENS DISPUTATIONEM.

Treviris. 1762.

P*roposui in almo hoc Auditorio ad diem 30. Aug. 1758. pro methodo nova, eaque facili, repetendi capitula*, discursum critico-theticum *in* cap. 1. *ii* de juram. cal., *appromittens tunc quoque* partem polemicam, *sive* objectionum *in forma scholastica* resolutionem, *sicut in* examine rigoroso *moris est apud nos: hac fide nunc me libero. Sunt autem illarum objectionum, aliæ* præter punctum capituli, *aliæ vero* de puncto: *illas primum, dein posteriores, movebo.*

§. I.

Disputatur extra punctum capituli de potestate Imperatoris legislativa in hac materia.

1. *Doctor.* Ars nostra juris disputando, ut cœteræ, perficitur: tentabo nunc, an firmiter possideas tua principia, antehac *thetice* explicata. *Oppono* igitur 1. *præliminariter*, & *præter punctum* nostri capituli sic. *Honorius* Papa hac sua decretali recognovit D. *Marciano* Imper. potestatem legislativam *quoad Clericos;* atqui hoc est contra *can. 1. dist. 96.*, & *cap. 10. de const.*; si enim *laicus*, quantumvis *religiosus*, id est, bene erga Sacra, & Sacerdotes affectus, aliquid *authoritative* disponat in *rebus ecclesiasticis*, istud eo ipso non tenet: unde potius *oblivione*, quam *memoria*, digna fuerat *Marciani* constitutio. *Candidatus.* Distinguo majorem: Papa recognovit Imperatori potestatem legislativam *quoad*

Cleri-

Clericos, id eſt, exercitam *circa* Clericos, tanquam *materiam* legis C. exercitum *in* Clericos, tanquam *ſubjectum* legis N. Imperator tulit hanc legem (nempe *l. 25. §. 1. C. de Epiſc. & Cler.*) non *Clericis*, ne audeant jurare, ſed *ſæcularibus judicibus*, ne Clericos, lite pulſatos, compellerent, ad præſtandam *ſub juramento* cautionem; in quo ſecutus eſt ſacros canones.

2. D. *Contra eſt*: in Clericos, tanquam *ſubjectum legis*, recognovit Honorius *Marciano* poteſtatem legislativam: *quod probo:* ait ipſe Honorius: *legibus comperimus eſſe cautum, ut nullus Clericus jurare præſumat :* hoc certe eſt *legibus prohibere Clericis juramenta.* Ergo Clerici erant, non tantum *objectum*, ſed etiam *ſubjectum*, legum prohibentium. *Confirmatur* ex ulterioribus verbis hujus textus: *Illud conſtitutionis edictum, ubi Clerici jurare prohibentur:* item: *& divi Marci conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium Eccleſiarum Clericos generaliter pertinere judicetur:* ergo voluit Honorius Imperiali conſtitutioni ſubeſſe omnes Clericos C. Explico τὸ *comperimus*, id eſt, relatum nobis eſt, hoc eſſe legibus cautum C. reipſa legibus cautum fuit N. nam l 25. §. 1. C. *De Epiſcop.* non dicit Clericis: *nullus veſtrum jurare præſumat*, ſed ſolum Præfecto prætorio: *cautioni Clericorum nullum inſertum ſit juramentum;* quoniam *Eccleſiaſticis regulis, & Canone ſuo Clerici jurare prohibentur:* non fecit ergo Marcianus in hoc legem Clericis, ſed *factam a Patribus* ſuppoſuit, eandemque a judicibus ſæcularibus in reverentia habere voluit. *Ad confirmationem* reſpondeo, hæc verba contineri *in parte narrativa* capituli, non in *diſpoſitiva*, quæ modo incipit a verbis: *ejus itaque*, & ſunt verba *Legisperitorum*, volentium, clericos ſub pœna rejiciendæ actionis compellendos eſſe ad juramentum calumniæ præſtandum, ſicut compelluntur laici. Ad poſtremum paſſum dico, hæc eſſe verba Honorii, quin tamen Papa agnoſcat, per conſtitutionem Marciani *Clericos* prohiberi jurare; ſed tantum *ſæculares judices*, ne ab ullo Clerico exigant juratam cautionem.

3. D. *Contra eſt* 2. Ita recognovit in parte narrativa Honorius, lege *Marciani* cautum eſſe, ut nullus Clericus jurare præſumat, ſicut recognovit, ſcriptum eſſe in lege *Juſtiniani*, ut omnes principales perſonæ ſubeant juramentum calumniæ; atqui *ſecundum* recognovit ut verum: ergo & *primum*. C. ant. N. nam *quoad primum* dixit: *cautum eſſe comperimus:* & *quoad ſecundum* dixit: *alibi vero reperitur ſcriptum.* Vid. *Diſcurſ. thet. num 30.* Et licet invenerim in aliquo codice MSto Sancti Maximini, qui eſt ſine gloſſis, *reperimus*, lapſum tamen calami cenſeo, quia ibidem duo alii codices MSti, cum noſtris *tribus*, & impreſſis omnibus, legunt: comperimus.

4. D. *Contra est.* 3. Marcianus revera cavit lege, ne Clericus juraret: sicut enim in l. cit. jubens ait: *Clericus lite pulsatus det executori cautionem suam;* ita quoque cum authoritate ordinavit: *cui nullum tamen insertum erit jusjurandum*, vetans, ne Clericus suæ cautioni inserat juramentum: ergo legibus cautum est, ne Clericus jurare præsumat. C. In priore lex loquitur *personaliter*, in posteriore *impersonaliter*, ut referri possit *ad executorem*, ne *compellat* clericum inserere suæ cautioni juramentum: Clericis enim hoc prohibere supervacaneum fuisset, cum absque eo per sacros Canones jam esset prohibitum, & ne laicus quidem præstet cautionem juratoriam, nisi coactus. Deinde *Honorius* vixit liberiora immunitatis clericalis tempora, quam quæ fuerant *imperante Marciano*: unde non recognovit legem illam, nisi *quoad passum Clero utilem*; cœtera, suo ævo *antiquata*, reliquit.

5. D. *Oppono 2.* Decisionem *Henrici II.* Imperatoris plane non debuisset corroborare Honorius: *Probo*: Imperatoris, jus in sacra, & sacerdotes absolute affectantis, decisiones in controversiis quoad Clericos motis non debet corroborare Papa; ne videatur hoc illi recognoscere. Sed Henricus II. absolute affectavit *jus in sacra, & sacerdotes:* ergo: *minorem probo*: nam iste Henricus tres Papas deposuit, & quatuor constituit, libertate electionis canonicæ sublata: vid. HAHN *in Henrico III. §. 10.* & STRUV. *in eodem §. 4. & 5.*, ubi copiosa testimonia: idem Henricus proposuit *edictum omni imperio suo*, ut nullus gradus clericorum, vel ministerium ecclesiasticum pretio aliquo conquireretur; ac, si quis dare, aut accipere præsumeret, omni honore destitutus, anathemate multaretur. *Glaber Rudolphus lib. 5. cap. 5.* C. Equidem ad hoc ex præparato respondere non possum; ex his tamen, quæ citati Protestantes historici proposuerunt, testimoniis, videre est, quod *Henricus* in dispositione Paparum, & edicto *contra Simoniacos* processerit *synodaliter*, ita, ut contra tales *canonica*, & *imperialis censura*, sicut loquitur *Sigebertus* ad an. 1046., se armaverit, gladiusque gladium adjuverit. Designationes Paparum fecit *de consensu Romanæ Ecclesiæ*, sicut habet *Otto Frisingensis lib. 6. cap. 32.* de CLEMENTE II. LEO IX., antea Episcopus Tullensis, noluit esse Papa, nisi *de communi consensu* totius Cleri & populi Romani, *Wibertus* in ejus vita lib. 2. cap. 2. ad an. 1049. *Leo Ostiensis lib. 2. cap. 81.* Dederunt autem Henrico propter miserrima illa tempora Romani cum Patriciatu *principatum* in electione Pontificis, jurantes, sine ejus consensu nunquam se Papam electuros. *Advocatus regius apud Petr. Damiani in disceptat. synod.* ALBERIC. ad an. 1046 Talia non important affectatum jus in sacra, & sacerdotes, sed *defensionem Ecclesiæ Romanæ* contra invasores ad desiderium Cleri, & populi, nec non executionem SS. Canonum in Simoniacos. In constitutione hac nova Henrici autem similiter nihil apparet, quam *custodia, & executio SS. Canonum*, volentium, ne Clerici compellantur jurare coram laico.

6. D.

6. D. *Contra est.* 1. In hac ipsa constitutione est affectatio potestatis legislativæ *in Clerum.* C. Nego, & dico, tam parum esse, quam in nova constitutione *Friderici*, qua vetuit clericos trahi ad judicia sæcularia contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. *Auth.* Statuimus *C. de Episc. D. probo* autem: *Henricus* dixit absolute: *Quoniam legibus cautum est, ut nullus Clericus jurare præsumat*: ergo affectavit, tanquam hoc possit legibus caveri. C. cum sit evidens omni legenti, hæc verba in nulla lege civili dispositive contineri, non potuit *Henricus* sensisse, quod vult objectio: dico itaque, Henricum uti nomine plurali *legum*, ut innuat *utramque legem, divinam, & humanam.* Arg. verborum aliorum infra: *utriusque legis, divinæ, & humanæ intentione servata.* Sacri Canones autem præcesserunt, *ut lex divina*, directe hoc prohibendo Clericis, secuta est *lex humana* Marciani, in conformitatem canonum nolendo, *ut cautioni Clericorum insertum esset juramentum*; & quia in hac lege fiebat expressa mentio Ecclesiasticarum Regularum, & Canonis beatissimorum Episcoporum, ideo, & propter hoc, quod *Canonis memoria* conservata fuerit per legem civilem, *suo modo* dicere potuit Henricus: *legibus cautum est*; quanquam proprie loquendo *sola lege divina*, id est, *ecclesiastica*, cautum esset. D. Omnibus, & subtilibus modis te vix extricare; sed

7. *Contra est* 2. Affectavit Henricus, quod est *summi Pontificis*, quod probo: *graviores quæstiones* terminare est summi Pontificis. Sed terminavit Imperator 77. annis ante summum Pontificem: Ergo affectavit, quod erat summi Pontificis. C. distinguo majorem: est summi Pontificis, semper *privative*, ut alius supremus Princeps excludatur N. aliquando cumulative. C Hæc quæstio erat aliquo modo *mixti fori, & interpretationis: Legistæ* enim poterant recurrere ad *Imperatorem* pro habenda decisione, si *a Clerico actore in judiciis civilibus* peteretur juramentum calumniæ, & Episcopi ad *Papam.* Et sic neutra potestas affectavit aliquid *extra suam sphæram*; Imo ipsi quoque Legistæ poterant, præterito Imperatore, immediate adire Dominum Papam; quoniam agebatur de *Clericis, & custodia SS. Canonum.* Contra hoc ultimum

8. D. *Est* 3. Agebatur de interpretatione *l. 2. C. h. t.*, quam condidit *Imperator*: Ergo Legistæ debuerunt pro ejus interpretatione adire Imperatorem: *Siquid* enim *in legibus imperialibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id* ab Imperatoria interpretatione *patefieri.* l. 9. C. de LL.; nam, si *leges condere* soli Imperatori concessum est, & *leges interpretari* solo dignum imperio esse oportet *l. fin. C. eod.*; ergo non potuit, *præterito* Imperatore, adiri Papa. C. *Dist. Ant.* Agebatur de interpretatione legis imperialis quoad *solam materiam, & objectum legis* N. magis quoad *subjectum legis*, an scilicet sub ea comprehenderentur etiam Clerici actores? C. hoc autem casu, cum in periculo esset tam

Clericorum immunitas, quam *SS. Canonum sanctio*, adiri potuit immediate Dominus Papa; quia Canones custodire, & immunitatem Cleri vindicare, ad nullam magis sedem pertinet, quam ad primam, *can. 1. xxv. q. 1.* & tendit ad reatum Papæ, si paternarum regulæ sanctionum, ipso consentiente, vel negligente, violentur. *Can. 2. xxv. q. 2.*

9. D. *Contra* eo ipso est 4.) ut redeamus ad priorem instantiam: agebatur *de subjugando Clero* in servitutem *legis 2. C. h. t.*, atqui hujus causæ decisio non pertinuit ad Imperatorem. *Arg. can. 3. 5. 6. dist. 10.* Ergo verum manet, quod dixi, *Henricum affectasse*, quod ad se non pertinebat. C. dist. min.: non pertinuit ad Imperatorem, ut decideret *affirmative*, clerum fore subjugandum C. ut decideret *negative*, non esse subjugandum. N. Potuit *Henricus* condere legem, sicut in alia quæstione *Marcianus* condidit, *clericos non debere jurare de calumnia:* ergo etiam potuit *decidere*, quod lex 2. *C. h. t.* non capiat Clerum. Quemadmodum vero non potuit *condere* legem, ut Clerici jurarent de calumnia; ita neque *in partem affirmantem* sua decisione inclinare.

10. D. *Contra est 5. & infero:* Ergo Henricus *tantum in negativam partem* potuit hanc quæstionem decidere! C. *Concedo.* D Ergo eo ipso non erat adeundus pro decisione: negabis; sed *probo:* ideo non potuit *affirmative* decidere; quia ipse non erat Potestas Clero superior: atqui eo ipso, quod non erat Potestas Clero superior, non erat adeundus in quæstione tangente Clerum: Ergo. C. *Dist. min.:* Non erat adeundus ab his, qui prætendebant *affirmativam* decisionem C. ab aliis, qui tenebant *negativam* N Videntur autem Episcopi, & alii de Clero Prælati, supplicasse Imperatori, ut pro immunitate Cleri constitutionem faceret, qua prohiberentur *sæculares judices* compellere Clericos ad jurandum de calumnia, & impetrasse sibi favorabilem.

11. D. *Contra est, & insto 6.* Non debuit adiri *a tenentibus negativam* ille Legislator, cui causæ decisionem submittere erat *periculosum Clero:* sed Imperatori hujus causæ decisionem submittere erat periculosum Clero: Ergo. *min. prob.:* quoniam *pars affirmativam urgens* potuisset persuadere Henrico, ut decideret *contra Clerum.* C. Non erat periculum *propter authoritatem Episcoporum*, qui erant in comitatu, & de consilio Henrici, atque de suo ordine habebant apud ipsum *Cancellarium*: procul enim dubio isti Ecclesiastici viri providebant, ne Imperator decideret contra Canones, lege suffultos, atque hoc modo committeretur cum Domino Papa in conflictum, &, si decidisset *contra Clerum* Imperator, nihil egisset; si *pro Clero*, utile fuerat: idcirco nihil in hac aditione suberat periculi; præsertim, cum fundamenta negantium tam essent fortia, ut in contradictorio non potuerint non pervincere.

12. D.

12. D. *Contra est 7.* Henrici decisio fuit *periculosa sacris canonibus:* Ergo lutio non tenet. *Probo A.* Henrici decisio fuit *moderanda* ab Honorio per *tas clausulas:* 1.) ut delegarent Clerici officium jurandi *tunc demum* advocatis; *Ecclesiis suis expedire noverint.* 2.) Ut nullus Episcopus, *inconsulto summo ntifice*, nullus Clericus *inconsulto Prælato suo*, juraret: & hoc propterea, iia, *Henricus* videbatur Clericis nimium reliquisse arbitrium, *an vellent per se rare, an alios delegare:* ex eo enim, quod dixit: *non compellatur, sed liceat de-gare*, infertur, *non teneri* eum delegare, sed *posse* personaliter jurare, id quod luit indifferens fore Honorius, proindeque moderatus est, sollicite restrin-ndo Clericorum arbitrium, ne contra sacros Canones facile, ac passim jura-nt ipsi, maxime *coram judice laico:* igitur, cum has moderationes restrictivas miserit Henricus, periculosa fuit ejus decisio sacris canonibus, utpote qui fre-ientatis Clericorum juramentis vulnerari potuissent valde. C. Henricus nihil ibebat decidendum, nisi *quæstionem juris*, nempe, quod judices sæculares non berent *cogere* Clericos ad jurandum; *quæstionem moris*, & disciplinæ Clericalis item reliquit *in terminis juris Canonici*, & *provisioni papali*, si qua porro opus set: ex eo tamen motivo decidit, non cogendos fore Clericos, *quod in non-llis Patrum Canonibus reperiatur, ut Clerici omnino jurare non audeant:* quare n sequitur: *noluit compelli: ergo dedit eis libertatem jurandi;* nam contraria it illatio Henrici hæc, inverso modo: *non habent libertatem jurandi: ergo non beat compelli:* hos Canones ergo cum scirent Clerici, male conclusissent, ut um argumentum supra: & sic decisio Henrici non erat periculosa sacris nonibus.

13. *Contra est 8.* Hic agebatur de interpretanda *lege Dei*; an, & quali-r nempe discipuli Christi *jurare possent*, aut *quando deberent;* sed hæc inter-retatio conveniebat *soli Christi Vicario*, neutiquam *Imperatori;* hic enim non t *supra legem Dei*, sed *subtus*. Can. 1. dist. 10. Nec est ille, quem Deus con-li voluit in dubio suæ legis. *Cap. 13. Qui filii.* Ergo Henricus affectavit ali-uid, ad se non pertinens. *Confirmatur:* vel enim Imperator *seorsim*, ac *sine pali decisione*, potuit huic quæstioni *completam*, atque *plenariam* diffinitionem ddere, vel non potuit? Non dices, potuisse; ergo nihil *divisim* decidere buerat, sed vel *conjunctim* cum Papa, interprete unico divinæ legis, vel cau-m ad eum *simpliciter* pro decisione promovendo. C. Ad hæc omnia breviter co, quod Henricus in hac materia, *in quantum illa genus moris concernebat*, que dederit, neque dare potuerit decisionem *finalem*, ac *plenariam* regulam, *ando, & qualiter Clerici possent jurare;* propter quod ejus decisioni imper-ctæ, utpote quæ in *sola compulsionis prohibitione* quievit, Honorius ple-ore determinatione subvenit.

14. D.

14. D. Contra eſt demum 9. Henricus affectavit aliquid ordinare de *ipſis judiciis eccleſiaſticis*: ait enim: in cauſa quacunque, ſive *criminali*, ſive *civili*: profecto Clerici non agunt *criminales* cauſas coram judicibus *ſæcularibus*, ſed coram *eccleſiaſticis*: ergo determinavit Imperator, quod *judices eccleſiaſtici* non præſumerent exigere juramentum a Clericis. Sed hoc erat abuſivum: ergo. C. Reſponderi poteſt 1.) Sæculo XI. omnimodum *fori clericalis* privilegium nondum fuiſſe in claris terminis, & obſervantia, donec tandem Clerus a *Friderico II.* Imp. obtinuerit pleniſſimum exemptionis jus in Auth. *Statuimus* C. de Epiſcop. Nam antea ſub *Marciano* poterat laicus actor convenire Clericum, præterita Epiſcopali audientia, coram Præfecto prætorio *l. 25. princ. C. eod.*; ſub *Juſtiniano* crimen Clerici *eccleſiaſticum*, e. g. Simonia, examinabatur coram Epiſcopo, *civile* autem, e. g. homicidium, præſide *civili*, id eſt, ſæculari *judice*: Auth. *Clericus*. C. eod. ſicut hodienum practicatur in Gallia: itaque ex prædictis verbis *Henrici* non ſequitur, quod aliquid *pro judiciis eccleſiaſticis* ordinaverit; quia Clerici in criminali cauſa eo tempore adhuc ſæpe trahebantur ad judices ſæculares, cui malo finem fecit *Fridericus II.*, ut dixi. ℞ 2.) Poterant tunc, poſſunt etiam nunc, Clerici laicos aliquando accuſare *criminaliter* coram judicibus ſæcularibus, ut puta his in caſibus, ubi non incurrerent *irregularitatem*, etiamſi *vindicta publica*, e. g. mulcta fiſcalis, confiſcatio bonorum, re- vel degradatio ab honoribus, infamia, recluſio in domum diſciplinarem, expoſitio ad nummellas, relegatio, damnatio ad opus publicum, vel triremes, carcer, fuſtigatio, accuſatis adveniret, dumne perveniatur ad *mortem naturalem*, vel *membri mutilationem*. ℞ 3.) In hac conſtitutione includuntur quicunque Monachi, ſive religioſi, etiamſi non ſint Clerici: e. g. Milites olim *Templarii*, hodie S. Joannis *Militenſes*, & *Hoſpitalarii* de inclyto ordine teutonico; quin & *mulieres religioſæ*: iſtæ perſonæ non habent curare, ſi interveniant accuſando, teſtificando, judicando, in cauſa ſanguinis.

15. D. *Inſtauro*: Henricus ordinavit pro caſibus, ubi *civiliter*, vel *criminaliter* convenirentur Clerici *ut rei*: ergo non ubi convenirent *ut Actores*. Antecedens ſic *probo*: ordinavit pro caſibus, ubi Clerici habeant *defenſores*; ſed *tantum rei* proprie dicuntur habere *defenſores*: ergo. C Hoc ſolvo ex nova conſtitutione, in qua Henricus utitur verbo: *Advocatis*, quos tam actor, quam reus, habet. Unde *gloſſa* hic ad verbum: *defenſoribus* intelligit *ſyndicos*, *actores*, & *procuratores*, licet diverſa ſint nomina.

16. D. *Oppono 3.* Honorius hic receſſit a favore, Clericis per leges quæſito: ergo hac ſua decretali male conſuluit Clero. *Antecedens probo*. Marcianus noluit *unquam* Clericos jurare, Honorius *aliquando*, videlicet, *ſi eis*, *conſulto Prælato ſuo*, *ita videbitur*: ergo. C. diſt. ant. Nunquam voluit *nolentes*

tes Clericos jurare. C. volentes *ex causa*, *a Superiore approbata N.* Debuit onorius aliquando cum hac cautela permittere juramentum Clericis; quia non prohibitum jurare unquam, & necessitas postulare hic aut nunc poterat, ut Clerici *personaliter* jurarent.

17. D. *Contra est 1.* Marcianus provocavit ad canonem: per hunc vero iquam licet Clerico jurare: huic enim antiquissimo canoni adhuc anno 895. te inhærens Concilium *Triburiense* voluit in casu, quo *laicus* jurabit, pres- erum *vice juramenti per sanctam consecrationem* (id est, sub honore suo pres- erali) *interrogari*, addens rationem, *manus enim*, *per quam corpus*, *& san- Christi conficitur*, *juramento polluetur?* Can. 4. II q. 5. C. *nego minor.* Ad bationem dico, quod *Triburiense* Concilium hoc non velit propter antece- tia: *Sacerdotes ex levi causa jurare non debent*: unde in ordinariis, & mino- momenti processibus jurabant *per sanctam consecrationem*: Quoad *pollutionem us* sacerdotalis per juramentum, distinguo, si juretur *ex levi causa* C. *si ex i* N. D. Hæc explicatio canonis Triburiensis *Joanni de Turrecremata* magis et, quam illa *Hugonis*, *Laurentii*, & *Archidiaconi*, dicentium, *quod opinio arium* esset, tactu juratorio Evangelii, aut sacrarum Reliquiarum, quasi ui manum sacerdotis; quanquam recte subjungat *Archidiaconus*, olim sacer- s tam fuisse sanctos, ut simplici eorum assertioni: *est*, *est*, *non*, *non*, cre- tur: & sic maculari illius sacerdotis fidem, ac sanctitatem apud homines, sine juramento credi non vult. Sed

18. *Contra est 2.* Vi privilegii, quod Clero dedit *Marcianus*, semper rant *coram sæcularibus judicibus* Clerici declinare juramentum: Canon eccle- icus autem vult, ac præcipit clericis, quod *semper* ibi declinare *debeant* su- sacro sancta Evangelia jurare; sed, siquidem jurandum sit, id fiat *coram copi*, in cujus territorio est: *Can. 22. XXII. q. 5.* Jam vero Honorius per- t, ut clericus, *consulto prælato suo*, juret etiam *coram judice laico*: de hoc i casu processit nova constitutio *Henrici*, quam corroboravit *Honorius* sub a moderatione: ergo Honorius remisit de clericali privilegio, & vulnera- canonem, qui in omni casu poterat custodiri. C. Respondet 1. *Glossa* pro- verbum: *expurgetur*, canonem cit. loqui de *juramento expurgationis* nun- n faciendo *coram laico*; quia hoc fit cum *solemnitate* compurgatorum multi- s manus de eodem ordine, quam non decet institui coram sæcularibus; vero de *juramento calumniæ*, quod unus clericus solus præstat; sed quoniam hæc solutio in priore discursu num. 58. non placuit, & ipsamet Glossa hic tenet firmum pedem, statim subjungendo: *vel dic*, *quod sine licentia Episco- Rum debet facere juramentum laico.* Hinc respondeo 2. Videtur quidem *Ho- s* eatenus cessisse tempori, quod semper in pejus labitur, ut possent *in casu*

 raro,

raro, si circumstantiæ rerum sic poscerent, clerici, *etiam coram laico*, se pro demonstranda illi plena fiducia causæ, bonaque in litigando conscientia, offerre *ad juramentum calumniæ*, sed contingentiam casus valde reddidit difficilem, ac raram, ordinando, ut Episcopus non aliter, quam de licentia summi Pontificis, *Clericus inferior Episcopo* non aliter, quam de licentia sui Prælati, hoc auderet.

19. D. *Contra est 3.* Marcianus *simpliciter* exemit Clericum a debito jurandi: *Honorius*, secutus decisionem Henrici, subjugavit Clerum *alternativæ* obligationi, *aut per seipsum*, *aut per substitutum* advocatum, jurandi de calumnia: ergo diminuit Clero suum privilegium exemptionis. *Instauratur:* Vel debebat Clerus satisfacere legi Justinianæ 2. *C. h. t.*, vel non debebat? Non dices primum: si vero secundum, modus ille adinventitius, satisfaciendi per substitutum, erat *superfluus;* cum neque sic legi satisfaceret, utpote quæ *per substitutum* jurari noluit. §. 3. & 5. C. Nec *Henricus*, nec *Honorius*, obligationem *alternativam* Clero imposuerunt; nam uterque simpliciter dicit, *totum clericalem Ordinem a juramento calumniæ præstando esse immunem:* qui vero *immunis* est, is non tenetur aliquem vice sui ad aliquod munus delegare, sicut per legem Marciani clericus cavens executori non debebat facere, ut juramentum *alterius a se delegati* inesset cautioni suæ. Itaque *utraque pars alternativa* stabat *in arbitrio Clerici*, sic, ut neutram præstare teneretur: hoc manifestatur *ex verbis dubii* comparatis cum *verbis decisionis;* dubium dixit: *utrum clericus juramentum præstare NB. debeat*, *aut alii hoc officium delegare*, sub uno verbo *debeat*: econtra decisio utitur duobus verbis, *non compellatur*, & *liceat*; utrumque vero tollit debitum, & contradicit verbo: *debeat*, quasi dixissent legislatores: *neutrum debet*, *delegare licet*, *si velit.* Ad instaurationem argumenti dico, non debuisse Clerum satisfacere *l. 2. C. h. t.*, nec *penitus* satisfecisse delegando, *aliquo* tamen *modo*, faciens, quantum ei per canones non erat prohibitum: qui modus quidem erat *supererogatorius*, minime tamen *superfluus:* quandoquidem satis tuta fuerit pars adversa, si *defensores* clericorum jurassent capitula juramenti calumniæ; ab his enim, tanquam viris laicis, major potuit esse metus calumniosæ actionis, quam a clericis, quos ob religionis professionem quam longissime ab injustis litigiis, & illicitis in judicio actibus, abesse, putandum erat, neque decebat in calumniæ suspicionem vocari.

§. II.

Disputatur super recta constitutione Casus brevis *hujus capit.*

20. D. Satisfecisti, domine Candidate, objectionibus, quæ moveri poterant *circa punctum capituli:* restat nunc disputare *super puncto capituli.* Constitue

ftitue mihi iftud, dicendo *cafum brevem.* C. Confiftit hic tribus propofitionibus iftis:

1.) Clericus *in caufa Ecclefiæ fuæ* juramentum calumniæ poteft alteri committere; &

2.) *Per fe* jurare non cogitur.

3.) Nec debet, *fine Superioris licentia.*

Ita *Summarium* in impreffis.

21. D. Tres propofitiones, uti jacent, non funt bonæ: *prima* propter verba reftringentia: *in caufa ecclefia fua:* hoc enim textus non dicit: *fecunda* propter omiffionem, quam mox fupplebo: *tertia* propter nimis generale verbum *Superioris:* nam Epifcopi Superior eft *Metropolitanus*, & tamen non fufficit licentia Metropolitani ad hoc, ut juret *Epifcopus.* C. Nimis mihi videris effe fcrupulofus. D. In ftatuendo *puncto alicujus capituli* oportet doctorem fere atque ad fcrupulos effe exactum: nam unicum verbum abundans, aut deficiens, facit, quominus thema capituli habeat fuam *acribiam*, five *præcifam conftitutionem.* Sic igitur ftatue *cafum brevem* accurate.

1.) Clericus, *ubicunque*, & in *quacunque* caufa, five *criminali*, five *civili*, litigans, non cogitur *per fe* jurare;

2.) Sed licet ei, hoc officium *fuo defenfori* delegare, dummodo, fi caufa vertatur fuæ Ecclefiæ, noverit, hoc ei expedire, ut defenforem conftituat.

3.) Non licet *Epifcopo* jurare absque licentia fummi Pontificis, nec *clerico* absque licentia fui Prælati.

22. Quid nunc habes contra hæc tria membra *cafus brevis*? C. Maneo *in meo cafu brevi*, quod hoc capitulum tantum liberet clericum *perfonali* præftatione juramenti calumniæ tunc, quando in lite eft *pro fua ecclefia*: nam fi *pro fuo particulari peculio*, five *patrimonio*, fit ei lis, tenebitur *per fe* jurare. D. Unde probas, quæfo, hanc tuam diftinctionem *reftrictivam*? C. Probo 1.) ex verbis textus: *fi Ecclefia fua expedire noverint.* 2.) Quia cœteroqui iftud capitulum combinari non poffet cum fequenti *Cap. 5. h. t.*; nam ibi, quia non vertebatur *caufa Ecclefiarum*, fed *privata* fidejuffionis, ambo litigantes Clerici juffi fuerunt jurare de calumnia. D. ad 1.) Verba illa non te folum, fed plerofque in deviam a mente hujus capituli femitam feduxerunt: fed lege Domnum Böckhn *ad hunc tit. num. 5.* nempe, non reftringitur *immunitas* a jure jurando *perfonali*, fed *facultas conftituendi advocatum*, & ipfius confcientiæ committendi æftimationem juftitiæ caufarum, quas habent Ecclefiæ: poffet enim ex mala conceptione dicere: *non audeo jurare*, & fic Ecclefiæ noceret: quapropter iftud

§. III.

Oppugnatur ipsum punctum Capituli.

25. Oppono itaque posito *casui brevi* hoc Thema contrarium:

Clericus, ubicunque, & in quacunque causa litigans, cogi debet, ut per se juret propter calumniam.

Hoc probo *Argum. 1.* Si Clericus litiget coram judice *seculari*, tunc *quoad formalia processus* subest legi ejusdem civili; quia *propter quasi-contractum litis contestatæ* censetur actor forensis aliquo modo esse *de illius loci foro*, & jurisdictione. Sed lex civilis *quoad formalia processus* exigit, ut personæ principales *per se* ipsas jurent propter calumniam: ergo & Clericus. C. *Distinguo majorem:* subest legi civili quoad formalia processus, in quantum hæc nihil continet, quod esset *contra conscientiam Clerici.* C. Siquid contineret contra conscientiam Clerici N. jurare autem judici *laico* est contra Clerici conscientiam; quia ei prohibitum est per sacros canones.

27. D. *Contra est* 1. Non est contra conscientiam Clerici, jurare judici laico: *probo.* Si esset, ergo vel ideo, *quia juraret*; vel ideo, *quia laico:* neutrum: ergo. Non, *quia juraret*; quia jurare non est res mala. Discurs. prior. *num.* 44. Non etiam, *quia laico*: nam & *S. Gregorius* M. præceperat, ut *Mennas* Episcopus coram *Brunichilda* Regina, junctis sibi duobus sacerdotibus, *pro arbitrio Reginæ*, expurgaret se juramento. *Can. 7. II. q. 5.* C. Dico, Clericum acturum esse contra suam conscientiam *duplici reatu*, tam, *quia juraret*, tam, *quia laico* juraret. *Ad probat. 1mæ partis* ℟. Juramentum non est res Clerico mala *intrinsece C. Extrinsece* N. Vid c t num. 44. Ad *probat. 2dæ part.* non possum me juvare aliter, quam recurrendo *ad plenitudinem potestatis* papalis. D. *Glossa* tibi mox reponeret: fuit tamen hic *nimium papaliter* dispensatum, *quod Episcopus, expurgatus coram Papa, cogitur adhuc* coram muliercula *se expurgare.* Sed juva te ex *subjuncta correctione Romana*, qua teste nunquam Romani Pontifices hujusmodi causam mulieribus leguntur commisisse; nec tale quid legitur *in fonte* apud S. Gregorium, qui est *libri II. Epist. 8.*, ut statim hic videre potes: C. Ita me Deus amet! non est *in fonte*, quod allegat *Gratianus:* erravit igitur errorem hic gravissimum; sed non capio, qui vir ille tam potuerit esse insolers? D. Nec ego capio: usus tamen est Gratianus *Ivone*, qui hunc passum, Brunichildæ male applicatum, citat ex epistola *Alexandri II.* ad *Raynaldum*, Cumanum Episcopum, ita, ut delendus sit prorsus ex *cit. Can. 7.*, & transponendus in posteriorem *Can. 11. II. q. 5.*, qui non de *Menna*, sed de *Guillan-*

llando presbytero est, cujus expurgationem canonicam arbitrio *Rajnaldi* misit B. *Gregorius*.

28. D. Contra est 2. Nolle *prorsus jurare* est *tenuis religio*; nolle coram ice *laico* jurare, *superbia*: ergo Clericus non poterit declinare his prætextis juramentum calumniæ: *Probatur* prima pars ex *cap.* 18. *de Simon.*, quod probat *leges humanas*, dicentes, quod quidam *tenui religione* sacramenta *necessaria*, & *legitima* exhibere contemnunt, *tenuem religionem* vocantes, *quæ in bus hæsitat*, *ubi non est aliquatenus hæsitandum.* Add. *l.* 21. *in fin. C. de fid. Ir.* ubi: quidam subtili reverentia tenti nec verum sacramentum præstare timuntur. *l.* 8. *princ. ff. de condit. instit.* ubi: *alii sunt adjurandum perquam timimenta divini Numinis usque ad superstitionem.* Jam vero juramentum calumniæ legis dispositione est sacramentum *necessarium*, & *legitimum*; ergo nolle illud præstare, cum quis vere credit, se juste litigare, est tenuis religio, seu perstitio. *Prob. etiam altera pars.* Nolle jurare *coram suo Superiore* est superbia; sed judex laicus est in ea causa, quam coram ipso deducit Clericus, Superior: ergo. *min. prob.* quia inferior superiorem judicare non potest. *Can.* 4. *l.* 21. nec par parem, defectu imperii *Cap* 20 *de elect.*, necesse est igitur, qui Clericum judicat, Clerico sit in ea causa superior. *Confirm.* Ipsi *summi ntifices* coram Imperatoribus, vel Legatis eorum, canonice se expurgarunt: *n.* 10. 11. *II. q.* 5. *Can.* 41. *II. q.* 7. ergo potuerunt etiam *minores Clerici* onem calumniæ suspicionem per juramentum coram sæculari judice purgare. Nego, aut *tenuem religionem* esse, aut *superbiam*, dum Clerici nolunt jurare ram judice laico: *Ad probat.* 1*mæ part.* ℟. Illorum quidem *tenuem*, id est *nis scrupulosam*, esse *religionem*, qui, cum maxime *in casu jurandi licito* sint, ituunt tamen, ne jurando Numen divinum offendant; ideoque *nunquam* di- oni possunt, ut jurent. Sed non *clericorum*, seu aliorum, qui *frequentiam* iidem jurandi sollicite evitant, adhibita vero cautela *interdum* jurant: ipsæ tem *leges sæculi* favent conscientiis, juramenta metu divini Numinis abhorrentibus: nam *l.* 25. *§.* 1. *ff. de pec. const.* delationem juramenti vocat *facilitatem*, relationem ejus *verecundiam*; quia nemo dubitat, *modestius facere*, *qui referat*, *quam*, *ut ipse juret*: ob eandem quorundam hominum a jurejurando foridinem prætor noluit, a quoquam aliquid relinqui *sub conditione jurisjurandi.* 8. ff. de condit. instit. l. 112. §. 4 ff. de legat 2, etiamsi miles sic relinqueret. *l* 29. *§.* 2. *ff. de Testam. milit.* imo *l.* 20 *ff. de condit & demonstr.* nditionem jurisjurandi annumerat turpibus. Et ipsa *l.* 21. *C. cit.* noluit nimis dure haberi illos, qui *subtili religione tenti* detrectant jurare: quanto magis ergo favendum est religiosæ cogitationi *Clericorum*, juramenta, quantum possibile, declinantium? *Ad prob. at. 2dæ part.* Non est *superbia* sustinere, quæ l *perfectionem status*, *gradusque sui dignitatem* pertinent: superbia enim S Aug. est

est *perversæ celsitudinis appetitus*, & nominatur ex hoc, *quod aliquis per voluntatem tendit supra id, quod est*. S. THOM. *2. 2. quæst. 162. art. 1. in* ☉ Nolle jurare coram *superiore suo* ex *contumacia voluntatis propriæ* est superbia. C. *ex religiosa observantia suæ regulæ*, ipso *imperiali privilegio* corroboratæ. N. Quodsi *consuetudo* valeat, quæ personas, integritate vitæ conspicuas, illustres, & nobiles, non cogit jurare, dum in testes producuntur, qualem in Bohemia, Austria, Bavaria, testatur vigere *Gail. lib. 1. observ. 100. num. 22. & observ. 101. num. 13*; nec superbi sint illi, qui se se hoc privilegio tuentur: multo minus ille superbus erit, qui *divina, & humana lege* a jurisjurandi necessitate eximitur. *Ad confirmat.* Ea, quæ SIXTUS III., LEO III., & quidam alii Papæ, ad tollendum scandalum *valde extra ordinem* fecerunt, non debet pro aliis *formali ordinaria*, & quotidiana desumi. *cit. Can. 10. II. q. 5. in fin.* Adde purgationem LEONIS in fin. apud *Harduin. Tom. IV. Conc. pag. 938.* Sequitur ad summum, quod Clerici ex causa gravi, de licentia suorum Prælatorum, *etiam coram judicibus sæcularibus*, jurare possint: dixi: *ad summum*; non enim Pontifices illi hoc fecerunt *coram tribunali* Imperatoris, vel Legatorum ejus, sed *in præsentia duntaxat eorum*, coram *synodo*, & apud Sedem Apostolicam, *ante confessionem S. Petri* Can. 43. II. q. 7.

29. D. *Contra est* 3. Nec honor, nec conscientia Clerici, vel Religiosi, læditur, si Clericus, vel Religiosus, juret Principi *sæculari*, aut *alteri laico*, *fidelitatem* pro consecutione alicujus *temporalis*. *Arg. Cap. 30. h. t.* Ergo neque, si juret *judici* propter calumniam, pro consecutione *justitiæ*. C. Antecedenti *Canon 8. Conc. Rotomagens.* de anno 1096. est contrarius: *nullus presbyter efficiatur* HOMO *laici: quia indignum est, ut manus Deo consecratæ, per sacram unctionem sanctificatæ, mittantur in manus non consecratas*: ipsum hoc juramentum *fidelitatis* adhuc sub *Friderico* I. Imp. contradictionem gravem ab *Hadriano* IV. tulit: legatur etiam epistola *Paschalis* II. ad *Anselmum* Cantuar. Episc. apud *Harduin. Tom. VI. Concil part. 2. pag. 1787.* Ex usibus *Francicis* videtur præstatio hujus juramenti translata fuisse in *Germaniam*, ex hac propagata in *Angliam*, *Italiam*: D. Dubium, an sæculo IX. fuerit *sacramentum*, an *simplex professio* fidelitatis. Vide *Harduin. Tom. V. Concil. pag. 1233.*, ubi formula *Hincmari* Laudunensis.

30. C. Quam graviter tulerint anno 858. Episcopi *Franciæ*, hoc genus sacramenti a se exigi, ostendit synodi Carisiacæ ad *Ludovicum* Regem Germaniæ Capitulum 15. in med. *Nos Episcopi, Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines sæculares, ut in vasallitico debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis sacramentum, quod nos Evangelica, atque canonica auctoritas vetat, debeamus quoquo modo facere. Manus enim chrysmate sacro peruncta, quæ de pane, & vino aqua*

aqua mixto per orationem, & crucis signum conficit Corpus, & Christi sanguinis Sacramentum, abominabile est, quidquid ante ordinationem fecerit, ut post ordinationem Episcopatus sæculare tangat ullo modo sacramentum: & lingua Episcopi, quæ facta est per Dei gratiam clavis Cœli, nefarium est, ut, sicut sæcularis quilibet, supra sacra juret in nomine Domini, & Sanctorum invocatione; nisi forte, quod absit, contra eum scandalum acciderit Ecclesiæ suæ: & inde sic temperanter agat, sicut, Domino docente, constituerunt Rectores ecclesiæ synodali Concilio. Et, si aliquando sacramenta ab Episcopis exacta, aut acta fuerunt, contra Deum, & ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu Sancto dictatæ, & Christi sunt sanguine confirmatæ, acta Sanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes, atque facientes, medicamento exinde salutaris pœnitentiæ indigent. HARDUIN. *Tom. V. Concil. pag. 475.* D. Nostro *Henrico* III. S. *Halinardus*, ex monacho factus Episcopus *Lugdunensis*, absolute noluit jurare *fidelitatem*, dicens: *melius est mihi nunquam accipere sacerdotium, quam transgredi Dei mandatum: Dominus enim dicit in Evangelio: non jurate omnino: & regula Patris Benedicti præcipit monacho non jurare.* MABILLON *sæc. VI. Benedictino part.* II. *pag. 38. §. VI.* C. Sed nunquid non accepit Episcopatum *Halinardus*, quia noluit Cæsari jurare? D. Quin imo accepit: nam Imperator videns eum firmum, noluit amplius inquietare illum, *solummodo verbo, & promissis ipsius fidem assentiens*, dedit ei, quod petebatur. Consuetudo tamen *approbata hactenus* fert, ut Episcopi, & Abbates S. R. Imperii jurent Imperatori, dum investiuntur ab eo regalibus, & cœteris temporalibus. C. Ast quanta disparitas jurare *Imperatori* secundum *consuetudinem feudi*, & jurare *cuivis judici* secundum *L. 2. C. h. t.*?

31. D. Sed est unus canon synodi *Bajocensis*, qui hactenus dictis valde obstat, nempe 43. *Nullus Clericus patronis faciat juramentum, antequam Episcopo sit præsentatus, & receptus. Episcopus autem receptum faciat jurare, quod ad patronos accedet, ut debitum faciat juramentum.* Ecce jurare debebant Clerici, *se patronis juraturos.* C. Abusus, abusus! nam cur juret Clericus *suo patrono*, cum nequidem Episcopus ausit compellere clericos suos, ut sibi jurent, excepto œconomo suæ ecclesiæ *Can. ult. XXII. q. 5.*? Quo anno habita est hæc synodus? D. Anno 1300. C. Jam plana res est: hoc sæculo jam sepultus erat sanctus ille canon, qui clericos laicis, aut etiam Clericis, jurare vetuerat: sic non mirum, quod patroni prætenderent a præsentatis ad parochias Clericis juramenta; sed nimia laxitas erat hujus synodi, quod sub juramento clericos angariaret jurare suis patronis. D. Hoc verum est, nec facile reperies ejusmodi statutum *diœcesanum.*

32. Interim mos erat etiam in Diœcesi *Trevirensi*, ut neo-parochi jurarent ecclesiis *Collegiatis*, a quibus præsentabantur; sicut fidem tibi ex Archivo.

S Simeonis facere possem de actibus, adhuc isto Sæculo, fieri solitis: imo audio, apud quasdam collegiatas usum adhuc hodieque retineri. Vis legere aliquas reversales juratas patrono laico Sæc. XVI.? C. Curiosus sum, ut videam *puncta juranda* patronis: D. En primum formulam jurandi patronis *ecclesiasticis*:

JURAMENTUM PLEBANORUM.

Ego N. assumptus plebanus, sive vice-pastor parochialis Ecclesiæ in N. juro, & spondeo, quod ex nunc, & deinceps vobis Dominis meis Collatoribus, *Decano, & Capitulo hujus Sancti Simeonis collegiatæ Ecclesiæ fidelis, & obediens ero,* vestrisque mandatis parebo, *partem, seu conspirationem contra vos, vestraque ecclesiæ bona, jura, & libertates non faciam, nec intererο consilio, ubi de eorum periculo, vel damno tractabitur, sed de iis, omnique damno, & periculo, mihi pro tempore præcognito, fideliter præmonebo. Parochialem Ecclesiam in N., a vobis mihi modo collatam, in spiritualibus, & temporalibus bene, & laudabiliter, Deo adjuvante, regam, onera ejus debita supportabo, & bona ejusdem non alienabo, oppignorabo, nec in longum tempus sine licentia vestra locabo, sed magis eadem in bona structura, & cultura pro posse, & nosse conservabo, deperdita recuperabo, & quantum in me erit, meliorabo, inque plebania ejusmodi personalem residentiam faciam. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

33. D. Sed etiam vide juramentum aliquod, patrono cuidam *laico* præstitum in Diœcesi *Moguntina*: hic leges mirabilia: accipe chartam pergamenam, sigillo cereo illæso munitam, & recita.

C. Jch Heymannus Sartoris Clericus Meynßer Bystumß bekennen mich, daß der Vest Juncker Eberhard von Hüsestam myn lieber Juncker mir dir Pfar zu Grevenhusen (in territorio Darmstadiano) um GOttes wyllen myn Lebenlanck, und nyt lenger gelühen hait mit dyssem unterschеyt daß ich myn leben lanck do wonenn und blyben sal, und wyl die genant Pfar, und daß ir auch die armen Ludde (Subditos) do selbst gebrulichen versorgen, und versehen sal und wyl auch die Pfar Hof sampt den Guttern dar zu gehörig in wyßlichem gutem buwe halten besserenn und nit ergernn, und alle wochen dry Meß lesen darzu den Sondack myt sampt der Breddeick und waß sich off ja iglichen Sondack in der Pfar Kyrchenn geboret auch die Gedechtniss myner verscheyder Elderunn sollen thun. Es sollen auch die anniversaria zu Grevenhusen ader anderswo dyssen vorgeschriben Messen keyn verhintringe oder abebruch thun und ob ich dysse vorgeschriben Mess Kranckheyt oder ander grosser orsachen halbe nit thon konde Szo sal und wyl ich die wye obgeschriebenn ounnterlessick zu gescheen bestellen darzu alle hoch Fest und gebant heylge Tage sal und

wyl

wyl ich Meß lesen und enß begehen in der Kyrchenn wy daß sich zu ydderzit geboret und sunderlichen die fyer hochgsten Fest und alle unser lieben Frawen Dage die obent und die Dage Vesper und Salve syngenn wy sich zu idderzit geboret. Ich sal und wyl mich auch keyniger Gerechtigkeit gebrauchenn ader genyß der Helgenn und deß Bawes Rendt geselle ader Nutzunge unterzeygenn ader annemmen auch myr nicht geschehen lassen ader werde eß falle in die Kyrchenn ader usserhalbe der Kyrchenn Eß syn klein groß wenich ader fyl wie daß namenn habenn macht do myt nicht zu thun hawenn on sol und wyl sunder den jhenen den daß befollen ist leyssen handelen nach Irem befelle ab auch die buewemeyster ytzund oder noch folgen zu icklichen Zyten sin mogen bawent ader anderß den helgen und dem buewe zu gude off den Kyrch Hoff setzenn ader setzen mogenn ader zyhen laßen myt den allen und der glichen sal und wyl ich nicht zu thun haben Ich sal und wyl auch keyn syhe (porcos) off den Kyrchhoff treybenn dragen ader thun lassen sunder daß flyßlichen wernn und do wydder ryddenn uff der Kantzln Ich sal und wyl auch daß Pfar-Fulck heftiglichenn und flysenglichen daran wysen uff der Kantzlen und in der Bycht daß sy jrren Rechten zenden geben zu allem und icklichem darin sie zenden schuldig syn auch daß Pfar-Fulck den Sontack Meß und Predige hore und deglichs zu synner gelegenheyt Morgents und Abents in die Kyrche gehen Gottes nit vergessenn Ich sal und wyl auch dye Pfar in eyn ander Hant kommen laissen on mynß Junckernn und syner Erben gutten wyssen und wyllen auch myn Junckern alle jura præsentation proclamatio und investuer in synenn Handen onvertzochtlichenn gebenn dach ob ich der bedorft in Hanthabunge der Pfar und jrer Gutter so sal myn Juncker oder syn Erbenn myr die folgen laissen doch daß ich Jn angeferlichen unverzock wydder zu syn handen gebe, und abe ich eyns ader me Gottes lehen uberquem die mack ich annemen dach sal und wyl ich uff der Pfar zu Grevenhusenn blyben sytzenn und wonen und wan ich nit me of der Pfar woth ader wolt blybenn sjo sal und wyl ich mynem Jűnckeren ader syn Erben die Pfar wydder Jn syn oder Jrer Hant stellenn also daß er ader seyn Erben forter do mit thun und laissen noch Jren Wolgefallenn und ich ubergyb die yrnen ader nit sjo balde ich abzyhn ader die nit mit allem guden Worden und Wercken versehe, wye obgeschriben stehet, sjo sal sye myn Jűncker ader syn Erben heymfallenn syn die forter eym andernn, zu verleyhen und nach dem besten zu bestellen, on Jnrede myn und eyneß iglichen von mynentwegen, were es auch sach daß ich mit eynem oder mehr die myn Junckern auch myn Herrn her Martin synem Bruder oder Jren Erben verwant warnen oder zu versprechen zustűnden in Jrringen oder Zweyung kem wie daß were und off und dick daß geschehen macht sal und wyl ich solicher sachen vor mynem Herrn und Junckern ader Jren Erben in ußdrack kommen und Jren bescheyts halten und blyben on alle Wegerungen ußgescheydenn waß den Glauben und die helge Sacrament berorent ist hiemit sal und wyl ich Jnnen und Jrnn Erben gedren und holt sie vor Jrem Schaden warnen und besten werbenn auch jrer beyden Jrrer beyden Hußfrawen und Kinder und aller Jrer Elteren gegen Gott gedencken gedanlichenn und flyssentlichen

chen Gott vor sye bytten alle und igliche Artickel hie vorgeschrieben geredden und versprechenn ich Haymannus Sartoris stedt vest und unverbrüchlich zu halten han auch daß mynem Junckern mit hant gebuerden gelopt dem allen alse noch zukommen han daß auch alß balde off daß helge Evangelium geschworen Ich verzyhe mich auch in dyssem Brieff bie Hant gebuer und gethannen Eydt aller fryheyt die myr alß eynem Prister gegebben und zugeordnet sint und dysser Verschrybung zu abbruch oder enichen schaden kommen mocht alle gefyrde und arglyst herin uß geschneden. Zu bekentniß dysser Ding hain ich Heymannus Sartoris dyssen bryff mit myner eygen hant geschriben, und zu nach merer sicherheyt ich myn eygen Insigel an dyssem Bryff gehangenn. Datum anno Dni XV. VI. uff Fritag noch sent Vitz dack.

34. C. Mea vita non legi tam absurdum juramentum Clerici erga patronum: impegit contra *Cap. 12. de for. compet.*, & diversos canones: Clericus iste factus est *homo Laici* in optima forma: laicus sibi reservavit jurisdictionem in illum, exceptis *solis causis fidei, & Sacramentorum:* renunciavit omnibus privilegiis presbyteralibus, in quantum ista adversarentur huic juramento: patronus laicus sibi stipulabatur jus destituendi Clericum, suo officio non fungentem. D. Hæc et similia audebantur sub obtentu, *quod Ecclesia pertineret ad patronos, quod jus directum bonorum dotalium parochiæ consisteret penes ipsos, quod beneficiatus esset patronorum vasallus;* hinc non tantum *simplex præsentatio*, sed etiam *proclamatio*, & *investitura* sub juramento fidelitatis. Sane, si passim tunc ista practicaverint patroni laici, dixero, clara præludia fuisse *illius Chymeræ*, quæ paulo post, tempore *Lutheri*, erupit in publicum, videlicet *juris sacrorum laicalis*. Verum pergamus in argumentando.

35. D. *Contra est 4.* Compellendi sunt, *etiam sacerdotes*, ut jurent, si producantur coram quovis judice sæculari *in testes:* nam testi non creditur sine præstatione sacramenti. *l. 16. C. de test. Cap. 29. eod.*, etiam si *monachi* essent, *Cap. 29. eod.* aut *de ordine F. F. minorum*; nam nullius testimonio, *quantumcunque religiosus existat*, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium credi debet. *Cap. 51. eod.* Hæc omnia ad normam legum sæculi: ergo etiam cogendi erunt ad normam *l. 2. C. h. t.*, ut jurent *propter calumniam;* imo a fortiori, quia in causa propria majus est periculum *calumniandi*, quam in aliena *falsum testimonium proferendi* C. Antecedens est contra Can. 9. XI. q. 1. *Testimonium* Clerici *adversus* laicum *nemo* (judicum sæcularium) *recipiat: nemo enim Clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in Ecclesia*, id est, judicio ecclesiæ. D. Non recte adducis textum; legetur enim: *testimonium laici adversus Clericum*, ut habet *epilogus Concilii Romani* sub *Sylvestro*, cujus est hic canon. *Hadrianus I. Capitul. 72. Concil. Triburiense* Can. 4., & ex eo *Burckardus*, & *Ivo*. C. Sic legitur, ut allegavi, in *synodo Romana* citata, sic in *Panormia*,

sic

ſic in duobus *MStis Decretis* bibliothecæ S. Simeonis, nec poſſe legi, ſicut tu legiſti, oſtendit tota periodus verborum. D. Canon ille eſt ſpurius *pſeudoſynodi.* C. Sit pſeudo-ſynodo aſſictus, eſt tamen *antiqua regula*, quam retinuit *ſynodus Romana* ſub *Eugenio II.* ibi: *in ſæcularibus* negotiis ſacerdotes pro teſtimonio non rogentur . . . *& ubi nulla idonea ſæcularium perſona inveniuntur*, in providentia *proprii Epiſcopi* ſit, ut, aut *coram ſe, & competentibus judicibus*, aut *aliter* honorifice, *veritatem attollant*. Can. 2. XIV. q. 2. D. Et ſic hodie *melioris diſciplinæ diœceſes* practicant cum *Trevirenſi*, ut nullus Clericus ad requiſitionem ſæcularis judicis pro teſtimonio ferendo dimittatur; ſed judex ſæcularis mittet eccleſiaſtico articulos cum interrogatoriis, qui examinabit Clericum, ac rotulum clauſum requirenti tranſmittet. Sed, o tempora, o mores! Quidam Superiores eccleſiaſtici dimittunt ſuos Clericos, ut *a quodam ſcriba judicii ſæcularis* examinentur: in Belgio, & Hannonia non eſt neceſſe, requirere Superiorem eccleſiaſticum ad hoc, ut Clericus fiat teſtis coram judice laico. *Van-Eſpen Jur. eccleſ. univ. part. 4. tit. 7. Cap. 4. num. 29. & Cap. 6. num. 9.* Alicubi ſub indignatione regia jubentur Clerici per ſic dictum *pareatis* teſtimonium ferre coram judicibus laicis, *etiam in cauſa criminali:* propter hoc docent, *non fieri talem Clericum irregularem*, etſi ad ejus teſtimonium ſequatur mors, aut mutilatio. *Hericourt legum eccleſ. Franc. part. 3. Cap. 4. art. 2. num. 55.* C. *Recentiora* tempora videntur reverti ad *antiquiora*, ſive *ad jus Codicis Theodoſiani:* nam hoc jure *Epiſcopi* quidem nec honore, nec legibus, ad teſtimonium dicendum flagitantur; imo non decet eos admitti; nam & perſona dehonoratur; & dignitas ſacerdotis exempta confunditur. *l. 8. C. Th. de fid. teſt. L. 7. C. Juſtin. de Epiſc.*, verum *reliqui Clerici*, etiam *presbyteri*, non erant immunes a teſtimonio dicendo coram judice ſæculari, uſque adeo, ut, ſolis *presbyteris* exceptis, *reliqui Clerici*, tanquam teſtes, *ſub tortura* examinari potuerint. *L. 10. C. Th. eod. l. 8. C. Juſtin. de Epiſc.* D. Hoc, tanquam *nimis vile* correxit ſubſequens ætas, nec divinavero, ſi canones propterea dicam non ſiviſſe, ut Clerici coram ſæcularibus dicerent teſtimonium, aut ſaltem *non aliter*, quam *honorifice*, id eſt, *citra quæſtionis injuriam*. Conf. can. 59. Conc. *Carthagin.* habiti anno 399., ubi ſtatuebant Patres, petendum eſſe, *ut nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cujuslibet perſona pulſetur.* Can. 38. in fin. II. q. 6.

36. C. Quod ſi vero teſtimonium olim dixerant Clerici, ſive *coram judice laico*, de licentia Prælati ſui, *ſive coram eccleſiaſtico*, nego, quod *antiquioribus* ſæculis *juraverint;* nam capitula, quæ mihi citaſti, ſunt *junioris ævi*, ſapiuntque *metamorphoſin veteris diſciplinæ*. De *Epiſcopo* poſſum hoc probare ex *Nov. 123. Cap. 7.* ſive Auth. *ſed judex* C. de Epiſc. Et notavit olim S. *Chryſoſtom. homil. 9. in Caput III. Actor. Apoſt.*, ſacerdotio illud tributum eſſe, ut & teſtes producti non jurarent. Item Author falſæ decretalis Cornelianæ:

chen Gott vor sye bytten alle und igliche Artickel hie vorgeschrieben geredden und versprechenn ich Haymannus Sartoris stedt vest und unverbrüchlich zu halten han auch dass mynem Junckern mit hant gebuerden gelopt dem allen also noch zukommen han dass auch alss balde off dass helge Evangelium geschworen Ich verzyhe mich auch in dyssem Brieff bie Hant gebuer und gethannen Eydt aller fryheyt die myr alss eynem Prister gegebben und zugeordnet sint und dysser Verschrybung zu abbruch oder enichen schaden kommen mocht alle gefyrde und arglyst herin uss geschyeden. Zu bekentniss dysser Ding hain ich Heymannus Sartoris dyssen bryff mit myner eygen hant geschriben, und zu nach merer sicherheyt ich myn eygen Insigel an dyssem Bryff gehangenn. Datum anno Dni XV. VI. uff Fritag noch sent Wiss dack.

34. C. Mea vita non legi tam absurdum juramentum Clerici erga patronum: impegit contra *Cap. 12. de for. compet.*, & diversos canones: Clericus iste factus est *homo Laici* in optima forma: laicus sibi reservavit jurisdictionem in illum, exceptis *solis causis fidei, & Sacramentorum:* renunciavit omnibus privilegiis presbyteralibus, in quantum ista adversarentur huic juramento: patronus laicus sibi stipulabatur jus destituendi Clericum, suo officio non fungentem. D. Hæc et similia audebantur sub obtentu, *quod Ecclesia pertineret ad patronos, quod jus directum bonorum dotalium parochiæ consisteret penes ipsos, quod beneficiatus esset patronorum vasallus;* hinc non tantum *simplex præsentatio*, sed etiam *proclamatio*, & *investitura* sub juramento fidelitatis. Sane, si passim tunc ista practicaverint patroni laici, dixero, clara præludia fuisse *illius Chymaræ*, quæ paulo post, tempore *Lutheri*, erupit in publicum, videlicet *juris sacrorum laicalis.* Verum pergamus in argumentando.

35. D. *Contra est 4.* Compellendi sunt, *etiam sacerdotes*, ut jurent, si producantur coram quovis judice sæculari *in testes:* nam testi non creditur sine præstatione sacramenti. *l. 16. C. de test. Cap. 29. eod.*, etiam si *monachi* essent, *Cap. 29. eod.* aut *de ordine F. F. minorum*; nam nullius testimonio, *quantumcunque religiosus existat*, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium credi debet. *Cap. 51. eod.* Hæc omnia ad normam legum sæculi: ergo etiam cogendi erunt ad normam *l. 2. C. h. t.*, ut jurent *propter calumniam;* imo a fortiori, quia in causa propria majus est periculum *calumniandi*, quam in aliena *falsum testimonium proferendi.* C. Antecedens est contra Can. 9. XI. q. 1. *Testimonium* Clerici *adversus* laicum *nemo* (judicum sæcularium) *recipiat: nemo enim Clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in Ecclesia*, id est, judicio ecclesiæ. D. Non recte adducis textum; legetur enim: *testimonium laici adversus Clericum*, ut habet *epilogus Concilii Romani* sub *Sylvestro*, cujus est hic canon. *Hadrianus I. Capitul. 72. Concil. Triburiense* Can. 4., & ex eo *Burckardus*, & *Ivo.* C. Sic legitur, ut allegavi, in *synodo Romana* citata, sic in *Panormia*, sic

ı duobus *MStis Decretis* bibliothecæ S. Simeonis, nec posse legi, sicut tu
i, ostendit tota periodus verborum. D. Canon ille est spurius *pseudo-*
. C. Sit pseudo-synodo afflictus, est tamen *antiqua regula*, quam reti-
synodus Romana sub *Eugenio II.* ibi: *in sæcularibus* negotiis sacerdotes pro
ıonio non rogentur . . . & *ubi nulla idonea sæcularium persona inveniuntur*,
ovidentia *proprii Episcopi* sit, ut, aut *coram se*, & *competentibus judicibus*,
iter honorifice, *veritatem attollant*. Can. 2. XIV. q. 2. D. Et sic hodie
is disciplina diœceses practicant cum *Trevirensi*, ut nullus Clericus ad re-
ionem sæcularis judicis pro testimonio ferendo dimittatur; sed judex sæ-
is mittet ecclesiastico articulos cum interrogatoriis, qui examinabit Cleri-
ac rotulum clausum requirenti transmittet. Sed, o tempora, o mores!
um Superiores ecclesiastici dimittunt suos Clericos, ut *a quodam scriba ju-
sæcularis* examinentur: in Belgio, & Hannonia non est necesse, requirere
:iorem ecclesiasticum ad hoc, ut Clericus fiat testis coram judice laico.
Espen Jur. eccles. univ. part. 4. tit. 7. Cap. 4. num. 29. & Cap. 6. num.
ılicubi sub indignatione regia jubentur Clerici per sic dictum *pareatis* te-
nium ferre coram judicibus laicis, *etiam in causa criminali:* propter hoc
t, *non fieri talem Clericum irregularem*, etsi ad ejus testimonium sequatur
, aut mutilatio. *Hericourt legum eccles. Franç. part. 3. Cap. 4. art. 2. num.*
. *Recentiora* tempora videntur reverti ad *antiquiora*, sive *ad jus Codicis Theo-
i:* nam hoc jure *Episcopi* quidem nec honore, nec legibus, ad testimoni-
icendum flagitantur; imo non decet eos admitti; nam & persona deho-
ur; & dignitas sacerdotis exempta confunditur. *l. 8. C. Th. de fid. test.*
C. Justin. de Episc., verum *reliqui Clerici*, etiam *presbyteri*, non erant im-
s a testimonio dicendo coram judice sæculari, usque adeo, ut, solis *pres-*
exceptis, *reliqui Clerici*, tanquam testes, *sub tortura* examinari potuerint.
C. Th. eod. l. 8. C. Justin. de Episc. D. Hoc, tanquam *nimis vile* corre-
bsequens ætas, nec divinavero, si canones propterea dicam non sivisse,
:rici coram sæcularibus dicerent testimonium, aut saltem *non aliter*, quam
fice, id est, *citra quæstionis injuriam*. Conf. can. 59. Conc. *Carthagin.* ha-
nno 399., ubi statuebant Patres, petendum esse, *ut nulla ad testimonium
um ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.* Can. 38. in fin. II. q. 6.

36. C. Quod si vero testimonium olim dixerant Clerici, sive *coram ju-
tico*, de licentia Prælati sui, *sive coram ecclesiastico*, nego, quod *antiquio-*
sæculis *juraverint;* nam capitula, quæ mihi citasti, sunt *junioris ævi*, sa-
que *metamorphosin veteris disciplinæ*. De *Episcopo* possum hoc probare ex
123. Cap. 7. sive Auth. *sed judex* C. de Episc. Et notavit olim S. *Chry-
n. homil. 9. in Caput III. Actor. Apost.*, sacerdotio illud tributum esse, ut
les producti non jurarent. Item Author falsæ decretalis Cornelianæ:

Nos

Nos sacramentum Episcopis nescimus oblatum. Can. 3. II. q. 5. De *Presbytero* habemus Can. 4. caus. ead. *Presbyter vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur.* Generaliter *de Dei ministris* ait ille figulus Cornelianæ: *Sacramentum hactenus exigi, nisi pro fide recta, non cognovimus, nec sponte eos jurasse reperimus.* Can. 1. Caus. cit. & haec dixit sæculo VIII.

37. Sed etsi *tempore Honorii II.* Clerici *testes* debuissent jurare *de veritate dicenda*; non tamen sequebatur, clericos *actores*, vel *reos*, pariter cogendos fuisse ad jurandum *propter calumniam.* Specialitas rationis in eo esse potest, quod testis *solo suo elogio*, siquidem pertinens sit, alterutri parti noceat, vel prosit, atque ideo fides eius merito petatur *summo jurisjurandi modo* firmari: sed *temeritas* litigandi, & *improbabilitas* causæ, se solis, adversario non nocet, imo in fine litis plus temere litiganti, quam illi.

38. D. Antequam pergam in argumento, lege *Glossam* Bartholomæi *Brixiensis* post *Can. 9. XI. q. 1.*, ubi culpat *Gratianum* de falsitate, quoniam dixerat, *Episcopum*, si testis fuerit, *non debere jurare:* & vult probare contrarium ex *Can. 3. II. q. 4.* item ex *Can. 20. III. q. 9.* C. *Brixiensis* male correxit *Gratianum:* licet enim τὸ *jurejurando* non reperiatur explicite in *Nov. 123. Cap. 7.*, non dubitavit tamen *Irnerius* in Auth. *sed judex* apponere: *non tamen juret*: quia Novella *formam*, qua debeant Episcopi testimonium dicere, præscripsit hunc in modum: *judex mittat ad eos quosdam ex personis ministrantium sibi, ut propositis sanctis Evangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant, quæ noverint*, tacendo, *quod jurent:* formæ autem in jure sunt *stricta*, & *præcisa*, ita, ut argumentum *ab omissis* in iisdem rectissime procedat: cujus rei ratio est ex definitione formæ: est enim *legis, vel hominis ordinata dispositio certos habens fines*, ut eam definit *Alderisius de symbol. Contract. tit. 1. cap. 1. num. 20.* Arg. *l. 4. C. de jure fisc.* in verbis: *certa forma*; & quia *forma ex consummatione contingit.* l. 80. §. 1. ff. ad leg. falcid., ideo *Gregor. Tholosan. syntagm. lib. 1. Cap. 11. num. 1.* formam dicit esse *consummationem, & perfectionem cujusque rei, prout quæque res habet definitam, & determinatam rationem, vel compositionem, certis rebus, vel partibus absolvendam.* Quod vero *certos fines*, atque *definitam rationem* habet, ei non debet *ulterius requisitum* addi, sed sufficit *impleri ea, quæ scripta sunt*; ne dicamus illum, qui formam scripsit, *imperfecte*, & *sine consummatione* scripsisse.

39. D. Optime ratiocinaris de forma: sed, quid si negarem tibi, quod *Justinianus in d. Nov. 123.* præscripserit *formam*, qua Episcopi attestentur? C. Hoc si probo: quando Princeps aliquid *certo modo* gerendum constituit, vel rescribit, tunc *forma* est: *arg. l. 24. ff. ad munic. Cap. 22. de rescript. Cap. 19. de restit. spoliat*; sed Justinianus *certo modo* constituit, qualiter testimonium dicat

piscopus: ergo *forma* est: Item *forma privilegiata* est, quotiens aliquid di-
tur *præter*, vel *contra formam communem:* hic aliquid disponitur præter,
ontra formam communem, ferendi testimonium: hæc enim vult *tactis*
geliis jurari: ergo est forma privilegiata. D. Bene: de hac materia docte
holosan. ibid. num 4. per *novem* regulas, inter quas tua postrema est *octava*
substantiam dicti. Sed redeamus a digressione ad semitam.

40. *Contra est 5.* Vel ergo *nunquam* jurabit Clericus coram judice laico,
n jurabit solummodo *propter calumniam?* C. Spiritus SS. Canonum est,
quam: D. Atqui aliquando debebit jurare, ne bonam quoque causam per-
. g. si *positiones* exhibeat, præstabit *juramentum dandorum*, si ad positiones
idere debeat, *juramentum respondendorum:* si spoliatus fuerit, & specifi-
erum desideretur, *jurabit in litem:* si adversarius super exceptione sua de-
i *juramentum judiciale*, aut jurabit, aut referet, quod ultimum ei *pericu-*
existit, primum *favorabile;* cum præstet, se judicem facere, quam ad-
um; si judex æstimaverit, actori Clerico super exceptione rei aliquate-
obata deferendum esse *juramentum purgatorium*, si eidem semiplene pro-
suppletorium: Item, si Clericus *quartam productionem testium* velit facere,
jurabit *de malitia?* Ergo impossibile est, ut Clericus coram judice *secula-*
et quodlibet juramentum. C. Maneo in mea responsione, quod Cleri-
omnibus istis casibus, ubi laici jurare solent, *de spiritu antiquiorum cano-*
m juret, sed *tantum per consecrationem suam* interrogetur: post nostrum
um autem jurare poterunt *de licentia sui Prelati*: vel observetur modus,
synodus Mechliniensis Sæc XVI. tit. 17. Cap. 5. præscripsit: *Clericus,*
udice laico testimonium dicturus, vel quodcunque juramentum præstiturus (quod
ine nostra, vel alterius ecclesiastici legitimi Superioris licentia ei non licet) in
persona ecclesiastica juramentum præstet.

41. D. *Contra est 6.* Clericis non prohibentur juramenta, quæ firment
contractus; ergo neque illa, quæ firmant *opinionem bonæ causæ.* prob C.
prohibetur Clericis juramentum *plane voluntarium*, multo minus prohi-
eis juramentum de jure *necessarium*, quale est calumniæ: quo magis
voluntate est juramentum, eo *minus laudabile*, & quo magis *ex necessitate,*
licitum, dicente *Paschali II.* in epist. ad Archiepp. Poloniæ: *juratione*
n utatur, nisi necessitate; cum videt, pigros esse homines ad credendum,
ile est eis credere, nisi juratione firmetur. HARDUIN. *Tom. VI. Con-*
t. 2. pag 1769. C. Antecedens DD. communiter supponunt tanquam
, & solum laborant *de disparitatis ratione* danda, quam *Panormitanus* post
que tradit his verbis: *si quaris, quare* in contractibus coram laico *jurare*
& non in judicio, *sine licentia Episcopi, respondet* Innocentius; *quia in*
judicio

judicio sæpe quis incitatur ab adversario, falsum jurare, & ideo fit cum majori deliberatione, & tarditate, & ne ad sæcularia judicia assuescant: sed in contractibus, *ubi sola libera voluntate quis ducitur, secus est secundum eum: fit etiam secundum* Hostiensem, ne impediatur utilitas ecclesiarum, *quibus expedit, ut contrahere possint.* Sed, verum ut fatear ingenue, non satisfit; quia nec Evangelium, nec canon loquuntur *restrictive* de juramentis *judicialibus*, passim permittendo *extrajudicialia*: homines ad ea, quæ sunt *propriæ electionis* plerumque sunt proniores, quam ad ea, quæ sibi imperantur ab aliis: unde plus periculi est in juramentis *voluntariis*: cupiditas habendi æque potest incitare hominem ad pejerandum, vel sine aliquo de juramenti comitibus jurandum, quam adversarius; etiam expedit ecclesiis, ut præstare possint *solita præstari in judiciis*, sicut *contrahere* eis expedit. Unde ego simpliciter nego antecedens; neque enim video disparitatem solidam, cur Clerici arbitrio relictum esset, potius *contractus* firmare juramento, quam *quasi contractum litis contestationis*, qui pariter est *voluntarius*; cum nemo cogatur invitus agere. D. Recte sentis: nam ratio prohibendi Clericis juramenta non fuit *major vel minor tentatio*, nec *major*, *vel minor præcipitantia*; sed, quia discipuli Christi debent esse *perfecti*, & dicere: *est*, *est*: *non*, *non*: nulla distinctione facta, an *contrahant*, an *litigent*: ratio vero, *specialiter* prohibendi eisdem, ne faciant juramenta *in manus laicas*, est *indecentia*, quæ non minus subest in *contractibus*, quam in *litibus*. Unde nec in contractu *investituræ feudalis* voluerunt Pontifices, & Concilia jurari laicis a Clericis, quamvis maxima ecclesiarum verteretur utilitas: imo notum est ex historia, quod Papæ, *Gregorius* VII., & *Paschalis* II. maluerint insignia feuda ab Episcopis Germaniæ dimitti, quam Cæsari hominium ab eis jurari. Ad confirmationem horum omnium sit constitutio synodalis Arnaldi, Episcopi Valentini, de anno 1262., ubi describit pericula *ex contractibus*, quos Clerici firmant juramento, & saltem ad annum vetuit, ne sic jurarent: *Quia pro certo invenimus, quod multi Clerici civitatis & diœcesis Valentinæ, ordinis honestate, & maturitate depositis, ita se faciles exhibent ad jurandum, quod, cum* quoscunque contractus obligationis cum quibuscunque personis *ineunt*, sub religione juramenti *frequenter se obligant, statutis temporibus soluturos, & postmodum suæ salutis immemores, aliquando ex indigentia, aliquando ex fonte avaritiæ, propositis terminis ipsa debita solvere non procurant: & sic labem perjurii incurrentes, juxta statuta canonica beneficiis reddunt ecclesiasticis se indignos: propter quod aliquando grave scandalum est exortum:* volentes hujusmodi vitium, & pravum usum *de nostra civitate, & diœcesi exstirpare, & eisdem Clericis* tollere materiam delinquendi, *provida deliberatione statuimus, ne usque ad annum continuum, & completum a die præsenti ipsorum Clericorum aliqui* in quocunque contractu *jurare præsumant*, sine nostra licentia speciali. HARDUIN. Tom. VIII. Concil. pag. 1989.

42. *Arg.*

42. *Arg. 2.* Duo ſunt, quæ reſtringunt legem *quoad ſubjectum*, nempe *poteſtas limitata*, & *poteſtas limitantis*, ut eleganter dicit *Baldus* in hoc capit.; ſed *lex 2. C. h. t.* non fuit reſtricta *quoad clericos* ſive ex *poteſtate limitata*, ſive ex *poteſtate limitantis:* ergo quoad Clericos non eſt reſtricta. *Probo minor.* Juſtiniani poteſtas quoad Clericos non fuit inprimis *limitata:* quia tempore Juſtiniani Clerici comprehendebantur adhuc *ſub legibus publicis*, ſicut hodienum in Gallia, etſi lex Clericos non nominaret *expreſſe*; ſed, ne comprehenderentur, debebant *expreſſe eximi.* Deinde nec Juſtinianus ipſe voluit legem ſuam 2dam quoad Clericos *limitare:* hoc enim cum Henrico, & Honorio ex eo probaſti; *quia Juſtinianus decrevit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat;* ſed ex hoc non probatur limitatio legis *2dæ:* ergo. *Probo min.*: Hac declaratione ſua non obſtante, Juſtinianus legem tulit publicam, ut Clericus juraret in caſibus Authenticæ. *Hoc jus porrectum.* Cod. de SS. Eccleſ., ſeu *Nov. 120. Cap 6. §. 1. & 2. Cap. 7. §. 1.* ibi: *jubemus inſcribi inſtrumentum cum jurejurando: monumenta fieri, & cum jurejurando &c. jurantibus in ſacris ſcripturis:* C. Non hic controvertam, utrum *Juſtinianus* ſub illa lege publica, qua ordinavit juramentum calumniæ generale, *potuerit* comprehendere Clericos; ne ex una quæſtione longa trahamur in longiorem: tranſeat *pro nunc*, quod illo tempore Imperatores crediderint, poteſtatem ſuam legislativam non reſtringi ad ſolos cives Imperii *ſæculares;* ſicut hoc ſatis demonſtrare videntur tot leges codicis, & novellæ conſtitutiones, quæ de Epiſcopis, Clericis, Monachis, latæ ſunt; dico hic ſaltem, quod Juſtinianus *ex poteſtate limitantis* noluerit comprehendere Clericos; quia nullus legislator præſumitur *alicui certo hominum generi* præcipere id, quod ei per ſuas regulas, publice, & quidem a *ſemetipſo* quoque probatas, non licere novit: *Marciani*, & *Juſtiniani* fuit mens eadem de *Clerico non jurante:* poſtremus enim identice, ſicut *Marcianus* ante eum in *l. 25. §. 2. C. de Epiſcop.*, conſtituit in *Nov. 123. Cap. 21. §. 2.* ut Clericus, coram *civili* judice, ſi Epiſcopus judicare diſtulerit, convenibilis, *cautionem ſine jurejurando* exponat: cur hoc? niſi, quia ſcivit, Clerico per regulam Evangelicam, Apoſtolicam, & canonicam, non licere paſſim jurare, & ſic *captioſam* futuram fuiſſe conſtitutionem omnem, quæ in judiciis compelleret jurare Clericos; cum ex una parte jurare non poſſent, ex altera ſubjacerent damnis nolentium jurare. D. Bene notaſti; *Nov. 123. Cap. 21. §. 2.* idem quippe diſponit, quod diſpoſuerat *Marcianus*, & procul dubio ex eodem principio. Sed quid ad Nov. 120? C Sine me totam legere: verum eſt: Juſtinianus in caſu *intentæ alienationis* bonorum *immobilium eccleſiæ*, vel monaſterii, vel alterius loci pii, voluit *ordinatores*, & *œconomos* jurare, etiamſi Metropolitæ, Epiſcopi, Abbates forent, ut colligitur *ex cap. 6. §. 2.* verſu: *ſive Metropolitæ.* Sed fuerat *caſus graviſſimus*, quem voluit Imperator fore *rarum*, & ideo *tam difficilem* jurisjurandi prævii *conditionem* appoſuit; ne Rectores, & œconomi eccleſiarum, utpote ex inſtituto regu-

læ ſuæ fugere juramenta juſſi, tam facile pervenirent *ad prætextum neceſſitatis*, alienandi bona immobilia.

43. D. *Contra eſt 1.* Sicut cöercendi erant *antiſtites* religioſarum domuum *ab alienatione* bonorum immobilium; ita quoque Clerici *a temerariis litigiis:* ergo ſimiliter litigaturis erat injungendum *perſonale* juramentum *calumniæ*. C. Longa diſparitas eſt; nam *alienatio* nihil nocebat *antiſtiti* alienanti; ſed eccleſiæ, cujus erant bona: imo alienatio ſerviebat ſæpe cupiditati eorum, & reſpectibus mundanis: econtra *temerarium litigium* nocet in fine *temere litiganti:* propter quod major fuit proclivitas *ad alienandum cum lucro*, quam *ad litigandum cum damno*.

44. D. *Contra eſt 2.* Noluiſti, pro ratione illorum temporum, *pro nunc* diſputare *ſuper poteſtate limitata* Imperatoris. & conjeciſti cauſam in *poteſtatem* legislatoris *limitantis:* Atqui Imperator nihil limitavit ſua intentione: quia intellexit *omnes perſonas principales:* ergo & *Clericos:* nec anno 534., quo condidit *legem 2. C. h. t.*, declaraverat ulla lege, quod canones Patrum vellet ſervari pro legibus: poſterior autem voluntas non afficit anteriorem, ergo neque ſervit ad *reſtringendam* ejus intentionem. C. Reſp. cum *Baldo* hic: dictio *omnes* non includit *aliunde exemptos*, nec *ſpecialiter prohibitos*: talibus enim *nulla generalitas pragmatica* præjudicat. *Arg. l. 3.* C. *de ſilentiar.* D. Adde pro roborando hoc *Baldi* principio ex eomet *l. 10. C. ſam. erciſc. l. 3. & ibi notata C. Sine cenſu. l. 17. ff. ad* SC. *Turpill. l 104. princ. ff. de legat. 1. l. 33. §. 1. ff. de legat. 2.* C. Et hæc procedunt, ſive *legem conſtitutionis*, vel *ultimæ voluntatis*, aut *præceſſerit*, aut *concomitata*, aut *ſubſecuta* fuerit limitatio. Sic pariter hic nihil refert, an Juſtinianus *ante*, vel *poſt*, conditam ſuam *legem 2. C. h. t.*, aut *in ipſa*, Clericos a jugo jurisjurandi exemerit: nam pro indaganda legislatoris intentione *Paulus* ſuaſit, *priores leges ad poſteriores trahi*, & *vice verſa*. l. 26. & 28 ff. de LL. D. Non diſſimulo, quod potuiſſes obmotum meum *de non-exiſtente lege anteriore* pertinenter reprobare per *l. 45. C. de Epiſc.*; hæc enim condita eſt anno 530., & in eadem poſitive dicit Juſtinianus: *ſacros autem canones non minus, quam leges valere, etiam noſtræ volunt leges*, ſanciens ibidem, *obtinere, quæ ſacris viſa ſunt canonibus, perinde, ac ſi civilibus inſcripta eſſent legibus*. Ergo canon ille, *antiquitus*, ut ait *l. 25. C. eod.*, a beatiſſimis Epiſcopis *inſtitutus*, quo Clerici jurare prohibentur, ſacer fuit Juſtiniano, tametſi non fuiſſet civilibus inſcriptus legibus: quanto igitur potius ad eundem reflexiſſe cenſendus erit, ex quo per *Marcianum* inſcriptus erat jam jam anno 456.? Veruntamen

45. *Con-*

45. *Contra est* 3. Illa declaratio *Justiniani* de canonibus, vim legum habituris, est *generalior*, quam *lex 2da C. h. t.*; ergo, secundum principia nostra *discurs. prior. Num. 31.*, derogatur ei per legem 2dam: *antecedens* constat: nam hæc propositio: *canones vim legum habebunt*, latius patet, quam ista: *omnes personæ principales in exordio litis jurabunt de calumnia*, utpote quæ *specialem* provisionem continet. C. *Distinguo:* nisi conjungatur cum sua *subsumenda* propositione speciali C. Si conjungatur N. Fac istum syllogismum, sicut fecerunt Henricus, & Honorius: *omnes Patrum Canones vim legum habent: non jurare clericus est Canon Patrum: ergo hoc vim legum habet:* & mox videbis resultare *specialiorem* provisionem de non jurando contra tuam *generalem* de jurando propter calumniam.

46. D. *Argum.* 3. Vel vis eximere Clericos a juramento calumniæ per argumentum *a genere ad speciem:* vel per argumentum *a specie ad speciem?* neutrum subsistit: ergo. C. Per utrumque; nam 1) sicut Marcianus in sæpe dicta l. 25. sic intulit: *Clericus per canonem jurare prohibetur: ergo nec cavebit cum jurejurando:* ita licebit mihi inferre: *ergo nec jurabit propter calumniam:* quia *a quocunque removetur genus, removetur & qualibet ejus species.* Arg. l. 32. C. de transact. *juncta Gloss.* super verbo: *peremisti.* l. 3. versu: *cum enim* C. de usur. rei judic. l. 1. §. 3. ff. de aleator. 2) Sicut Clericus non jurat, dum *cavere* cogitur; ita neque, dum *litigat:* nam in jure nostro argumentum a pari notorie est unum de fortissimis propter *l. 12. & 13.* ff. de LL.; quia, ubi est eadem, vel major ratio, ibi debet esse idem jus, & eadem juris dispositio. *l. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O.* Non tantum *eadem*, sed *major* ratio est, ne Clericus juret propter *calumniam*, quam, ne juret propter *securitatem:* quia, cum contra cavillationes sibi quis prospicere valeat, minus in omissione juramenti calumniæ præjudicium est; sed contra *insufficientiam cautionis* nemo sibi potest prospicere. D. Bene arguis: sed sumamus utrumque separatim.

47. *Contra 1mum est 1.* Istud genericum: *nolite jurare:* Canon dicit, *ut Clerici omnino jurare non audeant:* Regula S. Benedicti *in ordin. conversor. cap. 5.* statuit: *juramentum aliud nullus proferat, nisi: crede mihi;* hæc, inquam, in vanum opposuerunt tum *Archi-Episcopi*, tum *Cassinenses* monachi, summo Pontifici, juramentum devotionis, & unitatis prætendenti ab ipsis; nam nihilominus compulsi fuerunt jurare obedientiam, *Paschale II.* confutante Episcopos, *cap. 4. de elect.*, & apud Harduin. *Tom. VI. Concil. part. II.* pag. 1768., Innocentio III. vero frivolam excusationem *Cassinensium* rejiciente in epistola ad eos missa, quæ extat in *cap. 26. de jurejur.*, sicut respondet ad *Chron. Cassin. lib. 4. cap. 109.* GONZALEZ *ad decretal. Tom. I. pag. 223. num. 29. in fin.* Ergo neque juvabit Clericos, ad se subtrahendum juramento calumniæ. C. *Ad anteced.*

anteced. Quod affers de *Archi-Episcopis*, verum est: quia summi Pontifices tum temporis censuerunt, *se esse in casu*, ab illis amplius aliquid exigendi, quam, *est*, *est*, propter malum frequentis resilientiæ ab Ecclesiæ unitate, & a Sedis Apostolicæ obedientia, nec non proruptionis multorum contra canonum statuta, etiam post sacramentum præstitum præsumptæ. Quoad *Cassinenses* autem *monachos*, nego, quod excusatio eorum, tanquam frivola, fuerit rejecta; nam, teste eodem Chronico loc. cit., Successor *Honorii* II. non coëgit eos jurare: falsum ingerit *Gonzalez*, scribendo, quod *Innocentius* III. miserit ad eos epistolam, quæ est *Cap. 26. de jurejur.*, post quam cessaverit superstitio, & prætextus aversandi obedientiæ jugi; nam illa decretalis nihil continet de hac *Cassinensium* causa, nec fuit ad istos missa; sed ad monachos *Castellionis* in diœcesi *Virdunensi*, indulgendo eis, ut deficientibus aliis testibus, pro indemnitate sui monasterii jurare possint in qualitate testium. *Ad Consequens* distinguo: si *legislator canonicus* velit Clericos quoque de calumnia jurare C. Antequam velit N. libenter enim concedo, quod tanta vis non insit illi præcepto generali *de non jurando*, ut legislator nequeat *particulares* juramentorum *species* præscribere, si obviandum fuerit alicui malo; propter hoc enim inventa sunt, & permissa juramenta.

48. D. *Contra est. 2.* Clericis non sunt alia juramenta prohibita, quam 1.) *per creaturas*: can. 9. XXII. q. 1., & 2.) *incauta* sacramenta can. 2. II. q. 5. Quæ vero *tres comites* habent, veritatem, judicium, & justitiam, licent. *Can. 2. XXII. q. 2.* Et hoc non tantum probat *Gratianus* ex S. Augustino, relato in *can. 2. 3. 4. 5. 6.* & 14. XXII. q. 1., sed etiam *Innocentius III.* in *cap. 26 de jurejur*, ubi ait: *licet juramentum prohibuisse Dominus videatur; nusquam tamen* per Creatorem, *sed* per creaturam, *jurare prohibuit:* ergo non adest *generalis* juramentorum *prohibitio* quoad Clericos: consequenter per se cadit tuum argumentum *a genere ad speciem*; cum genus hoc sit non-ens. *Confirm.* Inspectis omnibus authoritatibus, tam sacræ Scripturæ, quam SS. Canonum, nihil aliud sequitur, quam Clericos *abstinere debere* a juramento *calumniæ*, consequenter etiam *a litigio*, tunc, *cum malam causam recognoscunt se fovere*, non alias: vel ergo *mala fide* litigatum eunt, & absterrendi sunt mediante juramento calumniæ; vel *bona fide*, & nec *præcepto Domini*, nec *regulis ecclesiasticis*, vetantur jurare. C. Nego, clericis non esse *alia juramenta* prohibita, quam quæ facerent *per creaturas:* quamvis enim *Innocentius* in cit. Cap. 26. hoc ita velit explicare, post S. *Hieronymum* relat. *in can. 7. & 8. XXII. q. 1*; tamen S. *Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 2.* censet, istam responsionem non sufficere; quia *Jacobus* addidit: *neque aliud quodcunque juramentum.* Juramenta incauta quidem prohibentur, ast non, relinquitur *judicio privato* clerici *æstimare*, sitne suum, quod præstare cogitat, juramentum cautum, nec ne, sed debet adire

suum

suum Superiorem pro consilio salutari; ne forte *innitens prudentiæ suæ*, ac philautiæ, *incaute*, & *sine tribus comitibus*, juret, neve jurando ad *facilitatem jurandi* perveniat, & ex facilitate jurandi *ad consuetudinem*, & ex consuetudine *ad perjurium*, ut loquitur S. *Aug. lib. de mendac. cap. 15. circa med.* Quare *duo* hic subtiliter sunt distinguenda *præcepta*, alterum *Domini*, alterum *Ecclesiæ:* Domini præceptum *commune est Clericis*, & *laicis*, nec *absolute* prohibet jurare, sed *incaute*, ac *leviter*, absque *magna necessitate*, in ore habendo jurationem, tanquam *magnum*, *aut suave aliquid*, *cum cupiditate*, *aut delectatione jurandi:* quoniam vero commune hoc præceptum *singulari* religiositatis *ratione* ad Clericos, aliasque personas, perfectionem profitentes majorem, pertinebat, sic *canon Patrum antiquus* Clericis *ultra præceptum Christi* injungit *non jurare penitus:* cum autem istud præceptum ecclesiasticum *aliquando* venire poterat relaxandum, ut juraret Clericus; ne hoc nimis frequentaretur, *Honorius* adjecit cautelam *de consulendo desuper Superiore*, ipso etiam *summo Pontifice*, in casu, quo vellet jurare Episcopus. *Ad confirm.* Non solum Clerici *pejerare* non debent *cum conscientia malæ causæ*, sed etiam *non jurare cum opinione bonæ causæ*, ut sequantur summa perfectione præceptum Domini, licet hoc eis proprie non vetet jurare in ultimo isto casu; sed tantum *regula ecclesiastica*.

49. D. *Contra est* 3.) Ergo *amplius aliquid* vetabant ecclesiasticæ regulæ *Clerico*, quam ipse Dominus. C. Concedo, & hoc ideo, ut præceptum Domini *tanto exactius* servaretur a *primariis* ejus *discipulis:* ideo nolebant SS. Canones, & leges, ut vel tentaretur Clericus ad jurandum per compulsionem legalem. D. Atqui hoc non: *probo*: S. AUGUSTINUS de semetipso dicit in Can. 14. XXII. q. 1. *Quantum ad me pertinet*, *juro*, *sed quantum mihi videtur*, *magna necessitate compulsus*; *cum videro*, *non mihi credi*, *nisi faciam*; & *ei*, *qui mihi non credit*, *non expedire*, *quod non credit: hac perpensa ratione*, & *consideratione librata*, *cum magno timore dico:* coram Deo, *aut* testis est Deus, *aut* scit Christus, *sic esse in animo meo*; & *video*, *quia plus est*, *id est*, *quia amplius est*, *quam*, *est*, *est*, *non*, *non: sed*, *quod amplius est*, *a malo est non credentis:* idipsum quoque permisit Episcopis anno 850. *Synodus Regia Ticina can. 4.*: ergo Clericis non erat penitus prohibitum jurare: ergo *regula canonica* nihil aliud volebat, quam *regula Christi*. C. Episcopis tunc major relicta erat arbitrandi potestas, & librandi, *utrum existat casus licitæ jurationis*, quam cuique Clerico inferiori, pro cujus sanctitate, & prudentia non stabat tanta præsumptio: ideo *de talibus Clericis* non legi canonem, qui *ipsorum judicio* reliquisset jurationis *æstimandam necessitatem*; multo minus, qui permisisset, eos *per statutum generale* adigi ad jurandum, utpote quod ansam præberet infestis hominibus, diffamandi Ordinem clericalem de perjuriis: valde enim frequens est, ut dicant, partem sibi adversam pejerasse, propter quam maledicentiam viri graves veren-

 tur

tur etiam vera jurare. D. Nec ego legi *de quibuscunque Clericis*, sicut *de Episcopis*: debet ergo gravissima ratio movisse *Honorium* nostrum, ut ipsis etiam Episcopis adimeret arbitrium librandi necessitatem, sibi illud reservando soli, & consequenter his duriorem faciendo viam jurandi, quam sit inferioris ordinis Clericorum. Sed

50. *Contra est* 4. Clerici possunt *ab aliis* exigere juramentum calumniæ: *Arg. can.* 15. *XXII. q.* 1.: ergo etiam possunt alii a Clericis, propter illud: *quod quisque juris in alterum statuit, ipse debet uti eo*, & mox sequens principium sapientis: *patere legem, quam tu ipse tuleris.* Cap. 6. de const. *Confirmatur*, 1. Exigi potest ab his istud juramentum, qui *calvere*, & *vexare* possunt alterum in judicio; sed etiam Clerici calvere, & vexare possunt. *Confirmatur* 2. In *diffidente*, & *exigente* juramentum est malum, non in jurante. *Can.* 14. *XXII. q.* 1. ergo si in Clerico toleratur *malum diffidentiæ*, poterit eo magis ei imperari *bonum*, quod medeatur illi malo, nempe juramentum. *Confirmatur* 3. cogendus est Clericus ad id, quod exigit necessitas; sed necessitas exigit juramentum calumniæ, quoties pars adversa laborat malo diffidentiæ, ne vexetur a Clerico litigante: ergo. Et evolve *can.* 6. *XXII. q.* 5. ibi: *juratio necessaria est: infirmitate jurare cogeris.* C. ad argum. N. C. exactiones enim debent fieri *juxta statum*, & regulam cujusque: adductum principium non servit *non exempto* contra *exemptum*, aut *specialiter prohibitum*: ad hæc *Clericus* non statuit hocce jus, ut juretur propter calumniam, sed *ipsa lex*, cujus beneficio utitur, dum exigit: *Ad Confirm.* 1. N. Major. sed, *a quibus lex propter metum calumniæ id exigi permisit*: in Clericis autem non est metus calumniæ, propter quem eos lege constringi oportuisset; cum *jura constitui oporteat in his, quæ ut plurimum accidunt, non quæ ex inopinato* l. 3. ff. de LL.; *Ex his, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur; sed ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam, quæ perraro, eveniunt.* l 4. 5. 6. ff. eod. Possunt calvere Clerici, & esto, interdum unus alterve cavillet; propterea non erat *totus Ordo* clericalis trahendus in formulam jurisjurandi, calumniæ. D. Siccine omnis causa Clericorum præsumitur esse bona? C. Hoc non dico, sed dico, præsumi, omnem Clericum *fide bona litigare*, putando, causam suam esse bonam. *Ad Confirm.* 2 Diffidentia alia est *fundata*, alia non: hoc posteriore casu ipsa est *malum infirmitatis*; priore autem, ipsa non est malum, sed oritur *a malo moris*; Arg. *cap.* 4. *de elect.*; quia hominibus mundanis parum fidere debere Clericos, tanquam sibi infestis, oppido antiquitas docuit. *Cap.* 3. *de immunit. in* 6.: equidem malo diffidentiæ, quam concipiunt sæpe laici contra Clericos, interdum suadet, servatis servandis, mederi *charitas*, sed nimium foret, eidem deferre *per legem*: hoc enim confortaret eorum pravam de Clericis opinionem, quasi vero absque temeritate haberent Clericos

pro

pro vilitigatoribus: ex quo patet responsio *ad Confirm. 3.*, nempe, quod hæc necessitas *in quovis casu particulari* librari debeat, an sit ei subveniendum juramento, nec ne; quin propterea statuatur *aliquod generale*, & quidem *coactivum*. Magis necesse est, Clerum esse immunem onere juramentorum, quam infirmitatem proximi juvari per toties frequentanda juramenta: &, si *lex 2. C. h. t.* deberet servari a Clericis, jam non referret, an pars, Clerico adversa, sit infirma, nec ne; sed *pro omni casu* formularium istud juramentum præstari oporteret: non est autem credendum, ipsum legislatorem tanta infirmitate laborasse, ut ejus incredulitati subvenire debuerit Clerus jurando.

51. D. *Contra secundum est*; Argumentum tuum *a specie ad speciem*, videlicet a prohibita *exactione cautionis jurata* ad juramentum *calumniæ*, quoad *antecedens* annihilavit ipsummet Concilium *Chalcedonense*, sub *Marciano* celebratum; nam in hoc *act. 15. can. 30.* Episcopi Ægypti jubebantur super futura subscriptione Concilii, quam primum habitura esset Alexandrinæ civitatis tunc viduata Ecclesia novum Patriarcham, *aut fidejussores dare*, aut *jusjurandum præstare:* HARDUIN. Tom. II. Concil. pag. 614. Ergo Episcopi poterant in defectum fidejussorum adstringi ad *cautionem juratoriam*. C. Exceptio est a regula: subscriptio enim illa pertinuit *ad fidem rectam*, super qua Episcopi, & Clerici jurant, *Can. 1. II. q. 5. Can. 4. dist. 100.*

52. D. *Contra est 2.* Non licet argumentari *affirmative* a *quibusdam speciebus* juramentorum, ad quæ *compelluntur* Episcopi, Clerici, & monachi, ad *quascunque species* alias juramentorum: ergo neque *negative* ab aliqua specie, ad quam non sunt compellendi, e. g. *a cautione juratoria* ad juramentum *calumniæ.* C. N. C. Quia *affirmativa* argumentatio procederet *ab exceptione* contra *regulam:* econtra *negativa* ab *uno exemplo regulæ* ad *aliud exemplum regulæ.*

53. D. *Contra est 3.* Ipse *Honorius* II. ante conditam hanc decretalem a *volentibus*, & *postulantibus* Episcopis, *Aretino*, & *Senensi*, recepit juramentum calumniæ: *Discurs prior. Num. 16. & infra 3.*: ergo ipsummet tunc non movit exemplum legis 25. C. de Episcopis: *prohibitos* enim *jurare* Pontifex, nequidem *volentes*, & *postulantes*, debuisset admittere ad jurandum; nam S. *Jacobus*, dum ait: *ante omnia fratres mei nolite jurare*, non prohibet *simpliciter juramentum*, sed *voluntatem jurandi;* & ideo dixit, notanter: *nolite*; quoniam ad jurandum non debet quemquam *spontanea voluntas* inducere, sed *necessitas* trahere *importuna*, & *tunc* potest sine culpa jurare. *S. Raymundus in Summa lib. 1. tit. 9. § 1.* C. Ideo quoque dixit Honorius: *non sumentes exemplum*, *seu formam a nobis:* quod enim Princeps *sine exemplo*, aut *contra exemplum*, in aliquo casu *singulari* probat, illud in consequentiam non trahitur. *§. 6. Inst. de J. N. G. & C.*

C. D. Atqui sumi ex hoc *Honorii* facto potest exemplum, nempe, *ut qu* *Episcopus jurare possit de calumnia, approbante Domino Papa, si velit, & post* dumne compellatur! C. Hoc sensu admitto, sed, quoniam Episcopi, qu illa historia innotuit, putarent forte, quod *Aretinus*, & *Senensis* ab Ho jussi fuissent de calumnia jurare, hinc eis significavit, quod in hoc *annueri* *rum voluntati*, & *postulationi*. D. Nondum solvisti difficultatem, quam i ex eo, quod male *se obtulerint* juramento illi Episcopi, & quidem cum in tia postulationis; cum nemo eis imposuerit *necessitatem* jurandi! C. Erant dem *sine præcepto judicis*, aut legis necessitate, sed non *extra circumstantias*, dammodo *necessitantes*: alter enim Episcoporum istorum contra alterum non tum susceperat *diffidentiam magnam* de injustitiis, sed etiam *armatas diffi* *nes*: unde quilibet contendit, suam bonam fidem juramento firmare.

54. D. *Contra est 4.* Exemplum *Marciani* non retraxit legislatorem nonicum, quo minus plura alia sacramenta imponeret Clero: ergo nequ trahere debuisset ab imponenda necessitate præstandi juramenti calumniæ. *teced. probo.* Non obstante illo exemplo, ponit *Bartholomæus de S. Concor* *Summa Pisana* verbo: *jurare* num. 8. *septem casus*, in quibus *etiam sacerdos* p & debet jurare. 1.) Pro *fide* supra num. 51. 2.) Pro *reversione* a *schism* pro fidelitate, obedientia, & unitate. *Can. 9. I. q. 7. Cap. 4. de elect. Ca* *de jurejur. Cap. 10. de major. & obed.* 3) Pro *pace* can. 1. *XXII. q. 1.* 4. *indemnitate* ecclesiæ *cap. 26. in fin. de jurejur.* 5.) Pro *testimonio*. Can. 3. *IV. q. 3. cap. 39. de testib.* 6.) Pro *absolutione* ab excommunicatione, & censuris. *Cit. cap. 10. de major. & obed. cap. 52. & 58. de sent. excom.* 7.) ostendenda *innocentia* per purgationem canonicam. *Can. 5. 13. 16. II. q. 5.* 8.) Pro *extorsione veritatis* in judicio inquisitionis. *Cap. 17. de accusat.* Q ergo quoque 9.) Pro coërcenda calumnia *Cap. 5. h. t.*? Supradictos fere exprimit sancta regula S. P. *Francisci* pro Tertiariis Cap. 12. *a jura* *autem solemnibus omnes abstineant*, nisi, *necessitate cogente*, in casibus, per i gentiam Apostolicæ Sedis exceptis, *videlicet pro pace*, *fide*, calumnia, & *monio perhibendo*, *ac etiam in contractu emptionis venditionis*, & *donationis*, *videbitur expedire.* C. Ne admisceas jura *posteriora* nostro capitulo: enim, *post Honorium* crevisse quoad Clericos & Laicos juramentorum m dinem. Revoca in mentem dicta supra Num. 31. Addo, quod dicit *Clemen* in Cap. 15. de sent. excom. *Cautio juratoria*, *quam hodie*, *qui excommu* *sunt*, *præstant*, *potius ad cautelam* ex consuetudine Ecclesiæ, *quam* rigore num, *est inducta.* Ex toto autem argumento nihil aliud sequitur, quam mum Superiorem posse, lege lata, ab illo: *nolite jurare*, in certis causis dere, & *necessitatem jurandi generalem* imponere Clericis, qui tamen ju non transgrediuntur illud præceptum; quia pro illius observantia sufficit

amare juramenta, *vel appetere*. Cur autem non duxerit, recedendum esse a regula propter calumnias *Honorius*, causas jam dixi: singulorum disparitates dare, nimis longum accideret: illud certe docuit experientia hactenus, *minus omnibus aliis juramentis* utile, ac necessarium esse *juramentum calumniæ*; adeo, ut ejusdem exactio ipsis judicibus reddita fuerit odiosa. Vid. *Van - Espen jur. Eccles. Univ. part. 3. tit. 7. Cap. 4. Num. 4. 5. 6. 7.*

§. IV.

Disputatur super altero membro casus brevis.

55. D. Satis de *principali* membro *casus brevis:* pauca adhuc movebo de *secundo*, videlicet, *licere Clerico delegare hoc officium alteri:* sic autem dico: Nihil hic specialis prærogativæ cernitur *pro Clericis*; nam *quibuscunque* etiam *laicis*, permissum est præstare juramentum calumniæ per suum procuratorem. *Cap. 3. h. t. in 6.*, & generaliter *de jure civili* juramenta possunt præstari per alios. *l. 17. §. 3. ff. de jurejur. l. 13. §. 13. ff. de damn. infect.* C. Nego, quibuscunque licuisse *tempore Honorii* præstare juramentum calumniæ *per delegatum*; hoc enim expresse erat contra *l. 2. §. 3.* & 5. & *Auth.* Principales §. 2. 3. 4 *C. h. t.* Quare illud recentius est, quod decrevit postea *Bonifacius VIII.*, morem sui ævi secutus. Leges, quas ex ff. allegas, nullatenus probant, *ullum* juramentum præstari potuisse *per alium*, licet speciali mandato suffultum: nam *prior lex* solummodo dicit, quod procurator *generalis*, aut *qui speciale mandatum ostendit*, possit alicui *deferre* juramentum *conventionale*: nihil de hoc, quod procurator pro suo principali possit illud *præstare*. Similiter lex posterior non voluit, ut is, qui *alieno nomine* postulat caveri de damno infecto, juret *in animam alterius*; imo in *suam* jurabit, eum, cujus nomine cautum postulat, id non calumniæ causa id fuisse postulaturum. Deinde etiam post *cap. 3. h. t. in 6.* arbitrabitur ex circumstantiis judex, an non hic & nunc, rejecta delegatione, ipsa persona principalis, *si fuerit sæcularis*, cogenda sit, ut *personaliter*, & *corporaliter* juret, præsertim *ad instantiam partis:* quoniam sæpe contingit, hominum conscientias percelli *solemnitate*, & *præstatione personali* juramenti, non autem *delegatione*. Econtra Clericum, vel Monachum, judex nunquam ad hoc potest compellere.

56. D. *Contra est.* Etiam Clericus, *in sua privata causa* litigans, si nolit per se ipsum jurare, dabit procuratori suo *mandatum speciale*, videlicet *jurandi in animam suam.* Cap. fin. h. t. in 6., & sic in effectu ipse jurat, secundum *Panormitanum*; atque tantummodo ad vitandum errorem in plebe in hoc dispensatur, *ne propria manu tangat Evangelia*; quod ad puram ceremoniam redit, ne sit Clerici juramentum *corporale*, sed *mere verbale*. Si vero causa non tam *ipsius Clerici* sit, quam *beneficii*, seu *ecclesiæ*, tunc quidem *Clericus ipse*

non jurat, sed *Syndicus ecclesiæ;* hoc ipso jure utuntur quælibet *Corpora sæcularia:* ergo quoad immunitatem ab hoc jurejurando Clericus vel nihil, vel admodum parum, prærogativæ habet præ homine laico. C. Nego, quod *tempore Honorii* fuerit *alternativa obligatio*, aut *personaliter jurandi*, aut dandi *mandatum speciale*, jurandi in animam Clerici. Vide supra Num. 55. Quid *postea* constitutum fuerit, non est hujus loci, utpote in quo præcise disquirimus, *ad quid teneretur Clericus in vim hujus Capituli?* PANORMITANO sentienti, quod immunitas hæc clericalis, seu prærogativa præ laicis tantum in eo constitisset, *ne tangerent Evangelia*, accedere non possum, propter verba: *Clericus* omnino *jurare non audeat: a juramento calumniæ præstando sit immunis:* minime *jurare audeat*: neque enim dicit textus: *Clericus juret, sed non cogatur tangere Evangelia:* neque etiam: *Clericus non cogatur* determinate *personaliter jurare, sed vel personaliter, vel per mandatarium, qui de speciali mandato juret in animam ejus.* Quapropter omnes istæ explicationes debentur inutili veterum studio, *capitula* hujus tituli *posteriora* conciliandi cum præsenti: nos autem repetimus hoc Capitulum, *tanquam si posteriora Capitula non essent in mundo*, ut rectum sensum, qualis *tempore Honorii* intelligebatur, assequamur. Altera pars argumenti pariter non subsistit; nam de jure civili & canonico *ante conditum cap. 6. h. t.* non liberabatur universitas sæcularis a præstatione hujus juramenti per hoc, quod ipsa ageret per Syndicum. *l. 2. §. 5. C. & cap. 3. h. t.* Ecclesia vero liberabatur, quia gaudet jure Clericorum: nec ullo ex textu ostendi potest, quod *Syndicus* saltem *Ecclesiæ* teneretur propter calumniam jurare *tempore Honorii.*

§. V.

Recensetur, quæ subsequenter acciderint contra observantiam bujus Capituli.

57. D. Non admurmurare tantum tibi debeo, doctissime Domine Candidate, sed etiam applaudere responsionibus datis: cur autem noluisti excipere ullum argumentum *a posterioribus Capitulis* hujus tituli? C. Ideo, quia nolo conciliare, quæ concilianda non sunt: sed potius tecum gemere fata Cleri, non multo post, pertracti, dicam, an ruentis, in obligationem juramentorum? *Immunitas* illa, tot vigiliis Patrum vindicata hactenus *usque ad sæculum* XII., tandem succubuit *spiritui legum mundanarum*, in forum Canonicum gliscenti sub *Lucio III.* eodem adhuc sæculo, circa an. 1181. D. Mali Clerici dederunt *per spiritum mundi* ansam *spiritui mundanæ hujus legis:* ait enim *Lucius III.: novis morbis nova convenit antidota præparare.* Cap. 5. h. t. Rescripsit autem hoc *in Angliam* Episcopo Heliensi, & archidiacono Natuicensi: aliis verbis in alia causa rescripserat idem Pontifex Archi Episcopo Cantuariensi: *contra diversa experimenta morborum varia nos convenit medicamina invenire.* Appendix Concilii Lateran. III. *part. 23. Cap. 6.* Compilatio 1ma *Cap. fin. h. t.*, injunxitque

Cle-

:ricis, ut præstarent juramentum calumniæ cum clausulis: *appellatione remo-* &: *consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.*

58. C. Resuscitas nostram disputationem: ex his enim postremis verbis ırguo: Consuetudo, per quam Clerici Anglicani usque illue non solebant ıre de calumnia, dicitur hic esse *contraria legi;* certe non *Canonicæ:* ergo 'i, nempe *l. 2. C. h. t.:* ergo sub hac Clerici comprehendebantur: ergo ıra se defendebant *lege Marciani*, tanquam quæ *pro ipsis* sit: alias non fuis- onsuetudo legi contraria: ergo legum periti illi, qui *sub Henrico*, & *Hono-* rolebant Clericos trahere in necessitatem hujus *legis Justinianeæ* recte sense- : secundum *Lucium III.* D. Per *legem* intelligit Lucius *suum istud decretale datum*, quo legem Justiniani *extendit de novo* ad Clericos; non vero legem n *secundum se;* quia consuetudo non jurandi erat *juxta leges, & canones.*

59. C. Sed, nunquid jam *Eugenius III.* in *Cap. 2. h. t.* ante Lucium III. rinxerat clericalem immunitatem ad solas *causas* Clericorum, & laicorum *tuales:* ibi: *in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis, & rebus spirituali- tantum, agitur, Romana Ecclesia juramentum calumniæ nec dare, nec recipere uevit:* ergo jam tempore *Eugenii III.* Clerici erant sub jugo legis illius mun- e, quando *objectum litis* non erat *aliquid spirituale.* D. Non, mi chare; ı, si fontem legimus, tam ex *appendice Concilii Lateran. III., quam ex MSta pilatione ıma*, conspiciuntur hæc verba: *canones autem juramentum Calumniæ prorsus indicunt:* nota bene: *nulli prorsus:* ergo neque his, qui propter rem poralem litigant, Clericis: C. Verba in *Raymundina*, sive *sexta* compilatio- ıon sonant sic, sed restrictio conspicitur: *in hujusmodi causis.* D. S. Ray- ıdus hæc verba fonti apposuit, pro more suo, ne stylo sui temporis discor- :t: Colligis ergo, quod post *Lucium III.* distinctio facta fuerit inter causas *porales, & spirituales:* in illis præstabatur juramentum calumniæ, non autem is. C. Sed hæc ipsa, *ad solas causas spirituales* restricta immunitas non du- t propter *Cap. 1. § fin. h. t. in 6.* D. BONIFACIUS VIII., videns, *n in spiritualibus causis* frequenter calumniari, ut via præcluderetur calumniis, robavit praxin plerorumque, conjungentium *duo simul juramenta*, nimirum, *de veritate dicenda*, quam *de calumnia.*

60. C. Attamen *Eugenius III.* in *cap. 3. h. t.* profitetur de se ipso, quod at juramentum calumniæ in pertractandis causis, aut per principales per- s, aut per indultos eisdem œconomos, semper tamen *in animam ipsiusmet ntis*, id est, si juret *œconomus*, in hujus animam, si *principalis persona*, pa- r quoque in istius animam: loquitur autem in casu, quo Abbatissa litem :bat cum Abbate: ergo jam *Eugenius III.* recessit ab immunitate *Cap. ımi*

 h. t.

h. t. D. Iterum hic debemus recurrere ad fontem textus: dicit Eugenius: *in pertractandis causis sacramentum de calumnia non passim præcipimus exhiberi, sed*, cum fieri facimus (hæc verba omisit *Raymundus*, sunt tamen in *compilatione 1ma*, vel, ut accuratius in *Appendice* Concilii Lateranensis: *cum fieri sinimus*) *causa, & principalium personarum qualitate inspecta diligenter, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per œconomos sibi indultos, illud præcipimus præstari.* Non loquitur hic Pontifex de *constitutione aliqua generali*, qua præceperit in judiciis suis exhiberi juramentum calumniæ a personis ecclesiasticis, etiam *sub obligatione tantum alternativa*, aut per se ipsas, aut per œconomos: sed de *suo decreto approbante:* quoties enim pars parti offert, aut defert in judicio juramentum, judex interponit suum *decretum sinens*, sive *approbans:* hinc dixit Eugenius: *cum fieri sinimus:* non sivit autem *passim*, per modum *necessariæ formalitatis*, sed prius diligenter inspecta *causæ* qualitate: deinde *non semper compulit* personas ecclesiasticas, ut *per semet ipsas* jurarent, verum indulsit eis *delegationem œconomorum*, ad normam *Capit. 1. h. t.* Sed nec sivit semper illas jurare, tametsi sponte voluissent: interdum noluit per œconomos jurari, verum per ipsasmet personas principales: quidquid autem mandaret *Eugenius*, hoc semper *cum diligenti discretione, & causa cognita*, mandavit; nec sustulit propter hoc immunitatem, ab *Henrico*, & *Honorio* concessam; sed tantum sua praxi ostendit, non prævalere sic illam immunitatem, quin prudens judex *aliquando* ab ipsamet principali persona exquirere possit juramentum calumniæ. Unde hoc *Cap. 3.* servire poterit pro Cap. 1. per modum exceptionis: nempe *nisi in aliquo casu speciali judex ecclesiasticus æstimaverit hæc duo, videlicet* 1.) *jurandum esse de calumnia.* 2) *jurandum esse per ipsammet personam principalem.*

61. C. Nonne vero idem *Eugenius III.* in *Cap. 4. h. t.* præcepit *monachis Cisterciensibus*, ut loco sui constituant œconomum, qui valeat juramentum de calumnia exhibere? D. Nonne expresse adhuc salvavit eorum immunitatem ponendo: *ad quod faciendum eos cogere non debemus?* Et quare? inspice fontem: quia *Imperatorum sæcularium leges, & ecclesiasticæ Patrum Constitutiones, viris religiosis nullam molestiam, vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt:* en apertam provocationem ad leges, & canones, in *Cap. 1. h. t.* laudatos, & ad regulam S. Benedicti. Quoniam vero *causidici Galliæ* a bonis istis religiosis absoluta importunitate exigebant juramentum calumniæ, sicut ab aliis laicis, timendumque fuit, ne, recusato eo, monasteria a causa sua deciderent, sic *Eugenius* ordinavit, ut œconomus constituatur, qui juret, & hunc ipsum noluit *semper* jurare, sed, *cum res postulaverit, cum necesse fuerit.* Cognoscis ergo, quod *Eugenius III.* absolute adhuc, quantum in ipso erat, erectum servare contenderit *Cap. 1. h. t.*, primusque fuerit *Lucius III.*, qui contra illud disposuit.

62. C

62. C. Sed nunquid *Innocentius III.* egregie promovit necessitatem juramenti calumniæ; fecit enim in *Cap. 6. h. t.*, ut videtur, *motu proprio*, per *formalitatem processus civilis*, lite coram se contestata præstari juramentum a procuratoribus, tum Ravennatensis Archi-Ep., tum Communis Faventini. D. Non *promovit*, sed *tractus est* in hanc formalitatem ex stylo sui temporis, quo judicibus etiam *ecclesiasticis* nimis placuerunt *leges Justinianeæ*, cum dispendio *simplicitatis canonicæ*, quæ antea negligebat *legum districtionem*. Cap. 2. h. t. Ostium, sicut dixi, aperuit *Lucius III. in Cap. 5. h. t.* quo semel patente, adhuc reputabatur magnum Cleri privilegium esse, quod liceret hanc formalitatem implere *per Syndicum*.

63. C. Quid autem fecit demum nepos Innocentii III., *Gregorius IX.*, dum in *Cap. fin. h. t.* plane quoad *Episcopos*, & consequenter a fortiori quoad *omnes, eo apice inferiores*, fecit hanc distinctionem: *si litiget per se, jurabit quoque de calumnia per se: si litiget per Syndicum, vel actorem, iste præstabit hoc juramentum.* D. Gregorius IX. usus est verbo: *videtur*, per quod innuit, se ratiocinari ex Cap. 1. h. t., ejusdemque verbis: *aliis idoneis defensoribus:* necesse enim videtur, ut is, qui delegatur ad præstandum calumniæ juramentum, sit delegantis *defensor;* sequitur, quod, si Episcopus defensore non utatur, sed per se ipsum agat, non liceat ei, hoc officium per delegationem a suo humero amoliri. Hæc expositio nobis quidem non arrisit supra Num. 56.; attamen retinenda est; quia ita scripta est. *Arg. l. 12. princ. ff. qui, & a quibus manumiss.* Unde resultavit regula: *Clericus, per semetipsum litigans, jurabit personaliter de calumnia, etiamsi foret Episcopus.* Imo vero, propter *Cap. 5. h. t.* adhuc supererat difficultas, an *Clericus Episcopo inferior* non teneatur *per se ipsum* jurare, etiamsi litigaret per mandatarium?

64. C. Sed, quorsum venit illa moderatio nostri Cap. 1. *inconsulto summo Pontifice, inconsulto Prælato suo?* D. GLOSSA in hæc verba dicit, post *Cap. ult. h. t.* obligans tunc Episcopum personaliter jurare, si litiget per se ipsum, necesse amplius non esse, requirere Papam: & recte sentit, quia tunc compellitur: de Clerico autem censet, quod teneatur primo requirere *Episcopum* suum, rectius dixisset *Prælatum* suum. *Vid. in disc. prior. Num. 51.*, quia facilius adiri potest. Verum, modo non est amplius quæstio de *facili*, vel *difficili*; postquam juris necessitas subjugavit Clerum adinstar laicorum, & Clericos jurare corporaliter nihil rari, & insoliti est, multo minus scandalum, vel horror plebis propter frequentiam, sicut olim erat *sub Honorio.* Hinc interpretes jam sæculo XIV. unanimiter scripserunt: *istud hodie non observatur.* Nullus tamen dubito, quin adhuc hodie *Regulares personæ* consulant suos Prælatos, antequam jurent. Qui timoratiores sunt *de Clericis*, prius consulunt, loco Prælati, Confessarium, more piorum laicorum.

65. C. Ergo antiquatum eſt, pridemque inutile, & exſufflatum iſtud noſtrum Capitulum, ſuper quo tantum ſudavimus! Factus eſt enim nunc *quoad hanc formalitatem*, ſacerdos, ſicut populus: ut quid igitur S. *Raymundus* illud retulit in compilationem 6tam; cum ſuo jam tempore variaſſet hæc diſciplina? D. Non eſt penitus antiquatum, & multum adhuc utile: 1.) Ut moneantur omnes Clerici, quanto ſtudio effugere debeant quævis juramenta, præſertim corporalia: *moralitas* enim alicujus *canonis*, ſive *idem ſpiritus*, ſemper manet, tametſi varietur *diſpoſitio*. Proindeque 2.) Clericus, quotiens poteſt ſyndicum habere ratione eccleſiæ, dignitatis, vel beneficii ſui, potius hoc delegato, qui juret *in animam propriam*, utatur; quam ut ipſe litiget, & per ſe juret. 3.) Litigans Clericus in *cauſa ſua privata*, & *patrimoniali*, conſtituat procuratorem *cum mandato ſpeciali* jurandi in animam ſuam, juxta facultatem *Cap. 3. h. t. in 6.*, per quod moderatum eſt *Cap. 5. h t.*; hoc enim magis decet, quam ut ipſe *perſonaliter* juret, licet *quoad conſcientiam* idem ſit: diſcurſ. prior. Num. 45. & 54. 4.) Recurrat ad ſuum Epiſcopum, ſi forte judex arbitraria interlocutione vellet eum, abſque manifeſta cauſa, privare beneficio *Cap. 3. h. t. in 6.* 5.) Nunquam, etiamſi lis ei foret, tanquam actori, in cauſa *patrimoniali*, coram judice *laico*, reſolvat ſe, ut ei *perſonaliter* juret; hanc enim poteſtatem arbitrandi *Cap. 3. h. t.* ſolis judicibus *eccleſiaſticis* dedit, ut poſſint *quandoque* ipſas perſonas principales adſtringere, rejectis procuratoribus: neque *Cap. 5. & ult. h. t.* derogarunt *Cap. 1. h. t.*, in quantum hoc repreſſit judices *ſæculares*. Et ſiquidem Clericorum aliquis vellet ſe ad hoc *ſponte* reſolvere, quod propter praxin communem *ipſorummet laicorum* facile poſſet evitare, credo, & teneo, peccaturum adhuc hodie *Epiſcopum*, niſi petat licentiam *a ſummo Pontifice*, & Clericum, niſi *a ſuo Prælato*; quia *ſine neceſſitate, per Superiores approbata*, violaret *antiquiſſimos Canones*, & renunciaret *legum imperialium privilegiis*, nuſpiam ſublatis. Ex quibus perſpicies, in quibus adhucdum ſtet erectum *Cap. 1. h. t.* dummodo Clerici ipſi nolint propria facilitate idipſum peſſumdare.

§. VI.

Colliguntur notanda bona grana ex hoc textu.

66. D. Meſſis collecta eſt: nunc, exemplo Gloſſæ, & Repetentium, ad *ſpicilegia*. Quænam ex hoc Capitulo notas? C. Legamus notata Gloſſæ poſt *caſum longum*.

1.) Quælibet Eccleſia ſuum habere debet defenſorem ad agendum, & defendendum, qui juret de calumnia.

2.) Gra-

2.) Graviores quæſtiones per Romanum Pontificem debent terminari. *Vid. Diſcurſ. prior. Num. 26.*

3.) Canones vim legum obtinent. Ibid. *Num. 36.*

D. *Hoc procedit de* antiquis canonibus, *qui paſſim in Eccleſia vigebant;* novi *enim* Canones *vim* legis Imperii, vel Regni *alicujus, ut habeant, requiritur, hoc regiſtris legum publicarum inferri; alias duntaxat vim* legis Eccleſiaſticæ *habebunt: imo* libertas Gallicana *nequidem taliter ſinit valere* novos *canones* diſciplinares (*aliud eſt de* pure dogmaticis) *niſi regiſtrentur.*

4.) Nullus Clericus *taliter*, id eſt, de calumnia, jurare debet, ſine licentia ſui Prælati. *Vid. diſc. prior. Num. 52.*

D. *Qualiter iſtud hodie obtineat, vid. hic Num.* 63. *&* 64.

67. *C.* Quid notant cœteri Doctores? D. Notant quædam de *juramentis Clericorum in genere*: quædam de *juramento calumniæ* in genere: quædam vero *parerga*, id eſt, *extra materiam* juramenti. *Quoad primum* notant

1.) Clerici, ſecundum nonnullos Patrum Canones, omnino jurare non audebant.

2.) Secundum *Honorium*, ſaltem non absque licentia ſummi pontificis, ſi *Epiſcopus* * jurare velit; nec ſine licentia *proprii Prælati*, ** ſi *Clericus*, vel *Monachus.*

* *Quidam veteres dixerunt, hoc intelligi de Epiſcopis* exemptis, *& Sedi Apoſtolicæ* immediate ſubjectis; *cæteris enim ſufficere licentiam* Archiepiſcopi. *Sed male; quia, ſi hoc voluiſſet* Honorius, *non opus ei fuiſſet, de Epiſcopo ſingulare reſervatum facere, ſed potuiſſet brevius ponere, ut quivis de clero juraturus ante omnia obtineat licentiam ſui immediati Prælati; tunc enim ipſe ordo hierarchicus direxiſſet Epiſcopum ad Metropolitanum.*

** *Nonnulli putaverunt, nomine* ſui Prælati *intelligi Superiorem* eccleſiaſticum *illum*, coram quo litigat Clericus: *ſed male; nam talis non eſt ſemper Clerico litiganti* Prælatus ſuus, *quamviſ ſit pro ea vice* judex ſuus. *Et proprii cujusque Prælati intereſt æſtimare*, an ſinat honor ſui cleri, & Eccleſiæ, *ut aliquis de ſubditis ſuis juret, necne; ſi enim pejerare videretur, non ipſi ſolum hoc probro foret, ſed etiam ſuæ eccleſiæ.*

3.) Et hoc vel maxime neceſſarium eſt, ſi Clericus, gaudens privilegio fori juratum eat coram *judice ſæculari.* LAYMANN *hic, dico 3.* Conſentiunt plerique DD., quia in hoc non ſunt Clerici *ſpecifice* licentiati, imo *propter ſpecialiorem* indecentiam ſpecialiter prohibiti *

* *Hanc*

* *Hanc regulam* in Episcopis Germaniæ *usu abrogatam esse, non ausim asseverare; cum horum principalis Celsitudo, sociata dignitati Ecclesiasticæ, nunquam se in tantum sit humiliatura. De Communi Clericorum dolendum; quod, si agant, coram judicibus laicis, jurent. Quid servetur, si producantur in testes, vid. supra num.* 35.

Limitatio extranea, *id est*, ex aliis capitulis petita: *In quibus juramenti speciebus Clericus habet authoritatem* ab ipso jure, *potest jurare, non exspectata alia licentia.* Ant. de Butrio hic num. 28.

4.) Universim Episcopi, & Presbyteri *facili de causa* jurare non debent; sed, si *major aliqua necessitas* postulet. *Idem ex S. Thoma 2. 2. quæst. 89. art. 10. Cap. 4. II. q. 5.*

5.) Speciale est in *personis ecclesiasticis*, quod jurent de calumnia per procuratorem, *etiam sine speciali mandato ad jurandum:* secus est in laicis. *Durandus in speculo de juram. calumn.* §. 3. Vid. *in discurs. prior. Num. 45.*

68. Quoad secundum notant

1.) Juramentum calumniæ præstandum est *in primo litis exordio*, id est, immediate post litem contestatam. *Abbas antiquus.* *

* *Hoc de* rigore antiquo; *nam praxis subsequens induxit &* tacitam omissionem. *Cap.* I. §. I. *h. t. in* 6., *&* dilationem *hujus juramenti* in quamlibet litis partem. *Ibid. princ.*

2.) Præstandum quoque est in causa criminali. Vid. *discurs. pr. Num. 46.*

3.) De rigore primævi juris ipsæ personæ principales, & non aliæ, illud præstabunt. Vid. ibid. Num. 45.

Et hoc remittitur *Cap.* 3. 6. *h. t. Cap.* 3. *eod. in* 6.

4.) Juramentum calumniæ non potest specialiter committi, nisi & causæ prosecutio committatur. *Durandus in speculo de jur. calumn. §. 3. Arg. h. Cap. in* verbo: *defensoribus.*

69. *Quoad tertium* notant

1.) Omnes DD., sicut notavit *Glossa*, supra notato 2. Addit *Ant. de Butrio* hic num. 3. *maxime, quando materia tangit Clericos.*

2.) *Gravis* dicitur *causa* propter intricationem opinionum. *Idem num. 3.*

3.) Lex civilis disponens *in materia canonica* recipit declarationem legis canonicæ. *Idem num. 8.*

4.) In

4.) In dubiis legum, si reperiatur interpretatio *Imperatoris* ad illam, *ex quo justa*, recurrendum est *in subsidium* ad Papam. *Idem num. 10.*

Addit ibidem Butrio: *Et sic, quod dicitur, ad Papam spectare determinationes surgentes* ex dubiis legum, *est verum*, nisi alia appareat determinatio legum, *ad quam* antea *est recurrendum. Tu retine distinctionem materiæ* indifferentis *a* canonica: *in hac lex civilis suscipit reformationem, & moderationem summi Pontificis: in illa, quatenus* de translatione ejus in forum canonicum *agitur, idem permittitur Domino Papæ; sed ejus reformatio, & moderatio tunc non operabitur* ultra fines jurisdictionis ecclesiasticæ.

5.) In constitutionibus plus ponderanda *intentio*, quam *verba*. Idem Butrio Num. 12. Exemplificavi discurs. prior. Num. 41., explicando verba canonis: *Clerici* omnino *jurare* non *audent*.

6.) Constitutio, quæ *quoad verba* dirigitur *ad locum certum*, & *de loco certo* loquitur, *si materia est communis*, non restringitur ad locum certum, imo *generalis* intelligitur. *Idem num. 9.*

7.) Duplex est lex, *divina*, & *humana*, & appellatione *divinæ* comprehenditur *canonica*. Interpretes hic passim. *Vid. disc. pr. num. 40.*

Hanc observationem hic plerique veteres faciunt, indigitantes Can. 1. *dist.* 1. *ubi:* omnes leges, aut divinæ sunt, aut humanæ: *quoniam vero statim sequitur:* divinæ natura, humanæ moribus, constant, *non potest ista Canonis* 1mi *divisio huc applicari, ut quilibet studiose meditans comprehendet.*

70. Denique observabo quoque

FALSA NOTATA

1.) *Glossæ* supra Num. 66. notat. 1., quod propterea communiter deseruerunt interpretes.

2.) Lex etiam civilis videtur posse prohibere *Clericis*, & fortius laicis, ne jurent. *Immola* hic.

Hoc vult probare ex l. 112. §. 4. ff. de legat. 1. l. 6. §. 4. ff. de jur. patron., *ubi Glossa eleganter dixerit, quod lex in materia juramenti videtur habere* vim Apostolici, *id est, Domini Papæ. Subjungit tamen*, Hostiensem in Cap. 25. de Jurejur. *videri dicere, hac verum esse*, quando lex est approbata per canonem. *Sed ex his adductis neutiquam probatur, quod lex civilis possit prohibere Clericis, ne jurent: cum solummodo sequatur, etiam per Clericos testamento, vel alias, exacta juramenta* contra vim legum, & authoritatem juris *non ligare eos, a quibus illa exigerent Clerici.*

3.) Appellatione Clericorum non comprehenduntur Monachi. *Ant. de Butrio Num. 13.*

Haec propositio reprobatur per Panormitanum, & Laymannum *hic ex ipso textu nostro. Vid. Discurs. prior. Num.* 47.

Et sic punctum sit, cum clausula *Joachimi* abbatis in *Cap. 2. in fin. de sum. Trin.*



Animadversiones Editoris.

Ad Partis posterioris §. III. n. 29. Videri etiam praecipue de difficultate ob juramentum istud nota a Pontificibus possunt *Gesta Friderici I. in Collectione Urstisiana. Hadriano IV.* respondit Imperator: „Antecessorem Hadriani Ca„lixtum II. jam declarasse, ut Ecclesiastici propter haec Feuda reddant Caesari, „quae sunt Caesaris: si nolint, posse eosdem Feuda sua dimittere, et Impera„tori iterum consignare: subjungit demum: humilitati, quae est custos virtu„tum, et mansuetudini vestrae non minimam notam inuritis, cum hujusmodi „Quaestiones parum Religioni conferentes secularibus personis proponitis. „Imperator hic comprehendit paucis omnia, quaecunque de hac re dici „possunt. „

Ad ejusdem §. n. 34. Juramenta isthaec exinde invaluisse videntur, quod Jus Patronatus omnino quid simile involvere Dominio directo censeretur, aut tota haec res ad analogiam Feudorum reduceretur: inde et Patronus invenitur dictus Lehenherr, aut foemina patrona Lehenfrau: Jus Patronatus geistlich Lehn ut *in Anal. Hass. Col. VI. p. 425. Johann. Comes de Zigenhain* ait in charta de anno 1424: „Unde hain jme unde sin Libs Lehins Erbin geluwen die Pfarre „Kirchen zu ..... also das Henrich egenant unde desin Libs Lehins Erbin „solche lihen mogen wann des noid ist als dann geistlicher Lehen recht ist: „ item *beneficium spirituale*, vocem autem beneficium idem ac Feudum denotasse passim notum est; ut in charta apud L. B. DE GUDENUS *Tom. I. p. 971.* de anno 1323. vendidimus .... „exceptis vasallis nostris et Beneficiis spi„ritualibus etc. „ Generatim mereretur materia de Jure patronatus, quae ex Jure Ecclesiastico Germanico plura singularia a Jure communi deflectentia habet, ex monumentis, diplomatis, aliisque fontibus Germanicis illustrari, quippe qualia frustra in scriptoribus utut diffusis requiras.

Ad

Ad §. VI. n. 67. not. 3. Episcopi Germaniae cum simul sint Status Imperii, si cum aliis Statibus litigant, juramentum calumniae non praestant, quippe quod in casu, ubi Status Imperii inter se actiones movent, insolitum est; idque eo magis cum et Consiliarii Statuum Imperii nomine Principalium litigantes id praestare non teneantur ex R. I. 1654. §. 43. in verbis: „davon jedoch der Churfürsten und Stände verpflichtete Räthe, soviel ihrer Herren „Rechtfertigungssache betrift, zu excipiren. Idem de Advocato Fisci ait GAIL *L. 1. Ob. 90.*



IV.

PAULI JOSEPHI A RIEGGER &c.

DISSERTATIO

DE

POENITENTIIS ET POENIS ECCLESIASTICIS.

Viennae 1772.

CAPUT I.

DE POENITENTIIS.

§. I.

roitus. Communis *ecclesiae christianae finis* in felicitate aeterna & exacta traditae a Christo sapientissimo hujus ecclesiae autore religionis custodia consistit. In eo obtinendo *commune ecclesiae Bonum*, & in ejusdem haud impedita & libera perfruitione *salus ecclesiae* versatur, ad quam conservandam, promovendam & consequendam *virtute* non *civili* illa, & *externa*, quam Hypocrisis & pharisaismus, pessima religionis monstra, comitantur, sed *morali & interna* opus est, quam qui migrat, non tantum conscientiam suam onerat & *peccat*, sed etiam si actionibus externis, non sine publica aliorum offensione animi sui perversitatem demonstret, scandalo suo ecclesiam ipsam, ejusque sanctitatem gravissime laedit, & ita in eam delinquit. Igitur *peccata* atque *delicta* finem ecclesiae evertunt, & a perfecta felicitate, quam tanto ardore omnes concupiscunt, homines abducunt. Constituimus hac dissertatione explicare remedia, quibus Christus ecclesiam suam instruxit, ut utrique malo occurrere, laesamque religionem in integrum restituere queat.

Vid. Instit. Jurisprud. eccles. P. IV. Lib. V. §. §. 241. 242. 243.

§. II.

§. II.

Eum in finem comparatæ sunt pœnitentiæ & pœnæ. *POENITENTIA*, eaque *interna* hoc loco nobis est *dolor animi, quo mala commissa plangimus, cum serio proposito illa rursus non committendi. Can. 1. 4. Dist. III. de pœnit.* S. *LACTANT. div. instit. VI. 24.* Hujus quidem necessitatem (P. I. Proleg. §. 37.) sed simul insufficientiam (ibid. §. 68.) recta ratio agnoscit, dum, qua ratione divinæ justitiæ faciendum sit satis, ignorat. Viam aperuit divina revelatio, & pœnitentiam, quam modo *externam* dicere placet, nobis monstravit, quæ sit Sacramentum novæ legis, a Christo Domino institutum. *MATH. XVI. 19. Joan. XX. 23. SYNOD. TRIDENT. Seff. XIV. Can. 1. & 3. de sanctiss. pœnitent. sacram.*, quo per Sacerdotis absolutionem homini confesso & interna pœnitentia contrito peccata post Baptismum commissa remittuntur. *Est hoc Sacramentum pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis Baptismus. Synod. Trident. cit. sess. XIV. in doctr. de Sanctiss. pœnit. & extrem. unct. Sacram. Cap. 1. & 2.* Quid sit Pœnitentia?

§. III.

Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio & satisfactio. SYNOD. TRIDENT. loc. cit. cap. 3. Est autem *CONTRITIO, quæ primum locum habet* (ita illa pergit cap. 4. ibid.) *animi dolor & detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis modus necessarius, & in homine post Baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordiæ & voto præstandi reliqua conjunctus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.* Sacramenti pœnitentiæ materia consistit 1.) in contritione

Docet præterea S. Synodus, *etsi contritionem hanc aliquando charitatem perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. add. Can. 4. 5. ead. Seff.*

§. IV.

Secundum locum occupat *integra peccatorum CONFESSIO. Oportet enim a pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint. Cæterum quod ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem cum ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit:* 2.) in confessione

non est tamen hoc divino praecepto mandatum nec satis consulte humana aliqua le[ge] praeciperetur, ut delicta praesertim secreta publica essent confessione aperienda. S[Y]NOD. TRIDENT. *loc. cit. Cap.* 5. *add. Can.* 6. 7. *ibid.*

Equidem non ignoro fuit primis ecclesiae saeculis confessio publica, sed nunqua[m] lege aliqua praecepta erat. *S. CHRYSOST. hom. XXI. ad pop. Antioche[n].* Verum vel ex poenitentium propria voluntate. *S. IRENAEUS Lib. I.* vel ex speciali Sacerdotum consilio fiebat. *ORIGENES homil. II.* *Psalm.* 37. *EUSEBIUS hist. lib. V.* 28. *VI.* 2. *VII.* 6.

§. V.

[D]e satisfactione.

Demum quoad *SATISFACTIONEM* •• *Sancta Synodus declarat falsu[m] omnino esse & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin un[i]versa etiam poena condonetur.* Hinc satisfactionis necessitatem argumentis ex S. Scriptura, Traditione, & ratione petitis luculenter demonstrat. *Neque ve[ro] ita est nostra satisfactio haec, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit p[er] Christum Jesum, nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus: eo cooperant[e] qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, unde glorietur, sed omn[is] gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfac[i]mus, facientes fructus dignos poenitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offerunt[ur] patri, & per illum acceptantur a patre.* SYNOD. TRIDENT. *loc. cit. cap.* 8. *add. Can.* 12. 13. 14. *ibid.*

VAN ESPEN. Tom. I. P. II. Sect. I. Tit. VI. cap. I. Reliqua, quae d[e] Sacramento Poenitentiae dicenda forent, Theologis relinquimus.

§. VI.

[P]oenitentia publica.

Poenitentia externa, (sup. §. 2.) inprimis, quod ad satisfactionem atti[net], alia est *publica* alia *privata*. *PUBLICA dicitur*, quae in facie ecclesiae pu[bli]ce & palam peragitur. Huic per priora sex ecclesiae saecula subjiciebantu[r] omnes, gravium reorum *gravium rei*, sive dein *publica*, sive *occulta* eorum peccat[a] fuerint. Hac sola differentia quod peccatores occulti nec poenitentiam, nec ab[so]lutionem publice reciperent, nec per censuras, sed per privatam absolutio[nem] ad eam subeundam adigerentur. Quae disciplina in ecclesia latina usque ad finem Saeculi VII. circiter duravit, quo tandem tacito quo[]dam ecclesiarum consensu axioma invaluit: *de peccatis publicis publice, de occul[tis] occulte est poenitendum.* Hactenus quidem poenitentia publica semper qui[]busdam externis ritibus vestita & ita etiam solemnis fuit. Sed id non atten[]dentes theologi scholastici, qui Saeculo XIII. ex GRATIANI *Can. 64. Dist.* 5. poenitentiam aliam solemnem a publica distinctam exsculpserunt.

Sunt

Sunt qui peccata occulta, licet gravia, nunquam pœnitentiæ publicæ obnoxia fuisse contendunt, inter quos est *JOS. BINGHAM. Orig. eccles. Volum. VII. lib. XVI. cap. III.* §. 14. Sed nobis præplacuit sententia *JOAN. MORINI l. c. lib. V. Cap. VIII. seq.* Cæterum peccata omnia de quibus Apostolus ait: *qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt*, publica pœnitentia expianda fuisse verius esse videtur, *BINGHAM. loc. cit. Cap. IV. seqq.* add. *VAN ESPEN. loc. cit. Cap. II.*

§. VII.

Ecclesia pœnitentes suos in IV. Ordines sive Classes dividere solebat. Ordo I.) *Flentium* erat, qui in ecclesiæ vestibulo prostrati fidelium preces, ut que ad agendam publicam pœnitentiam admitterentur, flagitabant. TERTULLIAN. *de pœnit. cap. 9.* quorum precibus, cum ecclesia annueret, ista *pœnitentiam* dare, illi *pœnitentiam* accipere, atque ita II.) *Audientes* dicebantur, quibus in infima ecclesiæ parte scripturam atque sermones audire licebat, sed tanquam oratione indigni, antequam preces communes inchoarentur, abire jussi sunt. Uti nec opera laboriosa ad Dei gratiam promerendam & peccata redimenda ipsis imperata fuisse leguntur. Quatuor poenitentium ordines.

Hanc pœnitentium in IV. Classes distinctionem post Novati Hæresin, hoc est sæculo III. medio incepisse, verosimile est. *CARDIN. BONA de Reb. Liturg. lib. I. cap. XVII.* §. 3. quidam Canones *CON. NICÆN. Can.* 11. & 12. *ap. Beuereg. in Pand. Canon. Tom.* 1. *Fol.* 71. *ANCYRAN. Can.* 4. 6. 9. *ap. eund. ibidem fol.* 377. 380. 382. Stationem flentium prætereunt; nec immerito, quum potius præambulum ad pœnitentiam, quam verus pœnitentiæ gradus fuerat. Attamen *GREGOR. THAU. MATURG. Epist. Canon. Can* 11. *apud eund. Tom. II. fol.* 35. & *BASILIUS. Epist. Can. ad Amphiloch. Can.* 22. 75. *ap. eund. ibid. fol.* 79. 127. disertam ejus in Canonibus suis mentionem faciunt.

§. VIII.

Et in his distincti erant a tertii ordinis pœnitentibus. Qui III.) *Genuflectentes* seu *substrati* adpellabantur. Hi enim in navi ecclesiæ consistentes crebras manuum impositiones & benedictiones ab Episcopo recipiebant, precibus pro ipsis fieri solitis CONSTIT. APOST. *lib. VIII. Cap. 8. 9.* in genua nixi intererant: his denique opera Corpus adfligentia *privatim exercenda* injungebantur; hinc hæc statio proprie pœnitentialis erat. CONCIL. LAODICEN. *Can. 19.* Ultimus Ordo erant IV.) *Consistentes*, sic dicti, quod ipsis licuerit consistere una cum fidelibus in Oratione communi & sacrificio usque ad finem. Id unum pœnitentiam eorum significabat, quod nec oblationes suas facere, nec eucharistiæ participes fieri poterant. CONCIL. NICAEN. *Can. 11.* ANCYRAN. *Can. 4. 8. 16. 24.* Recensentur.

MORINUS loc. cit. IV. cap. 16. *num.* 5. *Lib. VI. cap. I. seq.*

§. IX.

§. IX.

Canones & libri pœnitentiales

Tanta sollicitudine in curandis peccatoribus & delinquentibus utebantur Episcopi, tanta circumspectione, in determinandis præcipue pœnitentiis, adeo, ut insigniores etiam Episcopi occurrente nova peccati specie de genere pœnitentiæ soli nihil statuerent, sed aliorum consilia anxie conquirerent. S. CYPRIANUS *Epist. 53.* GREGOR. *Thaumat. Epist. Canon. Can. 1. 7. ap. Bevereg. loc. cit. fol. 32.* Pontifices quoque sæpe consulti sunt, ut de pœnitentia certis criminibus imponenda responderent, cujus exemplum refertur ap. GRATIAN. *Can. 17. XII. q. II.* Quanta insuper cautione singulis delictis pœnitentias aptare studuerint, id ex S. Petri Alexandrini & S. Basilii Epistolis Canonicis adparet. Inde orti sunt *Canones pœnitentiales*, seu regulæ, quibus Concilia, Pontifices atque SS. Patres pœnitentiæ peragendæ normam præscripserunt. Inde *libelli pœnitentiales*, seu Collectiones istorum Canonum, ex quorum præscripto, & non ex animi sui Sententia presbyteri pœnitentias injungere tenebantur.

MORINUS loc. cit. lib. VI. cap. 14. 15. *VAN ESPEN loc. cit. cap. III.* Collectiones Canonum pœnitentialium extant ap. *MORINUM loc. cit.* per modum adpendicis sub titulo: *Codicum Manuscriptorum pœnitentialium, sacramentariorum, pontificialium, divinorum officiorum, collectionum canonicarum, & ejusmodi librorum, qui disciplinam eccles. spectant, interiorem & exteriorem, nondum editorum descriptio & enarratio.* Item *HALITGAR. Episcop. Cameracens. de vitiis & virtutibus & ordine pœnitentium* Libri V. Item *Lib. pœnitentialis ex Scrinio Rom. Eccles. assumptus & pœnitentialis Rom. ex summo Eccles. Rom. ab Halitgario ante annos octingentos exscriptus. ap. HENR. CANISIUM Lect. antiq. Tom. II. P. II. a fol.* 81. *usque ad fol.* 140. *Edit. Amstelod. an.* 1725. add. *collectio canonum pœnitentialium ab ANTONIO AUGUSTINO* ad calcem *Epitomes Jur. vet. Pontif. subjuncta Edit. Paris.*

§. X.

Pœnitentiæ publicæ rigor.

Id quod tanto rigore tanta severitate executioni datum est, ut 1.) semel tantum ad publicæ pœnitentiæ privilegium ordinarie admitterentur rei. S. AMBROS. *de pœnit. II. 10.* S. AUGUSTINUS *Epist. 54. ad Macedon.* SIRICIUS *Epist. I. ad Himer. cap. 5.* relapsos enim vel ecclesia penitus rejectos, aut certe a Communione per omnem vitam prohibitos, nec ad ullius formalis pœnitentiæ, qua restituerentur, Beneficium admissos fuisse Conciliorum Canones testantur. *CONCIL. ARELATENS. II. Can. 21. ap. Harduin. Tom. II. Col. 775. TURONENS. I. can. 8. ap. eund. ibid. col. 795. Toletan. III. can. 11. ap. eund. Tom. III. Coll. 481.* Quæ disciplina usque ad sæculum VIII. in ecclesia latina duravit. 2.) Ordinarius pœnitentiæ cursus homines sæpe numero decem, quindecim, vel viginti annis, dum per diversas pœnitentiæ scenas

(sup.

(sup. §. 7. 8.) eundum eis erat, detinebat: propter atrociora crimina pœnitendum fuit per omnem vitam & non nisi in vitæ exitu communio dabatur. *CONCIL. NEOCÆSAR. can. 2. ap. Bevereg. Tom. I. fol. 402. ANCYRAN. can. 16. ap. eund. ibid. fol. 392.* 3.) pœnitentes in mortis articulo absoluti, si convaluissent, ad eundem statum pœnitentiæ reducti fuerunt, quem subire debuissent, si non ejusmodi morbi gravitas absolutionem eorum exegisset. *CONCIL. CARTHAGIN. IV. cap. 76. 78. ap. Harduin. Tom. I. col. 983. ARAUSICI. can. 3. ap. eund. ibid. col. 1783.*

MORIN. loc. cit. lib. V. cap. 27. seqq.

§. XI.

Hunc disciplinæ ecclesiasticæ rigorem & inexorabilem in peccatores severitatem nunquam sine stupore ad animum revocavi. Sed mox veterum ecclesiæ pastorum sapientiam & in religionis negotio zelum constantissimum admirari cœpi. Dic enim, si quid adhuc dici potest ad criminum exterminium magis præstabile? Ne diuturnam nimis dixeris esse eam pœnitentiam, quæ finita jam est, mox ac de sincera delinquentis emendatione prudenter dubitari non potest. Hoc summum fuerat episcoporum studium, hoc officium, ut quos *metu & lacrymis & tolerantia & bonis operibus conversionem & opere & non tantum habitu* ostendere viderint: *CONCIL. NICÆN.* can. 12. absque mora in plenam eos communionem gratulabundi restituant. *Temporis moram* non quæro dicit S. *CHRYSOST. homil. XIV. in II. ad Cor. sed animæ correctionem. Hoc itaque fac demonstres, sintne compuncti, sintne in melius mutati, & res tota confecta erit.* Examinatur & approbatur

§. XII.

Accedit & alia ratio, quam S. AUGUST. *sermon. 34. de divers. cap. 3.* suppeditat. *Si enim homo ad pristinam felicitatem cito reciperetur, lapsum in peccatum mortale jocum reputaret.* Et quid rationi, quid justitiæ consentaneum magis est, quam ut quos *publice peccando* ad peccandum incitavimus, *publica pœnitendo* a peccato revocemus. Itaque mirum non est, quod pœnitentiæ publicæ disciplina per XI. Sæcula constantissime in ecclesia viguerit. Idem

FLEURY. Discurs. in hist. eccles. II. §. 8.

§. XIII.

Sæculo XII. ineunte decrescere & obsolescere quidem cœpit; id autem abusibus adnumerandum esse omnes arbitrantur. Videamus enim quid sit, cur antiquam pœnitentiarum rationem *omnino* negligere placuerit, 1.) Invaluerat Sæculo XII. obsolescere cœpit ex variis causis.

luerat opinio, inepta & satis crassa, quodlibet peccatum nova pœnitentia esse delendum, ita, ut si unum homicidium decem, decem homicidia centum annorum pœnitentiam requirant. Quod utique contra veterum mentem pœnitentiam impossibilem, & canones ridiculos, faciebat. Jam 2.) sub finem sæculi IX. substituere cœperunt pœnitentiis canonicis alia opera laboriosa, qualia in Decreto Burchardi & in Petri Damiani scriptis occurrunt, nempe psalmos, genuflexiones, flagella, eleemosynas, peregrinationes, quæ tamen omnia sine sincera cordis conversione peragi facillime possunt. 3.) devoluta ad presbyteros pœnitentias imponendi & reconciliandi auctoritate horum confessariorum tam sæcularium quam regularium, qui theologiæ scholasticæ operam navabant, universalis tandem prævaluit sententia, pœnitentiam injungendam a libero confessarii arbitrio pendere, & satisfactione injuncta acceptaque peccatorem extemplo absolvendum esse.

MORIN. loc. cit. lib. X. cap. 16. seqq. & 25. Fleury Discurs III. §. 16. *IV.* 15. *VI. II.*

§. XIV.

nlgen- eius- spe- 51.)an- iæ.

Tandem 4) nihil magis omnimodam pœnitentiæ publicæ desuetudinem maturavit, quam illa Indulgentiarum species, quæ sæculo XI. usitata primum fuit. (infr. §. 29.) *INDULGENTIA ecclesiastica est remissio cap. 4. de pænit. pœnitentiæ in satisfactionem criminum pœnitentibus imposita. Cap. 14. ibid. BOSSUET exposit. fid. cap. 1. num. 27.* Ejus species variæ, antiquiores aliæ, aliæ recentiores occurrunt. Antiquissima est illa, qua usus *S. PAULUS II. ad Cor. II.* erga incestuosum Corinthium, quem excommunicatum Sathanæ antea tradiderat (lib. V. §. 245.) nunc autem in gratiam & communionem eum recipi cupit, *non tam pœnitentiæ opera, quam gratia & beneficio. S. CHRYSOST. homil. IV. in Epist. II. ad Cor.*

§. XV.

Idem. Cumque tempora pœnitentiæ Canonibus præscripta (sup. §. 10.) moderandi & contrahendi CONCIL. NICAEN. *Can 12. ANCYRAN. Can. 4. 5.* quin & modum pœnitentiæ aliquatenus immutandi CONCIL. ANZYRAN. *Can. 2* potestatem habuerint Episcopi, prout pœnitentium conditio & diligentia id mereretur, quis non novam hic videat indulgentiæ speciem? Constat quibusdam peccatoribus, iis præsertim, qui in delicti contumacia per omnem vitam perstiterant, ad ipsum e vita discessum reconciliationem denegatam fuisse; non enim videbatur *dignus in morte recipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* S. CYPRIAN. *Epist. 52. ad Anton.* ad *Libellos* tamen seu *preces*

Mar-

Martyrum pœnitentia *cum pace* morituris: Sanis quoque aliqua pœnitentiæ relaxatio *indulgebatur. Idem Epist. 15.*

§. XVI.

Sed animadvertendum est, quanta moderatione & circumspectione hactenus indulgentiæ concessæ sint. Apostolus illi Corinthio residuum donavit pœnitentiæ, ad non nisi post afflictionem pœnitentiæ tam gravem, ut ex ea desperationis periculum metueretur. Permisit quidem CONCIL. NICAEN. *Can. 12.* ab Episcopis indulgentiam concedi, sed iis tantum *quicumque, & metu & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus conversionem opere, & non tantum habitu ostendunt.* Neque existimes, Episcopos libellis Martyrum absque prævia & matura discussione statim subscripsisse. Jubebantur enim priusquam libellos darent, statum pœnitentium expendere, pro illis, quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicerent, intercedere. Itaque nec, omnes qui Martyrum deprecationem allegare poterant, ideo Indulgentiam & pacem consequebantur. S. CYPRIAN. *Epist. 10. 12. 13. 23.* Quanta moderatione fuerint concessæ.

VAN ESPEN. Tom. III. Dissert. de Synod. Nicæn. in Can. cit. & Tom. I. P. II. Sect. I. Tit. VII. Cap. III.

§. XVII.

Sæculo XI. iterum alia indulgentia dari cœpit *intuitu alicujus operis laboriosi propter evidentem aut apparentem ecclesiæ utilitatem suscepti. - - Magnum illud opus fere semper fuit, arma contra ethnicos, hæreticos aut Schismaticos ferre,* VAN ESPEN *loc. cit. Cap. 1.* §. 9. 10. Ejus exemplum celeberrimum est expeditio in Palæstinam contra Saracenos, quæ hortante URBANO II. *in Concilio Claramontano* an. 1095 primum decreta, & 1096. suscepta est, pro posito Canone: *quicumque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione ad liberandam ecclesiam Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia ei reputetur. Can. 2. Concil. Claram. ap. Harduin. Tom. VI. Part. II. col. 1718.* Eadem remissio dein facta fuit iis, qui, cum ipsi non possent, saltem suis sumtibus militem eo mitterent. 2.) Nov[i]

MORIN. loc. cit. lib. X. 19.

§. XVIII.

Mox circa medium Sæculi XII. placuit, licere quoque integram aut partem pœnitentiæ remittere illi, qui eleemosynam conferret in aliud pium opus v. g. reparationem ecclesiæ, monasterii, hospitalis, & reliq. Quin extensa fuit ista relaxatio ad pontium, itinerum, rerumque similium refectionem. 3.) novissimæ & pœnitentiæ publicæ ruina

Denique itidem ad alia pietatis opera, ut visitationem alicujus ecclesiæ cum obligatione ibidem orandi ad intentionem concedentis indulgentiam. Atque ita pœnitentiæ canonicæ & canonum pœnitentialium auctoritas licet Episcoporum debilitate, duritie peccatorum, negligentia atque ignorantia multum successive ceciderit, per ejusmodi tamen indulgentias lethalem quasi ictum accepit. (sup. §. 14.)

§. XIX.

Earum Excessum.

Deinceps vix conveniens moderatio servari potuit, adeo, ut sensim ex nimia harum indulgentiarum extensione summa disciplinæ ecclesiasticæ collapsio secuta fuerit, cujus tamen nec ecclesiam nec pontifices reos arguas, qui in dandis indulgentiis etiam Sæculo XII. adhuc eam moderationem tenuerunt, ut *partiales* duntaxat concederent, & insuper earum determinationem arbitrio Episcoporum committerent. Horum vero liberalitas nimia in CONCIL. LATERAN. IV. restringi debuit *cap. 14. de pœnit.* ut jam annalem tantum in ecclesiarum dedicatione & in aliis XL. dierum indulgentiam concedere possint, & ex illo tempore plena indulgentia summo pontifici reservata fuerit.

§. XX.

Concilium Trident. restrinxit.

Negari quidem non potest, sæpius & ipsos pontifices postea valde liberales fuisse, sed & revocationem & moderationem a SIXTO IV. factam in *Cap. 5. de pœnit. Extravag. com.* non ignoramus. Tandem CONCIL. TRIDENT. in concedendis indulgentiis *moderationem juxta veterem, & probatam in ecclesia consuetudinem adhiberi jussit, ne nimia facilitate disciplina ecclesiastica enervetur. Sess. XXV. Decret. de Indulg.*

VAN ESPEN loc. cit. cap. III. §. 12. *seq.* Quam aliena sit ab ecclesiæ spiritu indulgentiarum in annos centenos aut millenos liberalitas, ex his jam patescit. *De quibus quid dicat DOMIN. SOTO in IV. Sentent. Dist. XXI. art. I. Q. 2. omnino legi meretur.*

§. XXI.

Indulgentiarum hodiernarum forma est recentior.

Novissimæ hujus indulgentiarum speciei (sup. §. 18) ad cujus tenorem modernæ indulgentiæ elargiuntur, nullum authenticum monumentum Sæculo XII. antiquius hactenus repertum fuisse MORINUS *loc. cit. Lib. X. 20. num. 8.* contendit. Ab antiquis remissionibus (sup. §. 14. 15.) in eo, quam maxime differt, cum, ut pro uno eodemque opere omnibus indifferenter pœnitentibus partialis vel totalis pœnitentiæ remissio sive indulgentia addiceretur, pristinis patribus fuerit ignotum, & disciplinæ pœnitentiali in ecclesia hactenus conservatæ contrarium (sup. §. 16.).

Solent

Solent quidam altius repetere earum indulgentiarum originem, quibus tamen praeter *MORIN. loc. cit.* respondent *VAN ESPEN loc. cit. cap. I.* §. 19. *seqq.* & *THEOD. RUPPRECHT in Not. hist. ad Jus Can. tit. de poenit. num.* 90. Rationes, quibus hanc indulgentialem formulam defendere solebant, refert & ad eas pariter respondet *VAN ESPEN loc. cit. Cap. II.* §. 6. *seq.* & *FLEURY Discurs. in hist. eccles. IV.* §. 16.

§. XXII.

Inde tamen pessime concludunt, qui indulgentiarum usum saeculo primum XI. & XII. in ecclesia ortum, aut potestatem eas concedendi, ab Episcopis & Pontificibus illis primum temporibus usurpatam fuisse autumant. Modum enim duntaxat indulgentias concedendi iis temporibus mutatum esse dicendum, adeoque non rei ipsius, sed formulae novitas causanda est. Id quod ad disciplinam historiamque pertinet, nequaquam ad fidem. *Nihil aliud de indulgentiis credendum proponit Tridentina Synodus* (*Sess. XXV. Decret. de Indulg.*) *quam potestatem eas conferendi a Christo ecclesia concessam esse, earumque usum esse salutarem.* Ita BENING. BOSSUET in *Exposit. fid. & doctrin. Cathol. loc. cit.* additque *retinendum illum adhibita tamen moderatione, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur.* Non re ipsa.

VAN ESPEN, loc. cit. cap. I, §. 26. *cap. II.* §. 9. *seq.*

§. XXIII.

Famosa admodum species indulgentiae est, quae *Jubilaeum* vocari solet eaque omnium largissima aestimatur. Illius auctor fuit BONIFACIUS VIII. qui an. 1300. iis, qui vere poenitentes & confessi eo anno Basilicas principis Apostolorum visitaverint, non *solum plenam & largiorem, imo plenissimam omnium suorum veniam peccatorum* concessit, hasque indulgentias omni anno centesimo iterandas voluit. *Cap. 1. de poenit. Extravag. comm.* CLEMENS VI an. 1350. ad *instantiam populi romani* easdem plenarias indulgentias celebravit, atque quovis anno quinquagesimo repeti jussit, argumento *Jubilaei judaici Levit. XXV. 10. Num. XXXVI. 4.* unde ipsum indulgentialis hujus formulae nomen descendit, *cap. 2.* ibid. Rursus an. 1389. URBANUS VI. a quo fatale ac diuturnum schisma Avenionense initium sumsit, tempus Jubilaei ad annum trigesimum tertium, PAULUS II. autem an. 1470. ad annum vigesimum quintum contraxit, quam ordinationem SIXTUS IV. *an.* 1473. confirmavit. *Cap. 4. ibid.* Jubilaei origo.

§. XXIV.

BONIFACIUS IX. ad finem Saeculi XIV. easdem indulgentias, anno Jubilaei Romae absoluto, ad alias quasdam civitates de singulari gratia exten- & historia.

dit,

dit, PAULUS II. vero an. 1464. ad pontificatum assumtus generalem ad omnes ecclesias extensionem fecit. Atque hactenus alia indicendi Jubilæi causa præter recursum temporis præfixi ignota fuit SIXTUS V. ergo primus fuit, qui initio sui pontificatus *pro felice regimine* Jubilæum indixit. *Constitut. VIRIUM NOSTRARUM Bullar. rom. Tom. II. fol. 526.* cujus exemplum sequentes Pontifices imitati sunt.

VAN ESPEN. loc. cit. cap. V. & VI.

§. XXV.

Forma & conditiones.

Forma ac conditiones Jubilæi in Bulla SIXTI V. expressæ eædem sunt, quæ hodie in Bullis Jubilæi exprimi solent. Imprimis assignantur duæ hebdomadæ, in quarum altera conditiones requisitæ impleri debent, nimirum, ut quis tribus diebus jejunet, eleemosynam, quantum pro sua facultate visum fuerit, eroget: atque unam, ut minus ecclesiam ex designatis ab ordinario visitet: atque ibidem oret ad finem in Bulla expressum: peccata sua humiliter & contrito corde confiteatur & Eucharistiam devote accipiat. Ad quæ peragenda, ut magis idonei fideles efficiantur, conceditur omnibus, ut possint hac vice eligere confessarium quemcumque ab ordinario adprobatum, qui pœnitentem ab omnibus criminibus quacumque ratione reservatis, ac etiam a sententiis, censuris ac pœnis ecclesiasticis quomodolibet incursis absolvere, ac quæcumque emissa vota, præterquam castitatis & religionis, in alia pietatis opera commutare, vigore jubilæi potest.

Vid. R. D. BALTHAS. KERESLICH canonicus eccles. Zagrabiensis doctissimus Differt. de Indulg. jubil.

§. XXVI.

Pœnitentiam publicam Concil. Trident. inculcavit.

Quam in desuetudinem abiisse variisque ex causis (sup. §. 13.) obliteratam esse diximus pœnitentiæ publicæ disciplinam eam per expressam alicujus pontificis aut concilii constitutionem abrogatam fuisse nunquam legimus Quid? quod *Cap. 1. de pœnit. & remiss.* & CONCIL. TRIDENT. eam disertis verbis inculcaverit. *Quando igitur ab aliquo publice & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos commotosque fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, sua emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis indicaverit expedire. Sess. XXIV. cap. 8. de ref.*

§. XXVII.

§. XXVII.

Dumque eadem TRIDENT. SYNODUS *Seff. XIV. cap. 8. in doctrina fanct. pœnit. facram.* præcipit, pro *qualitate criminum & pœnitentium facultate* *ùtares & convenientes fatisfactiones injungere, atque præ oculis habere, ut fatis-* *lio, quam imponunt, non fit tantum ad novæ vitæ cuftodiam, & infirmitatis me-* *nam, fed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & caftigationem*, ipfam iuinam patrum difciplinam, quam in fingendis & exequendis canonibus pœ- :ntialibus intenderunt, expreffit, atque eatenus hodierna difciplina juxta iodum Trident. antiquæ patrum difciplinæ confona eft, eodemque manente lefiæ fpiritu fola hæc differentia fe exerit, quod pœnitentiæ injungendæ ı amplius verbis Canonum, fed prudenti facerdotis arbitrio determinentur. jue fuperfluum foret de infigni, quem canonum pœnitentialium (fup. §. 9.) itia hodie adhuc paftoribus præftat, ufu plura difputare. Et antiquum ecclefiæ fpiritum in pœnitentiis injungendis expreffit.

'AN ESPEN loc. cit. Tit. VI. cap. V.

§. XXVIII.

Pœnitentiæ publicæ difciplinam præcipue epifcoporum curæ fuiffe con- litam, uti reliqua officia ecclefiæ univerfa, nemo in controverfiam trahit. m Canones femper loquuntur de Epifcopo ad minimum, ut conjuncto cum atu fuo ecclefiaftico (fup. §. 251.). Illius erat peccatores ab ecclefia avel- :, eisque pœnitentiam imponere: & dein examinare eorum profectus: & ı vel prorogare eorum pœnitentiam vel pro fua indulgentia moderari: & ique admittere eos ad communionem ecclefiæ per abfolutionem. Equidem le largior epifcopum per fe ipfum omnibus fe præftare haud potuiffe, & pterea presbyteros in adjutorium hujus rei fibi adfciviffe, queis etiam Ca- ıes publicæ difciplinæ exercitium in certis cafibus concredebant. Verum llis ipfis canonibus evidens eft, publicam pœnitentiam a folo epifcopo, & resbyteris non nifi illius juffu, & ita *delegata* quafi ac vicaria auctoritate iiniftratam fuiffe. Pœnitentiæ publicæ Miniftri erant foli Epifcopi.

ONCIL. CARTHAG. II. de an. 390. *can.* 3. & 4. & *concil. carthag. III. de an.* 397. *can.* 32. *EMAN. SCHELSTRATE DISSERT. III. c.* 4. & 7. de eccles. African. fub Carthagin. Primate. Qua ratione non tantum diaconis, fed etiam laicis non nunquam conceffa fuerit peccatores reconciliandi poteftas, tradit *MORINUS loc. cit. lib. VIII. c.* 23. 24. Cæterum de Miniftro Sacramenti pœnitentiæ vid. *CONCIL. TRIDENT. feff. XIV. cap.* 6. *in doctrin. de S. pœnit. facram. add. can.* 10. *de fanct. pœnit. facrament.*

§. XXIX.

Ea cessante presbyteri Curati.

Elapso Sæculo VII. postquam pro peccatis occultis pœnitentia occulta injungi desiit, (sup. §. 6.) simul etiam pœnitentia occultorum criminum presbyteris concessa, publicorum vero episcopis reservata fuit. Quo ergo rarior pœnitentia publica & quo frequentior privata facta est, eo etiam magis auctoritas pœnitentias imponendi & reconciliandi ad presbyteros devolvi cœpit. Cæterum ad illos tantum, qui specialiter ad curam animarum tanquam proprii sacerdotes erant gregi suo præpositi, adeo, ut irrita haberetur absolutio ab alieno sacerdote sine proprii licentia obtenta. *Arg. cap. fin. de pœnit. & cap. 12. ibid.* Ita ergo presbyteri beneficia curata habentes *jure ordinario* pœnitentiam æque, ut reliqua sacra administrare cœperunt. Unde consequitur, ad illos tantum pertinere, hanc curam aliis, si ipsi negotiis sacris superesse non possint, committere. CONCIL. TRIDENT. *Sess. XXI. cap. 4. de ref.*

§. XXX.

Ordine per privilegia papalia turbatum.

Sed Sæculo XIII. romani pontifices exortis tum ordinibus fratrum mendicantium his concesserunt, ut fidelium confessiones ubique libere excipere pœnitentias injungere, & absolutionem impertiri valerent. Sane GREGORIUS IX. primus fuisse videtur, qui an. 1227. fratribus prædicatoribus tale privilegium indulsit, quod *inauditum & his etiam ipsis temporibus novum* adpellavit, MATH. PARIS. *ad an. 1246.* Inde gravium discordiarum & scandalorum originem ipsi pontifices repetunt, de quibus componendis & tollendis egit BONIFACIUS VIII. in *cap. 2. de Sepult. Extravag. comm.* Sed frustra si BENEDICTO XI. *in cap. 1. de privileg. ibid.* credimus, qui tamen ipse discordiæ, *pro qua sedanda processerat, fomentum non medicum ministravit. cap. 2 de Sepult. in Clement.* & ideo CLEMENS V. Bonifacii Constitutionem innovavit in *cap. 2. cit.*

VAN ESPEN loc. cit. Tit. VI. cap. VII. §. 8. 9. 15. *seq.* ubi horum *privilegiorum.* rationem & caussas, cur postulatæ in Tridentino Concilio eorum revocationi curiales romani restiterint, demonstrat.

§. XXXI.

Concil. Trident. aliquatenus restituit.

CONCILIUM TRIDENT. vero in hanc rem decrevit: *Nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium etiam sacerdotum, audire, nec ad idoneum reputari, nisi aut parochiale Beneficium aut ab episcopis per Examen, si illis videbitur esse necessarium aut alias idoneus judicatur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat; privilegiis & consuetudine quacumque, etiam immemoriali, non obstantibus. Sess. XXIII. cap. 15. de ref.*

VAN ESPEN loc. cit. cap. VIII.

§. XXXI

§. XXXII.

Ne autem juri parochi sive proprii sacerdotis per privilegia & licentias regularibus & sæcularibus sacerdotibus nullam curam animarum habentibus concessas, videatur derogatum sæpissime constitutum est, ita liberum esse fidelibus confiteri, quoties voluerint, presbyteris legitime adprobatis, ut tamen saltim semel in anno tempore paschali, proprio sacerdoti aut alieno de hujus licentia confiteantur. *cap. 2. de Treug. & pac. extravag. Comm.*

Qua ratione per ejusmodi privilegia juribus parochorum nil derogari dicatur.

VAN ESPEN loc. cit. cap. VI.

§. XXXIII.

Exigua quædam pristinæ auctoritatis episcopalis (sup. §. 28.) pars in quorundam criminum seu *Casuum reservatione* habetur. De ea *SYNODUS TRIDENT.* declarat: *Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis patribus nostris visum est, ut atrociora quædam & graviora crimina non a quibusvis, sed a summis duntaxat sacerdotibus absolverentur. Sess. XIV. cap. 7. de doctrin. pœnit.* Et ita Synodus non tantum in pontifice, sed & in episcopis hanc auctoritatem reservandi agnovit, & ab omnibus agnoscendam definivit. *Can. II. de sacram. pœnit.*

Reservationum ratio.

§. XXXIV.

Enimvero *Reservationes Episcopales*, quæ utique juris ordinarii olim fuerant, (sup. §. 28.) antiquissimæ sunt. *Papales* sæculo XI. nondum ubique invaluerant. Tum solebant episcopi non nullos gravium criminum reos ad sedem apostolicam mittere, vel ut a pontifice reconciliarentur, vel ut pœnitentiam ab eo accipiant, qua demum peracta ab episcopis absolverentur: quin & conciliorum decreta aliquos non nisi a solo papa absolvi posse decernebant. Ita reservationes papales ortæ sunt, de quibus id tenendum: in casibus ab episcopo reservatis absolvere non posse eum, qui in casibus sedi apostolicæ reservatis absolvendi licentiam etiam specialem impetravit, licet reservati episcopo essent inter casus sedi apostolicæ reservatos.

Quarum aliæ episcopales, aliæ papales.

VAN ESPEN loc. cit. cap. IX. Mendicantes ab ordinario adprobatos vi privilegiorum delegatam habere jurisdictionem ad omnes casus & Censuras papæ reservatas, exceptis casibus Bullæ Cœnæ & sex aliis a Clemente VIII. reservatis ostendit, *P. ZECH. de jur. Rer. eccles. sect. II. Tit. VI.* §. 268. Sed nemo non videt ita destructam esse præcipuam ac fundamentalem harum reservationum rationem, quæ in eo consistit, ut difficilior obtinendæ Absolutionis occasio a crimine committendo retraheret. Econtra in casu extremæ necessitatis quemlibet Sacerdotem etiam excommunicatum & hæreticum posse

absolvere ab eoque absolutionem petendam esse, recte docere nobis videtur *VAN ESPEN loc. cit.* §. 35.

§. XXXV.

Quomodo hæc de pœnitentia materia ad jus Canon. pertineat.

Quamdiu fori interni & externi conjunctio stetit *lib. V.* §. 258.) & pœnitentiæ publicæ disciplina viguit (sup. §. 16.) tamdiu ea, de qua modo disseruimus, Pœnitentiæ materia latissimum judicii & ita juris ecclesiastici obiectum fuit. Sed mutatis scenis universa hæc doctrina foro mere interno cessit adeo, ut theologiæ, præsertim morali, penitus relinquenda videri posset. Nos autem ita censemus: decretalium libri V. & juris Canonici non solum novissimi, sed etiam antiqui & novi interpretem, imo & scientiæ hujus studiosum quemlibet harum rerum omnium notitia ad exactam Canonum intelligentiam carere penitus non posse.

CAPUT II.

DE POENIS ECCLESIASTICIS IN GENERE ET IN SPECIE.

§. XXXVI.

A pœnitentijs differunt pœnæ eccles.

Hactenus dicta de pœnitentiis pro ratione instituti nostri sufficiant. Nunc de POENIS ecclesiasticis agamus, quæ magis ad forum externum spectant. Cave autem *pœnitentias* confundas cum *pœnis Canonicis*. Nam pœnitentiam non nisi *petentibus* & sincerum conversionis propositum profitentibus concedebant. Nemo ad eam recipiendam cogebatur, sed qui se non subjiciebant, si alicujus peccati publici convicti essent a communione fidelium excludebantur. Pœnæ autem infliguntur *invitis*, ut vel emoti redeant ad frugem, vel indurati ejiciantur ex ecclesia. Quod si pœnitentiæ coactæ exempla objicias, animadvertendum est, ab eruditioribus ea inter abusus recenseri.

CONCIL. TURONENS. I. can. 18. *VENETIC. can.* 3. *AURELIANENS. I. Can* 11. *EPAONENS. cap.* 23. *TOLETAN. III. can.* 11. *Barcinonens. II. cap* 4. *FLEURT. hist. eccles. lib.* 51. §. 8. *lib.* 54. §. 23. 24. Idem *Discurs. III. ad hist. eccles.* §. 16. Idem *Instit. jur. eccles. P. II. cap. IV.* §. 5.

§. XXXVII.

Et ab his censuræ.

Pœnæ ecclesiasticæ omnes, ut ex earum definitione adparet (lib. V. § 246.) in privatione Bonorum spiritualium consistunt, & tum delinquentis emen-

mendationem tum scandali a reliquo populo fideli aversionem intendunt id. §. cit.) atque eatenus pariter omnes una definitione *adæquate* comprendi posse videntur. Sed ex quo INNOCENTIUS III., quid per censuram elligi debeat, consultus respondit, *quod per eam non solum interdicti sed & suspensionis & excommunicationis sententia valet intelligi. Cap. 20. de V. S.* tum ta scholasticorum natio insignem *censuras* inter seu *pœnas ecclesiasticas medicinales* & reliquas *pœnas stricte sic dictas* seu *vindicativas* differentiam deprehendere autumabant. Quare ipsis *censura* est *pœna spiritualis privans usu quorundam bonorum spiritualium ad rei correctionem imposita. Pœna* vero ecclesiastica *stricte dicta privatio bonorum spiritualium in criminis punitionem & vindictam directe indicta.*

a hanc divisionem Decretalis tuæ ad unum omnes consentiunt. De eo tantum adhuc disputant, an pontifex in *Cap.* 20. *cit. complete* omnes censuram species retulerit. Id negare videtur *GONZALEZ: ad Cap.* cit. Sed multo communior est sententia præter excommunicationem, suspensionem & interdictum nullam aliam esse censuram ecclesiasticam adeoque depositionem, degradationem, aliasque pœnas ecclesiasticas aut impedimenta canonica non esse species censuræ nec eo nomine intelligi posse. *VAN ESPEN. P. III. Tit. XI. cap. III. §. I. seq.*

§. XXXVIII.

Operæ pretium est, ut adcuratius hanc divisionem evolvamus. *Censuras* has esse proprias qualitates ajunt. 1) Quod privent hominem tantum bonorum spiritualium *communium*, & quidem 2.) *ad tempus*, ut non sint perpetuæ, sed tolli debeat, quam primum reus resipiscit. Denique 3.) quod ae intendant *emendationem* & *correctionem* delinquentis vel contumacis. Cæterum vero *pœnarum ecclesiasticarum* contrarias proprietates esse, quod 1.) spoliant delinquentem non modo *usu*, sed *potestate* etiam & *facultate*, ut degradatio & depositio, quod 2.) *perpetuum effectum* sua natura habeant, atque 3.) primario intendant criminis commissi *punitionem* seu *vindictam* ex justitia commensura. Qua ratione tres illas vulgatas censurarum species ita circumscriptas putant, ut a reliquis pœnis ecclesiasticis facile distingui possint. Pœnarum & censuram differentiæ in specie.

GIBALIN. *de Sacr. jurisd. in ferend. pœn. & censur. eccles. Disq. I. q. I. seq. Disq. II. q. I. seq.*

§. XXXIX.

Verum multa adhuc supersunt, quæ jure hic objicias. Inprimis, uti Sed hæc distinctiones scholasticæ. ...RINUS *loc. cit. Lib. VI. cap. 25. num. 12.* ait: *cordatus quisque in auctorum ecclesiasticorum, qui XI. seculorum spatio scripserunt, lectione tantillum versatus mi- bi*

hi facile concedet, artem illam stricte, praeciseque, & secundum formalitates logicas de censuris ecclesiasticis loquendi & philosophandi ante illud tempus ab ecclesiasticis auctoribus non fuisse usurpatum. Dein quis ignorat *finem pœnarum justarum* invariabilem esse & per eas *aeque principaliter emendationem delinquentis*, *satisfactionem laesi & exemplum alios absterrens* nunquam vero *punitionem & vindictam* intendi posse ac debere, quod autem dicunt, censuras communium Bonorum usu & ad tempus tantum nos privare; id nec essentialem pœnarum diversitatem demonstrat, nec generaliter verum est. Nam uti depositio privationem perpetuam, ita excommunicatio exclusionem perpetuam continet. In utroque casu restitutio ex gratia singulari fiebat, & satis manifestum est, ecclesiam sæpe numero irrevocabilem excommunicationis sententiam tulisse, ut neque in mortis articulo æternam pacem & communionem concederet. Sane veteres pœnæ & censuræ adpellationibus promiscue visi sunt, *Can. 15. XI. q. III.* & quidem posterior vel ideo magis placuisse videtur, quod *censura apud Romanos* etiam in privatione juris vel dignitatis consisteret.

TERTULLIAN. *Apolog. cap.* 39. excommunicationem vocat *censuram divinam* S. CYPRIAN. *Epist.* 55 - *ad Cornel. legi* (inquit) *literas tuas ecclesiasticæ disciplinæ & sacerdotalis censuræ satis plenas* Idem *Epist.* 11. pœnas, quas peccatoribus minatur Deus, vocat, *divinam censuram*, BOEHMER *Dissert. de genuin. pœnar. eccles. indol.* §. 22.

§. XL.

Satis ineptæ sunt. Est itaque inepta & inutili labore conficta pœnarum ecclesiasticarum a censuris differentia; unanimi tamen interpretum calculo recepta, ut jam nec negligi penitus nec simpliciter tolerari absque confusione possit. Quapropter viam mediam elegimus, & hodiernam de censuris & pœnis canonicis doctrinam & loquendi phrasin ita exponemus, ut tamen nec veterem tanquam inutilem & plane abolitam silentio prætereamus. Cæterum magis ex ordine nos facturos esse speramus, si primo de pœnis & censuris *clericis & laicis communibus*; dein *clericorum propriis* eodem modo, quem in delictorum divisione (lib V. §. 284) differamus.

§. XLI.

Fundamentum, unde jus censuras & pœnas infligendi deducitur. *Jus puniendi* ex Christi institutione ecclesiæ competens (*lib. V. §. 244.*) *a potestate clavium* dependere diximus (*ibid. §. 245.*) illudque ab Episcopis exerceri auctoritate præcipua & antiquissima (*ibid. §. 251. 252.*) qui etiam soli pœnitentiæ publicæ ministri fuerant (sup. §. 28.) Atque durante fori interni & externi nexu (*lib. V §. 258.*) potestas clavium, quæ administrationi Sacramenti pœnitentiæ, eadem & censurarum disciplinæ necessaria esse & sufficere videbatur.

bitur. Illa conjunctione sublata (*ibid.* §. *259.*) simul *duplex clavis* ligandi & solvendi, duplex potestas, *ordinis* scilicet & *jurisdictionis* distingui cœpit, unaque axioma invaluit, illam ad *forum pœnitentiale* & *internum*, hanc ad *judiciale* & *externum* pertinere, adeoque auctoritatem ferendi censuras non ab ordine, sed a jurisdictione dependere, nec ordinem etiam sacerdotalem ad eam sufficere, sed necessariam esse jurisdictionem in foro externo & contentioso.

§. XLII.

Inde consequitur, Jus irrogandi censuras competere, 1) *Summo Pontifici*, ob amplissimam (ut ajunt) ejus jurisdictionem in omnes fideles, per universam ecclesiam; verum hæc potestatis plenitudo non unam tantum exceptionem patitur. 2) *Episcopis*, quibus utique tota ecclesiastica jurisdictio principaliter & jure proprio in suis diœcesibus competit. 3) Iisque electis & *confirmatis*, licet consecrati nondum sint, quia his competunt omnia, quæ jurisdictionis sunt. Quibus illud in specie competat.

§. XLIII.

Ulterius concludunt, auctoritatem ferendi censuras 4) etiam *inferioribus judicibus* sive ordinario sive delegato jure competere posse, eaque gaudere prælatos regulares in suos subditos regulares, *cap. 10. de maj. & obed.* omnesque, qui exercent jurisdictionem quasi episcopalem, uti *capitulum sede vacante.* 5) Quin illam recte quoque concedi & explicari posse a non presbyteris: *quamvis* enim *non sacerdos non possit ligare & solvere in foro interno, potest tamen habere jurisdictionem in foro contentioso: & ideo potest censuras ferre, & licet non habeat clavem ordinis, habere potest clavem jurisdictionis.* S. THOMAS *in IV. Dist. 18. q. 2. art. 2.* Adeoque 6) posse hanc potestatem acquiri consuetudine & præscriptione, quo titulo plebanum in *cap. 3. de off. iud. ordin.* subnixum esse dicitur. 7) Fœminas tamen, quantumvis in dignitate constitutas, hujus juris incapaces esse *cap. 10. de pœnit. & remiss.* non obstante *cap. 12. de maj. & obed.* 8) Censuram latam in non subditum nullam & irritam esse ob defectum jurisdictionis. 9) Ne tamen auctoritas episcoporum prætextu exemtionis vilescat, a censuris episcopalibus nullos regulares exemtos esse deciditur in CONCIL. TRIDENT. *Sess. XXV. cap. 12. de regular.* Idem.

VAN ESPEN P. III. Tit. XI. cap. III. §. 9. *seq.* Idem *tract. cit. cap. II.* §. 4.

DE EXCOMMUNICATIONE.

§. XLIV.

Censuræ & pœnæ ecclesiasticæ I.) COMMUNES. I.) EXCOMMUNICATIO.

Ad censuras & pœnas ecclesiasticas *communes*, quæ omnibus ecclesiæ membris irrogari possunt, referenda est EXCOMMUNICATIO, cujus diversæ species in veterum disciplina observantur. Sicut enim *communicare* in sensu generali designat, esse in societate ecclesiastica ejusque juribus pro diversitate status frui: ita *excommunicatio* in denegatione communionis & jurium inde dependentium consistit. Hæc denegatio vel conjuncta est cum ejectione ex cœtu ecclesiastico, vel simplex est & nuda, cujus tot gradus cogitari possunt, quot sunt species communionis, queis fideles ecclesiæ unitatem & intimam ad finem ejus consequendum conjunctionem significare solent.

Quare episcopi, qui sine legitima causa synodo provinciali interesse negligebant, excommunicari dicebantur, dum communione aliarum ecclesiarum & Episcoporum privati *ecclesiæ suæ communione contenti esse* jubebantur. *can.* 10. 12. 14. *dist.* 18. add. *can.* 2. *dist.* 58. Cum ecclesia quædam particularis in alterius ecclesiæ, aut episcopi doctrina perversum, quid conspiceret, negabat, aut etiam rejiciebat *literas communionis*, aut repellebat a communione fideles illius ecclesiæ, tametsi literis *commendatitiis* instructi venirent, *CAN. APOST.* 32. & ita ecclesiæ se se mutuo excommunicabant. *VAN ESPEN loc. cit. cap. II.* §. *I. seq. Tract. cit. cap. I.* §. 1.

§. XLV.

Cujus duæ olim erant species.

Sed duas tantum excommunicationis species, quæ apud veteres celeberrimæ erant, diligentius explicabimus, ne in eandem cum scholasticis, qui eas attendere neglexerunt, confusionem incidamus. *Excommunicatio minor*, seu *medicinalis*, quam & *separationem* dixerunt, consistebat in exclusione hominum a communione publici cultus divini. Ejus gradus erant quatuor; vel enim 1) a sola eucharistiæ participatione, vel 2) a precibus quoque fidelium, imo & 3) catechumenorum, vel denique 4) ab omni ecclesiæ ingressu excommunicabantur peccatores propter leviora crimina, vel si propter graviora, isti solum, qui statim promtum animum legibus pœnitentiæ publicæ, qua cum semper conjuncta erat (sup. § 78.) se submittendi ostendebant. *Major* excommunicatio erat, quando homines obdurati spreta excommunicatione medicinali de ecclesia penitus expellebantur, ut jam haberentur tanquam ethnici & publicani, nulla sacrorum communione, sed omnium *execratione* digni. Unde in antiquis canonibus *omnimoda separatio*, *Anathema excommunicatio mortalis* nuncupatur.

Peremtorii sunt in hanc rem Textus *S. AUGUSTINI: nos vero quemquam a communione prohibere non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum MORTALIS*

TALIS sit, sed MEDICINALIS, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive sæculari sive ecclesiastico judicio nominatum atque convictum. Lib. L. homil. ult. Neque a populo Dei separamus, quos vel degradando vel excommunicando ad humiliorem pœnitentiæ locum redigimus. Libr. post collat. cont. donatist. add. BINGHAM. Loc. cit. Lib. XVI. II. §. 6. seq.

§. XLVI.

Excommunicatio in specie & Anathema.

Inde observandum est, vocem excommunicationis simpliciter positam ac olatam, apud veteres minorem illam plerumque denotasse *Can. ult. III. q.* '. *can. 41. 108. XI. q. III.* econtra *anathema* semper pro excommunicatione ijore adhibitum esse *S. CHRYSOST. homil. XV. in Epist. ad Roman.* Donec REGORIUS IX. *in cap. pen. de sent. excom.* declaravit: *Si quem sub hac forma rborum, ILLUM EXCOMMUNICO, vel simili a judice suo excommunicari itingat, eum non tantum MINORI, qua a perceptione sacramentorum, sed etiam 'AIORI EXCOMMUNICATIONE, quæ a communione fidelium separat, esse utum.* Ita adstipulante interpretum ignorantia factum est, ut excommunicationis noris species (sup. §. 45.) obliterarentur: ut ad ea, quæ de illa SS. Patres doerant, excommunicationem mortalem & majorem adplicarent: ut deprehenvoce anathema novissimam omnino excommunicationis formam somniarent.

Dici vix potest, quantum in hac materia a sensu patrum & spiritu ecclesiæ recessum sit, occasione illius interpretationis per *cap. penult. cit.* factæ; ubicumque enim in canonibus & patrum regulis occurrit vox *excommunicatio*, idque pro culpis sæpe levibus (sup. §. 45.) eam acceperunt pro *majore* & *mortali.* Inde excommunicationum multitudo. Ubi vero canones agunt de moderatione & prudentia in excommunicatione servanda, nec non de gravitate delicti atque de contumacia & rebellione &c. hæc omnia tanquam ad anathema magis quam ad excommunicationem majorem spectare perperam existimarunt. *VAN ESPEN Tractat. cit. cap. I.* §. 3.

§. XLVII.

Ex errore dein tres distingui cœperunt.

Atque hac ratione triplex excommunicationis species, sensui canonum tiquorum prorsus contraria invaluit, nimirum *excommunicatio solennis* seu *thema*, quæ fit adhibitis quibusdam cæremoniis: *major & non solennis cap.* . *de Jud.* & *minor*, quæ solum a sacramentorum perceptione privationem icit: *cap. ult. de cleric. excom. minist. cap. pen. de sent. excom.* Eam incurri int in unico casu, si quis communicet cum eo, quem major excommuniio ligatum tenet *cap. 3 de sent. excom. in VI.* Tametsi autem veteribus ires notæ fuerint excommunicationes minores (sup. §. 45.) hanc tamen spem sæculo primum XIII. fors ab ipso Gregorio IX. inventam, ignorabant; qui-

quivis enim excommunicato communicans idem penitus excommunicationis vinculum incurrebat. Cæterum testantur auctores, eam a multis annis penitus prope obsoletam esse. Itaque de sola excommunicatione majori nobis deinceps sermo erit.

MORIN. loc. cit. lib. VI. cap. 25.

§. XLVIII.

Excommunicatio major est vel Juris vel hominis.

Ejus notissima divisio est in eam, quæ dicitur *hominis* & a judice per sententiam irrogatur, & in eam, quæ *juris* seu *legis* audit; si sanctio canonis in excommunicatione consistat, eaque vel *ferendæ* vel *latæ sententiæ*. Quæ postrema species, licet sit hodie vulgatissima & in praxi frequentissima, certum tamen est, ejus per novem ut minus sæcula, imo in Gratiani quoque decreto vix ullum vestigium existere. At eo majores brevi tempore progressus habuit. Per solum *librum Sextum decretalium* introducti sunt XXXII. casus excommunicationis latæ sententiæ: *Gloss. in cap. 22. de sent. excom. in VI.* Inveniuntur in solis *Clementinis* L. ejusmodi excommunicationes: *Gloss. in cap. 1. Clement. eod.* per *Bullam Cœnæ*, per *Extravagantes*, per *Constitutiones synodales*, per *visitationes & renovationes regularium* pene innumeræ: & vix ulla Bulla aut Rescriptum Romæ prodit, cui non sit annexa excommunicatio ipso facto incurrenda, idque non raro etiam in decretis, quæ ad solam rerum & jurium temporalium conservationem tendunt.

NAVARR. in *Manual. cap.* 27. *n.* 49. In antiquis canonibus, in decreto & decretalibus vix XXVI. casus excommunicationum reperiuntur, quæ tamen ipsæ, si recte ponderentur, maximam partem non excommunicationem ipso facto, sed ab homine convictis infligendam indigitant. Neque est, quod aliter interpretemur verba celebratissimi *can. si quis suadente diabolo.* 29. *XVII. Q. IV.* quo dicitur, qui in clericum vel monachum violentas manus intulerit, *Anathematis vinculo subjacere*, si scilicet convictus, ac condemnatus fuerit. Interim glossa id explicat de excommunicatione ipso facto incurrenda, quæ opinio vulgo regnat. *FLEURY: Instit. Iur. eccles. P. III. cap. XX.* §. 7. *VAN ESPEN: P. III. Tit. XI. cap. VII.* §. 20. *Tractat. cit. cap. I.* §. 4.

§. XLIX.

Ad eam requiritur justa caussa.

Pœna excommunicationis in ecclesia nulla major est. can. 17. XXIV. q. III. Igitur ut ea inferri jure possit, requiritur 1) *delictum gravius can. 41. XI. q. III. quod scandalum generet in ecclesia, aut pacem perturbet, aut aliquod grave nocumentum adferat. SUAREZ. de censur. disp. IV. sect. IV. n. 3.* Dein 2.) *publicum; can. 19. II. 9. I. cap. 48. de sent excom.* Quænam enim esset ratio peccati

peccati occulti reos a cœtu fidelium excludendi, quos nec feverissima disciplina ad pœnitentiam publicam ulla censura coegit? *can. 3. VI. 9. II.* (*sup. §. 16.*) 3.) *legitime probatum*, cujus auctor aut sponte confessus aut plene convictus est. *Can. 11. 18. II.* q. I. Quo enim major est pœna, eo gravior causa criminalis, eo adcuratior ejus tractatio requiritur, ut recte omnino *S. AUGUSTINUS libr. de fid. & oper. cap. 26.* tria peccatorum genera distinxerit, & *gravissima* tantum excommunicatione plectenda: *graviora* pœnitentia publica: *leviora* tandem privata & quotidiana deprecatione purganda esse tradiderit.

EL. DU PIN. de antiq. eccles. discip. Differt. III. cap. II.

§. L.

Hinc adparet 1.) excommunicationem latam pro levi culpa & delicto esse non solum injustam, sed ipso jure nullam, a quocunque feratur. *can. 8. 42. XI. q. III.* Et 2.) eum, qui excusatur a culpa mortali; excusari etiam a censura excommunicationis licet simpliciter & sine exceptione impositæ. 3.) quoad causam legitimam non esse discrimen faciendum inter anathema seu excommunicationem solennem & simplicem, cum idem sit utriusque consectarium, (sup. §. 46. 47.) totalis nempe ab ecclesia rejectio. 4.) Nimium quantum excedere illos Prælatos, qui propter res mere pecuniarias & causas temporales hoc armorum genus usurpant *cap. 3. de solut.* qui enim pro solis incommodis temporalibus evitandis aut commodis politicis conservandis æternam vult infligere mortem, cui quæso similis erit? Illi nimirum (respondet *GERSON. de vit. spirit. Lect. IV. Corol. V.*) *qui volens abigere muscam a fronte vicini eam securi percutiens vicinum stolidus excerebravit, aut ei parem dixerim, qui studens curationem modici vulneris in pede equi pedem confestim abrupit & scidit, equumque peremit.* 5.) Nec minus sacro fulmine abuti eos dixit antiquitas, qui propter privatas sibi illatas injurias quemquam anathemate ferirent. S. GREGOR. *lib. II. Epist. 34. Can. 27. XXXIII. q. IV.* 6) Rectissime a Concilio Tridentino observatum esse, excommunicationem *si temere aut levibus ex rebus incutiatur magis contemni quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem Sess. XXV. cap. 3. de reform.*

Causae injustae recensentur.

VAN ESPEN: *Tract. cit. cap. IV.* BINGHAM. *loc. cit. cap. III.* §. 13. *seq.*

§. LI.

Præterea neque omnes peccatores, qui delictum excommunicatione dignum admiserunt, statim anathemate feriendi sunt. *Contumacia* delinquentis, ecclesiam monentem audire renuentis requiritur, Matth. XIII. 17. Sed nec quævis

Contumacia & præviæ monitiones.

quævis contumacia sufficit, verum illa demum qua scelus commissum non litur. Ideo solennis est & antiquissima ecclesiæ consuetudo, *Can. Apost.* doctrinæ Christi conformis, ut non nisi post *canonicam & competentem cap. cap. 3. & 5. de sent. excom. in VI.* hoc est, *trinam. can. 5. XVI. q. VII.* et ju *Concil. Trid. Sess. XXV. cap. 3.* saltim *binam publicam monitionem* sententia communicationis pronuntietur. Intervalla temporum, quæ istas inter co ctiones intercedere debeant, jure quidem determinata non sunt, sed quis videt, tanta temporis spatia pro personarum, locorum & negotii qualitate quiri, ut de vera contumacia prudenter dubitari nequeat?

SUAREZ loc. cit. disp. IV. Sect. V. n. 9. Hunc morem etiam primis sæc ab ecclesia servatum reperimus. *SYNODUS OECUMENICA EPHE NA* in relatione ad Imperatores de depositione *NESTORII*, postquam posuit Nestorium secundo vocatum renuisse se Synodo sistere, subjun *porro autem cum canones præscribant, TERTIO quoque contumacem esse monendum, missis iterum aliis ad illum episcopis durum & immorigerum dem invenimus. cap. HARDUIN. Tom. I. col.* 1442. Similiter in *CONC CHALCEDONENSI DIOSCORUS & Semel & Secundo & Tertio Dei amantissimos episcopos regulariter vocatus dicitur. ap. eund. Tom. col.* 346. Quod autem ex *CONCIL. LUGDUNENSI* sub *GREGORIO in cap. 9. de Sent. excom. in VI.* permittitur judici, ut subinde pro tri monitionibus una utatur, recentioris est disciplinæ atque ex jure civili, apparet ex *L.* 72. *D. de Iud.* mutuatum. *VAN ESPEN Tract. cit. cap. & cap. IV.* §. 2.

§. LII.

uænam ujus præ- eos ra- o.

Neque obscura est piissimæ hujus disciplinæ ratio. Materno affectu clesia cunctos amplectitur, desiderans ad exemplum Christi, omnes salvos ri, nec quemquam perire. Hinc nihil omittit, nihil intentatum relinquit, peccatores ad frugem reducat. *Cum dolore enim*, inquit S. *AMBROSIUS I. offic. cap. 27. amputatur, etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur potest sanari medicamentis; si non potest, tunc a medico bono abscinditur: sic epis affectus boni est, ut optet sanare, serpentia auferre ulcera, adducere aliqua vel scindere; postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere.* Et S. *LEO* ep 93. *Nulli christianorum ait, facile communio denegetur, nec ad indignantis hoc arbitrium sacerdotis, quod in m[illegible]gni reatus ultionem innitus & dolens quodam modo debet inferre animus. SYNODI EPHESINÆ Patres* testantur, se inv ac non sine gemitu & dolore ad damnandum Nestorium descendisse. *Lacry* (inquiunt) *subinde perfusi ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario v mus. ap. HARDUIN. Tom. I. coll. 1422. FLAVIANUS in Concil. chalcedon* in sententia ipsa adversus Eutychen *lacrymantes*, inquit, ac *gementes perfecta perditione decrevimus, per Dominum nostrum Jesum Christum ab eo blasphema* exi

extraneum eum esse, ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione & primatu monasterii: ap. eund. Tom. II. col. 169. In condemnationem Dioscori *JULIANUS ecclesiæ romanæ legatus* in eadem Synodo ita consensit. *Mihi quidem lacrymarum fontes distillant, & tenet linguam ad explanationem communis compassio. Sed quoniam præter meum votum Dioscorus magnæ Alexandrinæ civitatis Episcopus tot se ipsum per inobedientiam criminibus monstravit obnoxium, accusatus a diversis in multis delictis & tertio vocatus regulariter occurrere minime voluit, debilitate conscientiæ tentus dolens & gemens dico alienum eum esse ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio. ap. eund. loc. cit. col. 347.* Hæc semper fuit ecclesiæ mens, hæc mansuetudo, religioni nostræ consentanea, ut non nisi illos, quos modis nullis in sinum suum reducere posset, cum summo dolore abjiceret. *Can. 18. XXIV. q. III. can. 41. XI. q. III.* add. *can. 2. V. q. II.*

EL. DU PIN. loc. cit. cap. II. §. 4. *seq.*

§. LIII.

Qua vero ratione cum sensu textus evangelici & ecclesiæ mente combinari poterunt excommunicationes, quæ vulgo dicuntur *latæ sententiæ.* (sup. §. 48.) id est, quæ ipso facto sine sententia judicis per ipsam legem inferruntur? Sunt quidem ipsam legem monitionis competentis vicem subire. At quod sola legis transgressio aliquem constituat adeo contumacem, ut tanquam desperatus peccator ab ecclesia corpore rescindi debeat, nondum satis adparet. Viderint alii, quomodo se expediant. *GERSON loc. cit.* existimat, per excommunicationem latæ sententiæ hominem re ipsa non excommunicari, sed excommunicandum decerni, statim atque convictus fuerit ejus rei, propter quam excommunicatio fertur a jure sine ullo prævio judicio. Interim satis certum est, ejusmodi excommunicationes neminem obstringere, nisi qui eas noverit, plurimas autem sine culpa ignorari posse; tantus enim est earum numerus, ut ne quidem solertissimi canonum interpretes cunctas enarrare audeant, & tamen pariter certum est, quod, si ad excommunicationem ferendæ sententiæ requiratur grave & execrabile crimen, multo gravius & execrabilius esse debeat, ob quod excommunicatio latæ sententiæ feratur.

Excommunicationum latæ sententiæ abusus ostenditur.

FLEURY Instit. Jur. can. P. III. cap. XX. §. 7. *VAN ESPEN Tract. cit. cap. III.* §. 4. Excommunicationum istarum abusum & irregularitatem ita describit *PETRUS DAMIANI in Epist. XII. ad Alexandrum Papam. Præterea duo quædam apud Apostolicam Sedem frequens usus obtinuit, quæ si sancta prudentia vestra judicat, ut nobis videtur, omnino digna sunt corrigi. Unum quia cunctis fere decretalibus paginis anathema subjungitur: alterum, quia cujuslibet ecclesiæ filius, sive clericus, sive Laicus, exponere proprii excessus Antistitis prohibetur. Quorum primum, quam sit humanæ salutis immane periculum, & infinite patens vorago labentium, ac pernicies animarum,* clemen-

clementiæ vestræ pietas non ignorat, dicitur enim: quisquis hæc, vel illa non fecerit, sive certe quisquis hoc, quod superius statutum est, irritum duxerit, vel in aliquo violaverit, anathema sit: ubi notandum, quam lubrica, quam præceps subito mendi illic procuretur occasio - - - & cum dictante justitia alia sit ultione plectendus, qui plus delinquit, alia qui minus excedit, hic graviter leviterque peccantibus æqua cunctis, & indifferens pœna, irrogatur. - - - hanc itaque homo de homine pœnam sumit, quam de sui transgressione mandati ipse quoque Deus omnipotens non præsumit. Qui amat, inquit, *patrem aut matrem plus quam me, non continuo addidit, sit anathematisatus, vel maledictus. Sed tantum* ait, non est *me dignus: & in lege oculus pro oculo, dens pro dente, percussura pro percussura, adustio pro adustione duntaxat exigitur nec continuo, qui reus est, de Synagoga projicitur, vel maledictione damnatur. Non enim secundum Stoicos omnia peccata sunt paria, atque idcirco indifferente sunt ultione plectenda, sed juxta modum culpæ temperanda est censura vindictæ. Porro nec B. Gregorius, nec ceteri Patres, qui diversis temporibus in Apostolicæ Sedis regimine floruerunt, hunc morem cum suis reperiuntur observasse decretis, & vix eorum aliquando statutis anathema subnectitur, nisi cum catholicæ Fidei clausula terminatur. Quamobrem, si sanctæ vestræ reverentiæ placet, hunc morem de cætero a decretalibus amoveri præcipiat.*

§. LIV.

...com-
...unica-
...one non
si aliis
mediis
...stra ad-
...itis.

Quid, si a gravitate delicti & ipsa delinquentis contumacia non adeo liber sit ad *ultimum remedium* transitus? nam magna adhuc prudentia opus est, ne intemperatus & inconsultus acutioris hujus gladii usus plus detrimenti, quam emolumenti ecclesiæ adferat, ne triticum una cum Zizaniis ante opportunum judicii tempus eradicetur. *Quamvis excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen magnaque circumspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temere & levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere quam salutem.* CONCIL. TRIDENT. *Sess. XXV. cap. 3 de reform.*

In eodem loco Patres Tridentini excommunicationum usum aliquatenus restrinxerunt. Et primum quidem *excommunicationes illas, quæ monitionibus præmissis ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro rebus deperditis aut subtractis ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab episcopo ita decernendas esse voluerunt, ut episcopus nec ad eas concedendas cujusve sæcularis etiam magistratus auctoritate adducatur.* De his Monitorialibus vid MORIN *loc. cit. Lib. II. caput.* 7. Deinde mandant *judicibus ecclesiasticis, ut quandocunque executio realis vel personalis in qualibet parte judicii, propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quam definiendo a censuris ecclesiasticis.* Et demum subjungunt ad fin. *cit. cap. Nefas sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata, cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.*

§. LV.

§. LV.

Illud non est tacendum, etiam cognitos malos bonis non obesse in ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio conservandæ pacis impediat. S. AUGUSTIN. *Epist. 164. ad Emerit. Omnis enim pia ratio & modus ecclesiasticæ disciplinæ unitatem spiritus in vinculo pacis maxime debet intueri.* S. AUGUSTIN *lib. III. contr. Epist. Parmen. cap. 1.* Inde idem S. Pater ingenti argumentorum adparatu demonstrat, quod, si vel ipsum crimen vel persona excommunicanda sociam habeat multitudinem, *consilia separationis & inania sint & perniciosa atque sacrilega, quia & impia & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animosos malos. Lib. III. contr. Epist. Parmen. cap. II. Quando ita crimen cujusque notum est omnibus, & execrabile adparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplinæ. IDEM loc. cit. quum vero idem morbus plurimos occupavit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus. IDEM loc. cit.*

Et nunquam contra multitudinem utendum est.

Idem hoc argumentum *S. AUGUSTIN.* pluribus persequitur in *Epist. 255. ad Macrob. & in lib. III. cap. III. V. IX. cont. Gaudent;* multisque in aliis locis & ubique luculenter ostendit, magis esse, ut tolerentur improbi, quam ut cum majori ecclesiæ periculo disciplina ecclesiastica feriantur. Add. *VAN ESPEN. Tract. cit. cap. VI.*

§. LVI.

Intelligitis profecto, quanta circumspectione opus sit, dum de principibus eorumque ministris excommunicandis quæstio agitatur. Equidem nemo fidelium ab ecclesiæ regulis solutus est, nec absolute repugnat, ipsos quoque reges peccatores aut hæreticos ecclesiæ communioni indignos declarari. (sup. lib. V. §. 254.) ast cur JULIUS vel LIBERIUS non excommunicavit CONSTANTIUM maximum illum Arianorum patronum, contra quem Athanasius tamen & Hilarius tanto Zelo incensi contendunt, eum modo hæreticum, modo antichristum & alia omnia vocando? Quomodo ipse JULIANUS excommunicationem effugere potuit Liberii? Cur non fulminavit DAMASUS contra VALENTEM ferocissimum Catholicorum persecutorem? Cur Damasus JUSTINAM Imperatricem Arianismi patronam non excommunicavit? Cur SIRICIUS non subjecit censuræ THEODOSIUM ob cruentum facinus, ob quod communionem ei denegavit AMBROSIUS? Cur LEO non ausus est reprehendere THEODOSIUM JUNIOREM, qui Dioscorum & concilium EPHESINUM II. imperiali potestate protegebat? Cur non potius eum anathematis fulmine percutiendo quam lacrymis suppliciter rogando ad obsequium perduxit? Cur tot pontifices in THEODORICI aliorumque principum arianismum ante ipsorum fores foventium heresi conniverunt? Cur nec SIMPLICIUS

An reges & principes excommunicari possint?

nec FELIX ita puniverunt ZENONEM Imperatorem Concilii everſorem chalcedonenſis, cujus auctoritatem ambo tanto cum zelo recte defendebant? Cur VITALIANUS CONSTANTEM Heraclii nepotem hæreticum, fraticidam, & ſacrilegum, qui Martinum e Sede dejecerat, & relegatum fame confecerat, qui in Maximum & ejus diſcipulos ſævierat, non modo non excommunicavit, ſed & honorifice excepit? Ut de innumeris aliis, quæ hic adferri poſſent, exemplis jam nihil dicam, ne hiſtoriam conſcripſiſſe videar.

FLEURY. Diſcurs. in hiſt eccles. §. 17.

§. LVII.

Qua ratione id adfirmandum.

Etſi ergo de jure conſtet, quod reges & imperatores excommunicari poſſint; de convenientia tamen, an eccleſiæ utile ſit, difficillime conſtabit. Vix ac ne quidem in Majeſtatem fulmina projicere licebit ſine magno ſchismatis periculo, pacis publicæ perturbatione, eccleſiæ vexatione, & cæteris calamitatibus, quas inde ſequi hiſtoria, optima in ejusmodi rebus magiſtra, docuit. Vidit id IVO CARNOTENSIS, qui in *epiſt.* 117. ſcribere non dubitavit: *Diſpenſationes rerum temporalium regibus attributa ſunt, & Baſilei, id eſt, fundamentum populi & caput exiſtunt. Et ſi aliquando poteſtate ſibi conceſſa abutuntur, non ſunt a nobis graviter exaſperandi, ſed ubi ſacerdotum admonitionibus non adquieverint, divino judicio ſunt reſervandi, ubi tanto diſtrictius ſunt puniendi, quanto minus fuerint divinis admonitionibus obnoxii.*

Enimvero indulgentia eccleſiæ in reges eo proceſſit, ut quos illi Communione dignos haberent, digni etiam eccleſiæ Communione redderentur. *Si quos culpatorum regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut menſæ ſuæ participes effecerit, hos etiam ſacerdotum & populorum conventus ſuſcipere in eccleſiaſtica Communione debebit, ne quod principalis pietas recipit, nec a ſacerdotibus Dei alienum habeatur. CONCIL. TOLETAN. XII. can.* 3. *ap. HARDUIN. Tom.* 3. *col.* 1720. Jam quid de illis excommunicationibus dicam quæ a romanis pontificibus ad jura & dominia eccleſiæ romanæ aut recuperanda aut conſervanda, quæve in aliorum cauſis temporalibus adverſus principes latæ aut intentatæ ſunt, id plane ignoro. Vid. *EL. DU PIN. loc. cit.* §. 25. *ſeq.*

§. LVIII.

Excommunicationis ferendæ forma.

Primis eccleſiæ ſæculis excommunicationis ſententia nullis verborum formulis erat conſtricta nullis ritibus peculiaribus veſtita. Epiſcopi examinata adcuratiſſime cauſa, tentatis omnibus aliis remediis, abhibito clero ſuo excommunicationem ſimpliciter pronuntiabant, *CONSTIT. APOST. lib. II. cap.* 37. 42. ſæculo IX. & ſequentibus, cum fulminum iſtorum absque debita moderatione ſæpius & præſertim ad tuenda jura & eccleſiarum prærogative vibratorum frequen-

quentia contemni videbatur, excogitari cœperunt formulæ quædam excommunicationum ad terrorem incutiendum conceptæ, quæ postea ad *excommunicationem solemnem* seu anathema (sup. §. 47) restrictæ sunt.

Veteres excommunicationis formulas plures ex manuscriptis codicibus refert *EDM. MARTENE Tom. III. de antiq. eccles. rit. lib. III. cap. IV.* quarum prima verbis amplissima ex pontificali anglicano monasterii Gemeticensis desumta legi meretur. Similem formulam habent *RHEGINO de eccles. discip. lib. II. cap.* 409. *BURCHARDUS in decret. Lib. XI. cap.* 3. *IVO decret. P. XIV. cap.* 76.

§. LIX.

In pontificali romano sub *TIT. ordo excommunicandi & absolvendi* hanc formam legimus præscriptam: *Quando anathema, id est, solemnis excommunicatio pro gravioribus caussis fieri debet, Pontifex paratus amictu, stola, pluviali violatio, mitra simplici, assistentibus sibi duodecim presbyteris superpelliceis indutis, & tam ipso, quam Presbyteris candelas ardentes in manibus tenentibus sedet super faldistorium ante altare majus, aut alio loco publico, ubi magis sibi placebit; & ibi pronuntiat & profert anathema.* Ex Pontificali romano.

§. LX.

Cujus hæc sunt formalia: *Eum cum universis complicibus fautoribusque suis judicio Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & B. Petri Principis Apostolorum, & omnium Sanctorum, nec non & Mediocritatis nostræ auctoritate & potestate ligandi & solvendi in cœlo & in terra nobis divinitus collata, & pretiosi Corporis & Sanguinis Domini perceptione, & a societate omnium christianorum separamus, & a limitibus S. Matris ecclesiæ in cœlo & in terra excludimus, & excommunicatum & anathemizatum esse decernimus, & damnatum cum diabolo & angelis ejus, & omnibus reprobis in ignem æternum judicamus, donec a diaboli laqueis resipiscat, & ad emendationem & pœnitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat; tradentes eum satanæ in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fiat in die judicii.* Explicatur.

§. LXI.

Post hæc *tam pontifex, quam sacerdotes debent projicere in terram candelas ardentes, quas in manibus tenebant.* Id quod ex GRATIANI *can. 109. XL. q. III.* desumtum esse videtur. RHEGINO verborum formulam olim addi consuetam exhibet. *Sicut hæ lucernæ extinguuntur in oculis vestris, ita gaudium eorum extinguatur in conspectu sanctorum Angelorum, nisi ante mortem ad satisfactionem venerint. Lib. I. de discip. eccles. cap. 412.* Idem.

Hoc

Hoc ritu solet quotannis in die cœnæ Domini solemniter pronuntiari anathema in violatores jurisdictionis & immunitatis ecclesiasticæ expressos in bulla, quæ exinde dici consuevit *BULLA COENÆ DOMINI*, quam tamen non obstante hac annua solemni promulgatione nec Germania neque ulla provincia extra statum ecclesiasticum romano pontifici in temporalibus subjectum hactenus recepit aut recipere potuit. Quid ergo est, cur præ aliis censuris notandas esse illas dixerit *P. ZECH. de jud. eccles. sect. II. Tit. X.* §. 122. *quæ continentur in Bulla cœnæ domini?* addit: *Censentur hæ excommunicationes latæ ab homine, non a lege*, cur hoc, *quia pontifex semper vocat processus, sententias*, &c. lepida ratio.

§. LXII.

Forma omni excommunicationi communis.

Hactenus dicta excommunicationi solemni propria: communia in omni excommunicatione observanda sunt: 1.) *Quisquis excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat*, & 2.) *causam excommunicationis expresse conscribat, propter quam excommunicatio proferatur.* 3.) *Exemplum vero hujusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus:* 4.) *super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas. Cap. 1. de sent. excom. in VI.* 5.) *Epistola presbyteris per parochias & etiam vicinis episcopis mittatur, continens nomen excommunicati & excommunicationis causam, ne quis per ignorantiam ulterius illi communicet. Pontifical. rom. loc. cit.* Hoc enim semper in ecclesia usitatum fuit, ut, simul atque aliquis excommunicatus esset, hac de re aliæ ecclesiæ certiores redderentur, CONCIL. TOLETAN, *1. can. II.* quo facto, qui in una quadam ecclesia excommunicatus esset, pro excommunicato in omnibus aliis habebatur. CONCIL. NICAEN. *can. 5.*

BINGHAM: loc. cit. cap. II. §. 9. 10. Ne quis putet excommunicationem solemnem majorem vim ac efficaciam habere, quam aliam simplicem, non enim re ipsa, sed externa tantum forma differunt (sup. §. 50.) & quod in pontificali romano dicitur, solemnem excommunicationem pro *gravioribus* culpis fieri debere, id errorem manifestum prodit jam (supra §. 40.) notatum.

§. LXIII.

Censura injusta non est timenda.

Excommunicatio justa causa destituta, qua is servato licet juris ordine feritur ut nocens, qui revera est innocens, a Doctoribus *injusta ratione causæ* seu *materiæ* adpellatur. *Can. 88. XI. q. III.* *Quid obest homini christiano, quod in illa tabula non velit eum recitare humana ignorantia, si eum de libro viventium non delet iniqua conscientia.* S. AUGUSTIN. ap. GRAT. *can. 50. ibid.* *Aeterni tribunal judicis illum reum non habet, quem injuste judex condemnat. cap. I. de sent. & re jud. in VI.* *Cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæra-*

quaratur. S. HIERON. *in Matth. cap. 16.* Ergo cenſura injuſta etiam anathematis nullatenus eſt timenda. *Can. 87. ibid. Can. 4. 7. XXIV. q. III.* & potius excommunicationis fulmen ſuſtinendum, quam aliquod peccatum committendum & a veritate vel leviter recedendum eſt, ne alias ſimiles ſimus principibus illis, de quibus dicitur JOAN. XII. 42. quod quidem *in Christum crederent, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut e Synagoga non ejicerentur; dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.*

Dicitur quidem apud *GRATIAN. Can. 1. XI. q. III. Sententia paſtoris ſive juſta ſive injuſta fuerit, timenda eſt.* Verum non eſt hæc ſententia *S. GREGORII in homil. XXVI. in Evangel.* Unde ſuum canonem Gratianus collegit, & cujus verba ipſa ad calcem *can. 77. ibid.* retulit. Potius ex contextu adparet, S. Gregorium id velle, ut ſubditi non *temerarie* ac *tumida reprehenſionis ſuperbia* paſtoris ſui judicium reprehendant & contemnant, ſed timeant & vereantur, an non forſan ex ſua culpa judicium hoc meruerint. *VAN ESPEN. Tract. cit. cap. VIII. §. 1.*

§. LXIV.

Sicut eccleſia non vult, ut quis innocens per cenſuram ligetur, ita quoque non vult, ut clavium poteſtas eccleſiæ ejusque miniſtris concredita contemnatur. Id autem absque dubio contingeret, ſi quis per judicem competentem ſervato in omnibus juris ordine excommunicationis licet injuſtæ ſententia proſtratus eam palam exſibilaret; ubi enim eſſet judicum judiciorumque auctoritas, ubi obedientiæ gloria, ſi cuivis ſub prætextu injuſtitiæ, quo ſibi plerique adulari ſolent, ſententiam prolatam propria auctoritate liceret conculcare? Ergo cenſura, quantumvis ex parte cauſæ injuſta in *foro ſaltim exteriore* tenenda & obſervanda eſt. Atque ita contingit, ut, *qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit innodatus ſententia. Cap. 28. de ſent. excom.* idque ratione ſcandali evitandi & contemtus judicis, *ſi enim ſcandalum quacunque ratione ceſſet & innoteſcat aliis qualitas ſententiæ & hominis innocentia, ceſſabit obligatio, ergo ſignum eſt totam hanc obligationem eſſe ratione ſcandali evitandi. Suarez loc. cit. Diſp. IV. ſect. VII. num. 16.*

Sed in foro ſaltim externo obſervanda.

§. LXV.

Quod ſi vero publica ſit & notoria cenſuræ injuſtitia, quod frequentius contingit, in cenſuris *generalibus* & *latæ ſententiæ*, quas judices eccleſiaſtici & curiales ſuis decretis & ordinationibus quaſi de ſtylo inſerere conſueverunt, & quarum *vitium* tam ex *parte materiæ & formæ ſubſtantialis proceſſus judicialis*, quam ex *defectu jurisdictionis* nec non *debitæ publicationis* ac *receptionis* ſua ſponte ſe prodit, tum eas pati vel timere nulla ratione tenemur. Si enim nec pro foro in-

Quandoque palam contemni poteſt.

terno, nec externo ullum adpareat jus, omnem pariter cessare obligationem necesse est. Ergo neque in foro externo observandæ sunt, sed tanquam nullæ & invalidæ negligi possunt, imo debent etiam, quia non nisi cum summa rei publicæ & ecclesiæ perturbatione ac multorum scandalo, & nullo spirituali animarum profectu observari possunt. Quod si quis dura nimis hæc dixerit, is, quid de excommunicationibus in famosa Bulla Cœnæ contentis sentiendum sit, prius respondeat. - - - Necesse profecto est, ut aut in nostram sententiam transeat, aut omnes summos principes catholicos, una cum omnibus suis administris, & consiliariis saltim pro foro externo excommunicatos dicat. *Cui est illata sententia, deponat errorem, & vacua erit. Sed si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum & ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.* GELAS. PAPA *ap.* GRATIAN. *can. 46. XI. q. III.*

ENGEL. *ad Tit. de Sent. excom* §. *IV. n.* 103. *seq.* Verum est, quod non desint qui hujusmodi comminatas aut ipso jure inflictas censuras sine exceptione esse timendas sibi, & aliis persuadere student, egregie traducentes eos, qui cum S. GREGORIO admonent *subditos, ne plus, quam expedit, sint subjecti, ne, cum student, plus quam necesse est, hominibus subjici, compellantur vitia eorum venerari. ap.* GRATIAN. *Can.* 57. *II. q. VII.* Ast eos non solere quærere in extollenda harum censurarum efficacia, nisi quæ sua sunt, demonstravit VAN ESPEN *Tract. cit. Can. VIII.* §. 7. atque exempla Roberti Episcopi Lincolniensis & Sewaldi Archiepiscopi Eboracensis produxit, quorum sanctitatem pluribus miraculis etiam post mortem Deus manifestavit, qui censuras papales quoque ob injustitiæ notorietatem contemserunt, atque *palam* eis resistendum putarunt. Add. omnino VAN ESPEN: *loc. cit.* §. 8.

§. LXVI.

Contra censuras remedium ordinarium adpellatio.

Ordinarium adversus censuras injustas remedium est *appellatio* ad superiorem, quæ alias non solum cum *devolutivo*, sed etiam *suspensivo* effectu interponitur. Sed in sententia excommunicationis & cujusvis censuræ, si *absolute & simpliciter* fuerit lata, causa quidem devolvitur, executio vero minime suspenditur *Cap. 8. de off. ordin. cap. 20. de sent. excom. in VI.* eo quod *sententia excommunicationis executionem secum trahat. Cap. 53. §. 1. de appell.* Itaque appellatio a censura vel sub conditione inflicta, vel duntaxat comminata utroque effectu, gaudebit *Cap. 10. de appellat.*

Ex decreto SYNODI NICÆNÆ *Can.* 5. liberum erat tam clericis quam laicis querelas suas adversus iniquas Episcoporum sententias ad synodum provincialem *quandocunque* deferre & coram Episcopis ibidem congregatis sententiæ injustitiam exponere. Et tum quidem forma interponendæ, introducendæ & prose-

prosequendæ appellationis, quæ ex jure civili in jus sacrum translata est. (Lib. V. §. 261.) ignorabatur.

§. LXVII.

Effectus excommunicationis ex Christi

Ex verbis Christi Salvatoris nostri: *Si ecclesiam non audierit*, SIT TIBI :UT ETHNICUS & PUBLICANUS MATH. XVIII. 17. ex pœnæ ec-iasticæ (lib. V. §. 246.) & excommunicationis definitione (sup. §. 44.) ad-:t, quod proprius & essentialis anathematis ex Christi institutione effectus ut quis omni jure, quod cui competebat tanquam membro corporis eccle- privetur. Hac de causa excommunicati excludendi sunt *a sacramentorum eptione*, *a publicis conventibus ecclesiasticis*, *a divinis officiis*, solis ecclesiæ fi- patentibus, & *precibus* quæ vel a fidelibus celebrantur. CAN. APOST. vel pro fidelibus *tanquam ecclesiæ membris* funduntur, quo sensu dicitur pro ommunicatis non esse *publice* orandum, *arg. cap. 28. de sent. excom.* quin n pro illis orare liceat, sicut ecclesia pro ethnicis & hæreticis publice orat ium nullum esse potest. Itaque præcipuus, &, si stricte loqui velimus, :us excommunicationis effectus est privatio officiorum spiritualium, non eorum, quæ jure naturali, gentium aut civili debentur. Nam & cum ethnicis ublicanis, quos Christus excommunicatis adæquat, societas civilis recte atur, & potest quidem societas aliquem ex suo, at non ex alieno conventu ere, adeoque nec ecclesia aliquem juribus, queis ipsa natura homines in- rit, aut quæ per civitatem adquisita sunt, spoliare. Denique nec eo eccle- jura ex Christi institutione se extendunt, ut pœnis temporalibus possit in animadvertere (Lib. V. §. 247. seq.)

§. LXVIII.

Et Apostolorum institutione.

At ipsi Apostoli I. *ad Cor.* V. 4. *ad Rom.* XVI. 17. II. *ad Thessal.* III. 14. OAN. V. 10. 11. eorumque successores S. IRENÆ. *lib.* III. *cap.* III. Fi- ous inculcabant, ut & a civili & vulgari conversatione commercioque ex- municatorum abstinerent, tum ut ipsos a contagio malorum præservarent, ut sceleratos obduratosque magis confunderent. Id quod solicite etiam rvabant, cum & rariores essent excommunicationes, & summa cum modera- e, & non nisi propter enormia crimina infligerentur. Ita de S. Joanne stolo legimus, quod cum aliquando lavandi causa balneum Ephesi esset in- sus, viso intus Cerintho statim exilierit dicens: *fugiamus hinc, ne forte bal- coincidat, in quo est Cerinthus veritatis inimicus.* IRENÆ *lib.* III. *cap.* III. SEB. *lib.* III. *cap.* III. Hæc tamen regula dignam Apostolorum doctrina ptionem habuit; nisi absoluta quædam necessitas vel major aliqua, magis- urgens consideratio moralis aliud exposceret. Hinc nec Episcopi excom-

municatos, si vel maxime relapsi essent, negligebant. Non abhorruerunt ab eorum consortio, non a convictu, memores, Christum manducasse cum Pharisæis & peccatoribus. Consolabantur & exhortabantur eos, ne animum despondcrent. Resipiscentes & pœnitentia dignos fructus ostendentes gaudio perfusi receperunt tanquam filios perditos, felicissime inventos. CONSTIT. APOST. *lib. II. cap. 40.*

FLEURY Instit. Jur. Eccles. P. III. Cap. XX. §. 2. *BINGHAM: loc. cit. Cap. II.* §. 11.

§. LXIX.

Posterioribus temporibus ultra omnem modum extensus est.

Sæculo X. & sequentibus usus excommunicationum etiam de levibus causis ad tuenda præsertim jura ecclesiæ temporalia inflictarum (§. 48) frequentior esse cœpit. Quæ ut exoptatum haberent effectum, prohibitio commercii cum excommunicato tam in civilibus, quam in sacris latissime extensa atque summo cum rigore sancita est. Nam ne servis quidem, liberis, uxori licebat ad excommunicatum accedere, nec ipse in judicio comparere, vel ullo jure gaudere poterat. Præterea cum juxta antiquos canones communicans cum excommunicato aliquando incideret in eandem excommunicationem (sup. §. 47.) eadem *ipso facto* & *indistinctim* statuta est, in eos qui rursus communicarent cum hoc excommunicato. Sic una excommunicatio infinitas peperit. Denique GREGORIUS VII. edixit: *Nos Sanctorum Prædecessorum statuta tenentes eos, qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a juramento absolvimus, & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis probibemus. Can. 4. XV. q. VI. Can. 5. ibid.* Quam pravam doctrinam ipse primus contra HENRICUM IV. Imp. in praxin deduxit & ita effectus excommunicationis supra omnes limites protulit. *Sed nimium terribilem ecclesiæ potestatem redditurus contemtam reddidit, remque eo deduxit, ut laici censuras susque deque haberent, & saniores episcopi ad eas recusare dubitarent.* FLEURY: *loc. cit.* §. 3.

Quoad vitandos excommunicatos res olim ita se habuit: qui eorum communionem publice amplectebantur & præcipue, qui se jungebant his, qui tanquam hæretici aut schismatici ex ecclesia ejecti erant, ii ipso facto excommunicati, imo potius quasi se ipsos excommunicasse censebantur. Si autem ex circumstantiis pateret, quod ad illorum conventus accederent, non ut se illis in hæresi aut scelere jungerent, sed curiositatis aliave de causa, item, qui cum privatis excommunicatis communicabant extra crimen, hos puniendos quidem dixere, imo & excommunicandos, si nec moniti a vetito commercio desisterent; sed non ipso jure excommunicati habebantur. *VAN ESPEN: Tract. cit. Cap. VII.* §. 7.

§. LXX.

§. LXX.

Mirum ergo non est, quod moderari hunc excommunicationis rigorem & extensionem debuerint. Ipse Gregorius *conjuges*, *liberos*, *servos*, excommunicatorum: item qui ex *ignorantia* vel *necessitate* veluti emendi vel eleemosynæ causa cum ipsis commercium haberent, excipiendos esse censuit. *Can.* 103. XI. *q.* III. quas exceptiones hoc versiculo exprimere solent: *Utile*, *lex*, *humile*, *res ignorata*, *necesse*. Porro ansam præbuit, ut excommunicationis contagium contraheretur ad solam *immediate* communicantem personam, & non deinceps in *tertiam* derivaretur. Quod ipsum successores pontificis adhuc magis mitigarunt, & a *proxima* excommunicati communione *solam* excommunicationem *minorem* contrahi voluerunt (sup. §. 47.) nisi quis aut in eodem crimine, ob quod alter excommunicatus est *cap. 29. de sent. excom. cap. 3. ibid. in VI.* aut clericus cum excommunicato a romano pontifice in officiis divinis sciens & sponte communicaverit *cap. 18. de sent. excom.* His enim casibus hodie adhuc excommunicatio major ob communicationem cum excommunicato incurritur. Postea restringi cœpit.

§. LXXI.

Interim excommunicatorum fuga imperata adhuc multum incommodi habuit ratione excommunicationum *ipso jure* & *generalium*. Huic occurrisse dicitur CONCILIUM CONSTANTIENSE sub MARTINO V. celebratum, sub cujus nomine extat decretum seu *extravagans*, uti vocatur, in hæc verba: *ad evitanda scandala, & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, statuit, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque Divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, suspensionis aut prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut Interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, Collegium, Universitatem, Ecclesiam, aut locum certum a judice publicata, vel denunciata specialiter & expresse, salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam a Canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, neque alio juris suffragio excusari; nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta Canonicas Sanctiones.* Idem.

Refert hoc decretum *S. ANTONIN. in summa Theol. P.* III. *Tit. XXV.* & licet ejus nulla in Actis Concilii Constantiensis mentio occurrat, neque de sinceritate aut veritate illius aliunde constare videatur, quam ex relatione S. Antonini & Doctorum, qui ejus fidem secuti sunt, nihilominus, quia aptissimum visum est, reprimendis scandalis & periculis ex frequentiore excommunicationum & censurarum usu provenientibus, ubique & quasi communi

ecclesiæ consensu receptum est, neglecto quoque tenore ejusdem Extravagantis, prout reperitur in *CONCILIO BASILEENSI Sess. XX.* & *LATERANENSI* sub *LEONE X. Sess. XI.* *VAN ESPEN: Tract. cit. Cap. VII.* §. 5.

§. LXXII.

qui excommunicati sint vitandi.

Itaque, ut quis hodie tanquam excommunicatus sit evitandus, non sufficit censuram ipso jure aut etiam ab homine per sententiam generalem esse latam, sed requiritur, ut contra *certam personam specialiter & nominatim* excommunicatio sit lata & *publicata*, utque excommunicatus publice, ut talis sit *denuntiatus*. Excipitur is, quem constiterit, pro *sacrilega* manuum injectione in clericum in sententiam latam a Canone incidisse (sup. §. 48. in schol) Neque hic simpliciter, sed tum, si factum ipsum, id est, manuum injectio sit *notoria ut nulla tergiversatione celari:* & si sit *sacrilega* & *violenta* adeo notorie, *ut nullo juris suffragio excusari queat.* Cum autem utraque hæc notorietas ex multis factis & circumstantiis dependeat, simul adparet, quod clerici percussio vix notoria haberi queat, nisi judex examinatis causæ meritis pronuntiaverit. Quod ergo etiam percussor clerici vix unquam tanquam excommunicatus *vitandus* habendus sit, nisi ut talis publice per judicem declaratus fuerit.

VAN ESPEN. Tract. cit. Cap. VII. §. 5. 6.

DE INTERDICTO.

§. LXXIII.

2. INTERDICTUM, quod definitur.

Altera species censuræ & pœnæ ecclesiasticæ communis est INTERDICTUM, quod passim definire solent, quod sit *censura ecclesiastica prohibens usum quarundam rerum sacrarum, ut fidelibus communem, quatenus talis est.* Illud differre ajunt ab *excommunicatione*, quia, etsi hæc quoque prohibeat rerum divinarum usum, non tamen *quatenus usus* est, sed prout est quædam communicatio cum fidelibus. A *suspensione* autem distingui, quod hæc privet quidem *spiritualium* rerum usu, sed non *communi* fidelibus, verum solis *clericis proprio.* Tandem quod dicatur *aliquarum rerum divinarum* ejus hanc esse rationem, quod interdictum non privet omnibus rebus divinis, sed illis duntaxat, quæ in jure expressæ sunt & modo in jure declarato. Item illud modo pœnæ modo censuræ rationem habere, quatenus vel in vindictam delicti commissi, vel ad frangendam contumaciam inferatur, adeoque monitiones canonicas (sup. § 51.) modo omitti posse, modo præmittendas esse Hæc satis probant, hanc descriptionem ad ea pertinere, quæ Glossatores & scholastici confinxerunt, ut interdictum a pœnis canonicis & reliquis censuris distinguerent (sup. §. 37. 38.) nec

nec enim in antiquis canonibus & autoribus has præcisas & determinatas differentias reperies.

Cum interdicto non est confundenda *cessatio a divinis*, quæ non est censura, sed quædam pura negatio & omnimoda desistentia divinorum officiorum, nec locum, nec personas immediate afficiens ad ostendendam tristitiam, quam ob crimina atrociora fidelium ecclesia concipit. *Cap.* 18. *de Sent. excom. in VI.* Atque huc spectare exemplum a *GREGORIO Turonens. Lib. VIII. Hist. Franc. Cap.* 31. relatum existimo. *FLEURY: Instit. Jur. eccles. P. III. Cap. XXI.* §. 2. item *Hist. Eccles. Lib. XXXIV.* §. 53.

§. LXXIV.

Interdictum locale, ut est censura, dicitur, quod *directe* refertur ad locum aliquem sacrum, ne ibi divina officia fiant juxta modum a canonibus præscriptum, ideo hoc casu personæ possunt in alio loco sacris assistere *cap. de sent. excom. in IV. Personale* immediate dirigitur in personam eidemque interdicit certum quemdam usum divinarum rerum, quod vocare solent *ambulatorium*, eo quod personas sequatur *Cap. 16. cit.* Huc pertinent *prohibitus ingressus in ecclesiam. Mixtum* adpellatur, quod ex utroque collectum æque directe & personas & locum respicit. *Ratione LOCI generale* seu *universale* est, quo subjicitur locus plura alia loca continens, uti est regnum, provincia, diœcesis, civitas, castrum, villa. *Cap. 10. 17. de sent. excom. in VI. particuláre*, quod dirigitur in unum locum sacrum, puta unam ecclesiam, vel etiam in plures ut singulas. *Cap. 17. cit. Ratione PERSONÆ* interdictum *generale* dicitur, quo communitas aliqua generatim sine ullius in specie expressione premitur *Cap. 16. de sent. excom. in VI. Particulare* autem est, si unum aut etiam plures expresso nomine singulorum afficiat. Porro hodie nomine interdicti solet communiter interdictum ratione personarum generale intelligi, illudque nihil aliud esse, quam excommunicationem quandam *generalem* observavit DANDIN. ALTESERRA *Lib. VI. de jurisd. eccles. Cap. 12.*

Ejus divisiones explicantur.

§. LXXV.

Tanta praxis totas ecclesias & nationes interdicto mulctandi eisque usum divinorum mysteriorum negandi, ob unius forte cujusdam peccata, adeo incognita fuit veteribus, ut S. AUGUSTINUS *Epist. 75. ad Aux.* obstupesceret, ubi episcopum quemdam contra ipsum reum & omnem domum ejus anathematis sententiam pronuntiasse audiisset. *Can. 1. XXIV. q. III.* Quid? quod & tum a censuris in rem ecclesiæ abstinendum esse veteres existimarint, si ipsum crimen licet grave sociam haberet multitudinem. *Can. 32. XXIII. q. IV.* (sup. §. 55) Sed inde a Gregorii VII. temporibus invaluerunt *excommunicationes gene-*

Origo interdictorum.

generales & interdicta, ubi excommunicato principe omnes ejus fautores & asseclæ, hoc est, omnes subditi in obedientia perseverantes excommunicabantur, & totum regnum interdicto verberabatur. Nec tantum a romanis pontificibus, sed & tandem ab episcopis civitates & diœceses integræ involuebantur generali interdicto, ob violatam præsertim, ut prætendebant, immunitatem ecclesiasticam. Plura exempla historia suppeditat, quorum nullum hodiernam interdictorum formam & rationem magis exprimit, quam quod in SYNODO LEMOVICENSI An. 1031. celebrata occurrit, quod ipsum novum & *remedium insolitum* compellavit *IVO Carnotens. Epist.* 94.

BINGHAM loc. cit. Cap. III. §. 4. *FLEURY: Instit. Jur. eccles. loc. cit.* §. 2. Occasione interdicti in totum regnum & terras Galliæ tempore *PHILIPPI II.* per *INNOCENTIUM III.* lati conditæ sunt decretales in *Cap.* 1. & 2. *de postulat. Cap.* 7. *de off. legat. Cap.* 47. *de appellat.* Eorum errorem, qui vel *S. BASILIUM Epist.* 244. vel *S. AUGUSTINUM* ex dubio *can. XVII. q. IV.* interdicta adhibuisse putant, refutavit *VAN ESPEN Tract. cit. Cap. IX.* §. 3. Item *in J. E. V. P.* III. *Tit. XI. Cap. X.* §. 17.

§. LXXVI.

Et abusus. Attento primævo horum interdictorum rigore in omnibus ecclesiis interdicto subjectis omnia plane divina cessare jubebantur, ipseque populus usu divinorum officiorum & sacramentorum & instructionum privabatur; sed experientia docuit funestos hujus rei effectus. Innocentes loco nocentium plectebantur, & tandem omnes, tantæ ignominiæ impatientes, in seditiones ac vim publicam accendebantur. Igitur varii pontifices istum rigorem temperarunt, *quia ex districtione bujusmodi statutorum excrescit indevotio populi, pullulant hæreses & infinita pericula animarum insurgunt, ac ecclesiis, sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur cap. 24. de sent. excom. in VI.*

Refert Glossographus ad *cap. cit. Audivi, ait, de quodam loco in Marchia, quod tanto tempore steterat interdictum, quod facta relaxatione homines* 30. *vel* 40. *annorum, qui nunquam audiverant Missam, deridebant sacerdotes celebrantes.* Mirum sane non est, quod rarior his postremis temporibus fuerit interdictorum generalium usus. Neque enim de ullo a romanis pontificibus posito constat post illud, quod PAULUS V. an. 1606. contra REMPUBLICAM VENETAM evulgavit ob violatam, ut ajunt, immunitatem & libertatem ecclesiasticam. Bulla integra extat *ap. Goldast. Tom. III. Monarch. Rom. Imp.* Subjungitur ibidem decretum Ducis Venetiarum anno eodem omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque ecclesiasticis sub dominio Reipublicæ Venetæ existentibus, quo declarat prædictam Bullam:

lam: *non modo, ut injustam indebitamque, verum etiam uti nullam, nulliusque valoris atque momenti habendam esse; atque ita invalidam, irritam & fulminatam illegitime, & de facto, nulloque Juris ordine servato, ut ea remedia adhibenda nos duxerimus, quibus majores nostri, & alii supremi Principes usi sunt cum Pontificibus, qui potestatis sibi a Deo in ædificationem traditæ limites ac modos egressi fuerunt.*

§. LXXVII.

Et quidem placuit 1) ut posito licet generali interdicto *Baptismus parvulorum & pœnitentiæ morientium* possint celebrari *cap. 11. de spons.* & sacrum viaticum morientibus subministrari *cap. 24. de sent. excom. in VI.* Permissum est 2) tempore interdicti populo prædicari verbum Dei & parvulis dari sacramentum confirmationis. *Cap. 43. de sent. excom. cap. 19. eodem in VI.* Dein 3) regularibus id indultum novimus, ne interdicto generali & ipsi involuti intelligerentur, quibus in suis ecclesiis divina officia, sed clausis januis & sine cantu ac campanæ pulsu peragere licuit. *Cap. 11. de pœnit.* Demum 4) *BONIFACIUS VIII.* in *cap. 24. de sent. excom. in VI.*, constituit, ut *singulis diebus in ecclesiis & monasteriis missæ celebrentur, & alia dicantur divina officia sicut prius: submissa tamen voce & januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis & campanis etiam non pulsatis. . . . In festivitatibus vero Natalis Domini, Paschæ ac Pentecostes & assumptionis Virginis gloriosæ; campanæ pulsentur, & januis apertis alta voce divina officia solenniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis.* Quod idem privilegium habetur in *festo Corporis Christi & per totam octavam* ex constitutione *MARTINI V. INEFFABILE & EUGENII IV. EXCELLENTISSIMUM.* Eorundem temperamentum.

Reliqua, quæ de causa justa excommunicationis (sup. §. 49.) de modo & forma ferendi eam (sup. §. 58.) item quod sit vel juris vel hominis (sup. §. 48.) quodque de censuris injustis diximus (sup. §. 63.) etiam interdicto, quatenus est censura, communia sunt.

DE MULCTA PECUNIARIA.

§. LXXVIII.

3. MULCTA PECUNIARIA.

Pissimus ille, qui per XI. fere sæcula duravit, utriusque fori interni & externi nexus (lib. V. §. 258) id quoque consectarium produxit, ut pœnæ ecclesiasticæ rationem pœnitentiarum potius, quam pœnarum habere viderentur. Mirum itaque non est, quod sacerdotes eleemosynarum elargitionem pœnitentibus tum imponere consueverint. Constituto dein foro ecclesiastico mere externo (ibid. §. 259.) eadem pœnitentiæ opera ab ipsis officialibus & judicibus ecclesiasticis per modum pœnæ ad vindictam publicam delictorum irrogari, &

& judicialiter decerni cœperunt: adque hinc *pœnæ pecuniariæ* in forum ecclesiasticum intrarunt, quas cum ecclesiasticæ jurisdictioni minus convenire dixisset Petrus Cunierius (Lib. V. §. 282. in schol.) ei Bertrandus Episcopus confidenter respondit: *ex quo licet sententiam excommunicationis apponere, quæ est major, licet etiam apponere pœnam pecuniariam, quæ est minor.*

§. LXXIX.

Qua ratione in judiciis ecclesiast. invaluerit.

Aliter Patres Africani judicarunt, & cum probe scirent, pœnas sive pecuniarias sive corporales aliasque civiles (Lib. V. §. 246.) non nisi ab imperio civili irrogari posse, ideo in CONCIL. CARTHAGINENS. V. de An. 401. decreverunt: *Et illud petendum, ut statuere dignentur* (Imperatores) *ut si quis cujuslibet honoris clericus judicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis, quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna DAMNI PECUNIÆ ATQUE HONORIS, quo nec ætatem nec sexum excusandum esse præcipiant.* Scilicet, uti advertit *PETRUS DE MARCA in opusc. de vet. collect. canon. Cap. VIII. §. 6. lex petenda erat ob civilem pœnam, quæ ab ecclesia infligi non poterat, sed tantum canonica.*

Ita legitur hic canon in COD. CANON. ECCLES. AFRICAN. *can.* 62. *ap.* VOELL & JUSTELL. *in Bibliothec. Jur. Canon. vet. Tom. I. fol.* 362. & *ap. HARDUIN. Tom. I. col.* 898. vid. *lib. V.* §. 247. *seq.*

§. LXXX.

Idem.

Retulit hunc canonem GRATIANUS in *can. 3. XXII. q. V.* sed Pseudo-Isidori manu omnino depravatum. Nulla hic Imperatorum mentio, nulla legis civilis petitio quasi pecuniæ & honoris jacturam ipsi Concilii Patres sanxissent. Hac autoritate decepti judices ecclesiastici pœnas pecuniarias & civiles eo frequentius usurparunt, & eo magis variatam judicii ecclesiastici conditionem (sup. § 78.) attendere neglexerunt. Inde etiam in pontificum decretalibus frequens pœnæ pecuniariæ mentio occurrit. *cap. 18. de off. jud. ordin. cap. 4. de rapt. cap. 2. de pœn.* ita tamen semper, ut in ejus impositione judices ecclesiastici omnem avaritiæ & propriæ cupiditatis suspicionem avertere studeant. *Cap. 3. de pœn. cap. 13. de off. jud. ordin.*

Extat quoque canon cit. Concil. Carthag. V. *ap. HARDUIN. Tom. I. Col.* 987. sub numero *Canon.* 2. sed eodem modo corruptus: *Visum est* Collectori veteri (inquit *PETR. DE MARCA* loc. *cit.*) *ut canonem istum secundum in sua collectione locaret, constituendo synodi auctoritate, quod postulandum erat a principe. ET ILLUD STATUENDUM, inquit, & cætera subjungit: unde factum crediderim, ut plures mediæ ætatis pontificum constitutiones damno honoris & privatione dignitatum afficiendos jubeant, qui suis decretis reluctati fuerint.*

§. LXXXI.

§. LXXXI.

In quorum sententiam CONCIL. TRIDENT. disertius constituit, ut t *judicibus ecclesiasticis, si expedire videbitur, in caussis civilibus ad forum eccle- icum quomodolibet pertinentibus contra quoscunque etiam laicos per mulctas pecu- iias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, sive captionem pignorum personarumque districtionem per suos proprios aut alienos exe- ires faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum aliaque juris remedia pro- ıre & caussas definire. Seff. XXV. cap. 3. de reform.*

QuidConcil. Trident. de ea statuerit.

Vid. *Seff. XXIII. cap.* 1. *Seff. XXV. cap.* 14. *de reform.* Add. *Lib. V.* §. 257.

DE SUSPENSIONE.

§. LXXXII.

Disciplinam ecclesiæ hactenus spectavimus, prout, omnia ejus membra cit. Nunc considerandum nobis est, esse quasdam *pœnas clericis peculiares* quasdam *censuras* eorum officio & functioni ita proprias, ut illis solis infligi sint, non autem laicis. Has inter est SUSPENSIO, quam definire solent, od sit censura seu pœna ecclesiastica, qua clerico potestatis ecclesiasticæ, quam iet ratione officii aut beneficii, exercitium interdicitur. Dicunt autem eam ingui ab excommunicatione, quia licet hæc quoque privet usu potestatis lesiasticæ, id tamen non contingat, quasi per se privationem illam jurium ione officii vel beneficii competentium intenderet, sed quod communicatio- n cum fidelibus & *per consequens* usum potestatis clericalis auferat. Porro a vel per modum censuræ vel per modum pœnæ infligi, idque tum manife- m esse, si suspensio in certum ac determinatum tempus & ad puniendum de- um commissum, & non ad scelesti pertinaciam frangendam concepta sit (sup. 73.) cujus exempla CONCIL. TRIDENT. *Seff. XXIII. cap. 8. & 10. de orm.* exhibet. Sed nimiam hanc subtilitatem ignorabant veteres, qui de sus- nsione eodem modo ac de depositione aliisque pœnis canonicis loquebantur. p. §. 39.)

Censuræ & pœnæ ecclesiasticæ II.) CLERICIS PROPRIÆ: I) SUSPENSIO.

§. LXXXIII.

Plures suspensionis gradus assumi possunt. Est enim vel *localis*, si certo oco functiones suas obire clericus prohibeatur: vel *personalis*, si in omnibus is. Dividitur quoque in eam, quæ est *ab officio* & eam, quæ est *a beneficio*. · *illam* privatur clericus omni usu & ordinis & jurisdictionis spiritualis *cap. 1. ent. & re jud. in VI. Hac* autem possessorem beneficii impedit in perceptio- fructuum eidem ratione officii competentium. Igitur suspensio modo *ge-*

Cujus variæ sunt species.

neralis & *totalis* esse potest, modo *partialis* & ad certos actus restricta. *Gloss. ad cap. 3. de pæn. in clem.* Cumque dubitare soleant, num ab officio simpliciter suspensus idem quoque fatum debeat ratione beneficii experiri, ideo receptus est stilus: *ab officio & beneficio suspensus.* Cæterum ad ea tantum, quæ clericis propria sunt, & quidem jure ordinario, & non ad ea, quæ & passim a laicis obeuntur, aut quæ jure delegato a clerico exercentur, suspensio extenditur.

VAN ESPEN Tract. cit. cap. X. BINGHAM loc. cit. lib. XVII. cap. I. §. 4. 5. *cap. IV.* §. 3. 4. 10.

§. LXXXIV.

Communio peregrina quid sit. Suspensioni non absimilis est illa clericorum pœna, quæ sub nomine *Communionis peregrinæ* in antiquis canonibus occurrit. CONCIL. REGIENS. *can. 3.* AGATHENS. *can. 2. 5.* ILERDENS. *can. 15.* ad quam intelligendam observandum est, antiquam disciplinam in admittendis peregrinis præcipue clericis, qui ad extraneam quamdam ecclesiam venirent, omnino severam fuisse; ne forte in communionem reciperentur hæretici, schismatici vel homines excommunicati & scelesti. Quocirca literis commendatitiis, quas modo *formatas* adpellamus, destitutis sacrorum communio penitus denegabatur tanquam suspectis quodam modo: nec tamen penitus rejiciebantur, excipi enim benigne consueverant, & sumtibus ecclesiæ ali nullo prætermisso humanitatis officio, donec ejusmodi literæ ab ecclesia, unde venerant, possent procurari. CAN. APOST. 32. Hæc erat *Communio peregrina*, quæ ab initio & advenarum intuitu non erat genus pœnæ. Si vero cum clericis in sua ipsorum ecclesia eodem modo agebatur, ac si peregrini forent, si sui ordinis exercitio carere debebant tamdiu, donec per condignam pœnitentiam officium & stationem possent recuperare, id sane pœna erat titulo *reductionis clericorum ad communionem peregrinam* olim celeberrima.

BINGHAM: loc. cit. lib. XVII. cap. III. Prohibent canones aliquem ordinari, qui dum laicus esset, pœnitentiam publicam egerat, & clericos, qui ad eam reducti fuerunt, in antiquam dignitatem restitui itidem prohibent, (infr. §. 87.) quomodo igitur dici potest, quod communio peregrina clericis permittat officium & dignitatem suam pœnitentiæ beneficio recuperare? Respondet BINGHAM: *loc. cit.* §. 9. canones, qui clericos post actam pœnitentiam in officium restitui prohibent, de *publica* loquuntur pœnitentia: alii autem canones, qui reos restitui permittunt, de *privata* tantum. CONCIL. TOLETAN. *I. CAN.* 2.

DE

DE IRREGULARITATE EX DELICTO.

§. LXXXV.

Non uno in loco S. PAULUS *Apostolus* clericos *irreprehensibiles* & *sine crimine* esse voluit. *ad Tit. I. 7. I. ad Tim. III. 2. 10.* cujus canonem secuti SS. Patres a sacris ordinibus eorumque usu excludendos esse eos censebant, qui non essent sine crimine. Inde IRREGULARITAS *ex delicto* descendit, quam *nec censuram*, *nec pœnam* ecclesiasticam, sed *impedimentum* tantum canonicum esse Theologi & Canonistæ scholastici (sup. §. 40.) pronuntiant. Nobis autem videtur, quod sit pœna canonica (Lib. V. §. 246. *directe* privans jure ecclesiasticos ordines suscipiendi aut susceptos exercendi. (2.) IRREGULARITAS ex delicto

De Irregularitate in *genere*, & in *specie* de ea, quæ ex *defectu* oritur, suo loco scilicet *INSTIT. NOST. P. II. lib.* 1. *Tit. XVII. seq.* actum est.

§. LXXXVI.

Definitioni nostræ addendum fuit *DIRECTE privans susceptione ordinum aut susceptorum usu*, ne receptam censurarum trigam turbare aut ab usu loquendi recedere videamur (sup. §. 40.) Ita enim inquiunt: licet censura etiam impediat ordinum susceptionem & usum, non tamen *directe* & *primario* ad hoc infligitur, sed per consequentiam tantum. Ut ecce, censura impedit ordinum functiones aut quatenus sunt communicatio quædam fidelium, ut *excommunicatio*, aut quatenus sunt officia quædam ecclesiastica, ut *suspensio*, aut quatenus sunt usus sacramentorum, ut *interdictum*. At sola *irregularitas directe* eas impedit, quatenus illæ functiones specialiter spectant ad exercitium ordinum. Cujus definitio explicatur.

§. LXXXVII.

Irregularitatem antiqui canones non *publicis* tantum sed etiam *occultis criminibus* statuebant. Et quidem graviora crimina *omnia*, quæ pœnitentiæ publicæ subjecta fuisse diximus (sup. §. 6.) auctores suos irregulares faciebant adeo, ut etiam post peractam pœnitentiam non solum ab ordinibus suscipiendis, sed & a susceptorum usu in perpetuum exclusi haberentur, nisi magna ecclesiæ utilitas aut necessitas aliud expostularet *can. 9. 10. 11.* Dist. 50. *CAN. APOST.* 61. non quod pœnitentia, sed crimen, ob quod pœnitentia agebatur, ipsis aditum præclusisset. Unde *can. 68. CONCIL. CARTHAGINENS. IV. Ex pœnitentibus quantumvis sit bonus, clericus non ordinetur.* & *can. 2. CONCIL. TOLETAN. I. Placuit, ut pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit.* Ei olim tam publica quam occulta crimina obnoxia erant.

VAN ESPEN: Tom. II. Differt. de Inftit. & Off. Canon. P. II. Cap. II. §. 1. 2. 3. *MORIN. loc. cit. lib. V. cap.* 18. Sed quomodo pœnitentia publica ordinum fufceptorum ufu privare clericos potuit, cum certum fit, quod faltim fæculo IV. & fequentibus clerici in majoribus ordinibus conftituti pœnitentiæ publicæ fubjecti non fuerint? *OPTAT. MILEVITAN. Lib. II. contr. Donatift. LEO epift.* 92. *ad Ruft. cap.* 2. Hoc de iis intelligendum eft, qui vel fponte pœnitentiam canonicam amplexi funt, uti Natalis epifcopus *ap. EUSEB. Lib. V. cap. ult.* vel propter atrociora crimina ecclefiæ communione penitus exturbati alia via redire non poterant. Tandem nihil obftat, quo minus a legibus publicæ pœnitentiæ etiam foluti nihilominus irregularitatem incurrerent.

§. LXXXVIII.

Qua ratione id mutatum fit.

Sed quid? *Canones præcipiunt*, illos facerdotes lapfos ad priftinos gradus redire, *quos pœnitentiæ præceffit fatisfactio vel condigna peccatorum confeffio can.* 28. *Dift.* 50. *can.* 16. *ibid. Errant enim, qui putant domini facerdotes poft lapfum, fi condignam egerint pœnitentiam, domino miniftrare non poffe & fuis honoribus non frui can.* 14. *ibid.* Verum fubleftæ fidei funt hi canones, quibus Gratianus, ut eos cum genuinis antiquæ difciplinæ monumentis conciliaret, pro more fuo hanc diftinctionem adhibuit: *quorum crimina MANIFESTA funt ante vel poft ordinationem, a Ss. ordinibus dejiciendi funt: quorum autem peccata OCCULTA funt & SATISFACTIONE SECRETA fecundum facerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere poffunt. GRATIAN. poft can.* 32. *dift.* 50. quæ diftinctio paffim recepta eft & in ecclefiæ communem difciplinam tranfiit *can.* 34. *ibid.*

VAN ESPEN. Differt. cit. P. II. cap. II. §. 4. 5. 6.

§. LXXXIX.

Hodie crimina publica tantum & in jure notata eam incurrunt.

Itaque juxta modernam difciplinam crimina *publica* & manifefta priftinæ irregularitati obnoxia manent, in *occulta*, hoc eft, illa, quæ *judicialiter* probari non poffunt, prolapfi faltim tamdiu irregularitate *pro foro pœnitentiali interno* laborant, donec *condignam fceleris pœnitentiam egerint cap.* 4. *de cleric. conjug. cap.* 2. *de cler. non ordin. minift.* quid? quod etiam ea peracta aliquando non tollatur, dum adhuc difpenfatione opus effe *CONCIL. TRIDENT. Seff. XXIV. cap.* 6. *de reform.* differte edixerit. Cæterum ea tantum crimina manifefta huc pertinent, queis canones fpeciatim irregularitatem ftatuunt *cap.* 18. *de fent. excom. in VI.* quæ nec tunc cenfetur contracta, fi crimen non plene fuerit confummatum. Si autem conftet, alicui delicto eam annexam effe, in dubio tenetur quis pro irregulari fe gerere & ab ordinum fufceptione, vel eorum functione ftante dubio abftinere, *cum in dubiis femitam debeamus eligere tutiorem cap.* 12. *de homicid. cap.* 5. *de cler. excom. minift.*

VAN ESPEN. Tom. I. P. II. Tit. X. Cap. I. Idem *Differt. cit.* §. 8. 11.

§. XC.

Silentio præterire non possum insignem differentiam, quæ est inter irregularitatem ad ordines suscipiendos, & eam, quæ privat susceptorum usu. *Illa* enim criminosum quomodocunque occultum affici nihil repugnat, cum admissio ad sacros ordines gratiæ sit & ab episcopi arbitrio dependeat, ut ejus denegatio pœna *negativa* solum non inepte dici possit. *Hæc* vero proprie pœna est, & ideo non nisi ob delictum (Lib. V. §. 243.) & adhibito ordine judiciario infligi potest. Quare *CONCIL. TRIDENT.* statuit: *Cum honestius, ac tutius sit subjecto, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem, ei cui ascensus ad sacros ordines a suo Prælato, exquacunque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus; AUT qui a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, sive honores, restitutio suffragetur. Sess. XIV. 1. de reform.* add. *cap. 7. ibid.* Duplex irregularitatis ratio attendenda est.

VAN ESPEN. loc. cit. Tit. X. cap. VI. §. 27. Quod autem diximus (sup. §. 87.) delictis etiam occultis, irregularitatem totalem olim inflictam esse, æque ac publicis, id eo tempore factum est, quo fori interni & externi distinctio adhuc ignota erat (Lib. V. §. 258. 259. 281.)

DE DEPOSITIONE ET DEGRADATIONE.

§. XCI.

Depositio est perpetua remotio clerici vel ab ordine *cap. 4. de Jud.* vel a jurisdictione *cap. 4. de cleric. excom. minist.* vel a beneficio *cap. 13. de vit. & honest. cleric.* salvo manente statu & dignitate clericali *arg. cap. 10. de Jud.* ad ultimam speciem pertinent *privatio beneficii*, quæ ultra privationem possessi ad idem & alia beneficia obtinenda inhabilitatem inducit. Hæc pœna cum suspensione (sup. §. 82.) non est confundenda, nam & natura sua perpetua est, & sine remissionis spe infertur, atque officio aut beneficio ita privat, ut sine nova collatione & titulo nullus pateat reditus, quod tamen neque tunc contingit, etsi suspensio a beneficio sit perpetua, adeoque cum ejus amissione ipso jure conjuncta. Relaxata enim suspensione beneficium sine nova collatione retinetur. 3. DEPOSITIO?

WIESTNER ad Tit. de Pœn. Artic. V. Antiquus est hujus pœnæ usus, quæ medium quoddam erat inter temporariam suspensionem & perpetuam degradationem. Exempla sunt in *CONCIL. ANCYRAN. Can. 1. 2. NICAEN. Can. 8. S. BASIL. Can. 27. 70.* Add. *BINGHAM. loc. cit. cap. IV. §. 1.*

§. XCII.

§. XCII.

(3.) DEGRADATIO & quid fuerit communio laica.

Prima sæcula *depositionis* & *degradationis* vocabulo promiscue utuntur. Quidam enim canones clericum condemnatum *degradari*, *privari & ab officio suo removeri* CONCIL. CARTHAGINENS. IV. can. 48. 49. 50. alii *omnino deponi*, *omnino de proprio gradu dejici*, *ab ordine cleri amoveri* CONCIL. ANTIOCHEN. can. 5. EPHESIN. can. 6. ARELATENS. I. can. 13. & ad *communionem laicam reduci* jubent. Equidem communio laica in laico non erat pœna, sed beneficium maximum: in clerico autem una de gravissimis pœnis erat *reductio ad communionem laicorum*, per quam potestate officii sui & dignitate clericali omnino privabantur, & ad statum & simplicem conditionem laicorum reducebantur *can. 13. dist. 55. can. 52. dist. 50.* ita, ut seposito privilegio, quod antea illis competebat, nunc pertineant ad forum sæculare in causa civili & criminali sine ulla spe amissam stationem iterum recuperandi. In quo distinguitur hæc communio laica a peregrina (sup. §. 84.) cum ista retinebat clericum in ordine cleri, laica vero illum ab eo ordine depellebat etiam peracta pœnitentia nullatenus restituendum.

BINGHAM. loc. cit. cap. I. §. 6. *& cap. II.*

§. XCIII.

Pœna clericorum gravissima.

Hæc sane pœna erat clericorum gravissima; quæ enim delicta in laicis excommunicatione, ea in clericis ordinarie depositione coercebantur. CONCIL. EPHESIN. *can. 6.* & id quidem ideo, quod non deceat nec expediat ob idem peccatum duplici pœna aliquem mulctare. Quare in CAN. APOST. 24. cautum est: *episcopus aut presbyter aut diaconus in fornicatione aut perjurio aut furto deprehensus deponitor, non tamen a communione excluditor! dicit enim scriptura: bis de eodem delicto vindictam non exiges.* Tum primum depositioni formalem excommunicationem ecclesia addidit, & depositis ipsam communionem laicam negavit, si atrociora subessent crimina, iique in contumacia & mentis obstinatione persisterent. CAN. APOST. 27. 28. CONCIL. SARDICENS. *can. 1. 2.* Qua ratione ARIUS & multi alii hæresiarchæ non minus anathemate & excommunicatione, quam dejectione de honoris gradu mulctati sunt.

Ad intelligendos plures antiquos canones animadvertenda hic est peculiaris notio *communionis ecclesiasticæ & excommunicationis ecclesiasticæ*, ut clericis adplicatæ. Clerici enim excommunicati dicebantur, si potestate exercendi functionis suæ officia essent exuti & talis excommunicatio non semper arguebat, quod omni prorsus communione ecclesiæ essent exturbati, sed clericorum tantum communione. *BALSAM. in can. 16. Concil. Nicæn. ZONAR. in can. eund.* Et ita explicandi sunt CANON. APOST. 42. 55. 56. *BINGHAM. loc. cit. cap. I.* §. 1. 2. 3. *cap. II.* §. 6.

§. XCIV.

§. XCIV.

Est igitur *degradatio* pœna ecclesiastica, qua clericus non tantum beneficio & exercitio ordinum *can. 33. dist. IV. de consecr.* sed ipso etiam statu & dignitate clericali privatur *cap. 10. de Jud.* Ea toties opus est, quoties clericum tanti criminis reum esse constat, ut pœnam mortis aut truncationis membrorum mereatur. *cap. 4. de Rapt.* Hanc enim exequitur judex sæcularis (Lib. V. §. 249.) cui antequam tradatur, clericus dignitate clericali spoliari debet *Novell. 83. in præf. §. 2.* quod cum per sententiam judicis promulgatur, degradatio *verbalis* dicitur: *realis* autem per executionem sententiæ in re & opere ipso perficitur. *cap. 2. de pœn. in VI.* Est depositio & degradatio.

§. XCV.

Causa degradationis, utpote gravissima, in synodo episcoporum tractari olim solebat. (Lib. V. §. 251.) *Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Can. 7. XV. q. VIII.* quod præcipue obtinebat per modum adpellationis, si presbyteri aliive clerici de Episcopi sui sententia quererentur. *CONCIL. NICAEN. can. 5.* Sed quia difficile videbatur in causis singulorum synodos episcoporum celebrare, cautum est *secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a XII. Episcopis audiatur, & presbyter a VI. Episcopis cum proprio suo Episcopo audiatur, & diaconus a tribus. can. 4. XV. q. VII.* atque hanc judicii solemnitatem non obstante *can. 61. XI. q. III.* in prima etiam instantia necessariam esse communis Canonistarum opinio tradidit. Causæ depositionum olim in Synodis tractatæ.

§. XCVI.

Successu quidem temporis omnis jurisdictio contentiosa ad solum episcopum ejusve officialem devoluta est (Lib. V. §. 252) & ita etiam potestas deponendi clericos. Sed episcoporum præsentia *certo numero canonibus definito* (sup. §. præced.) ad solennem degradationem semper requirebatur *cap. 12. de pœn. in VI.* quod cum iterum difficultate non careret, & crimina plura enormia non satis vindicari, germaniæ præsertim principes, conquesti essent, *CONCIL. TRIDENT.* statuit: *Cum vero tam gravia nonnunquam sint delicta, ab ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem e sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ sæculari: in quo secundum sacros canones certus episcoporum numerus requiritur: quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit & decrevit episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad* Ex præscripto Concil. Trident. coram Episcopo & ei adsistentibus peraguntur.

illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per se ipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero a canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem abbatibus, usum mitræ & baculi ex privilegio apostolico habentibus, si in civitate aut diœcesi reperiri & commode interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant. Sess. XIII. cap. 4. de reform.

Inde concludit *VAN ESPEN P. III. Tit. XI. Cap. I.* §. 55. personas ab episcopo assumendas non tantum ad solennitatem, sed ut una cum episcopo causam ipsam cognoscant, requiri, ne frustra juris scientiam in iis Concilium exigere videatur.

§. XCVII.

Forma degradationis.

Degradationi, quæ olim uti excommunicatio (sup. §. 58.) absque certa formula expediebatur, postea ceremoniæ plures ad terrorem adjectæ sunt, quas recenset BONIFACIUS VIII. *in cap. 2. de pœn. in VI. Clericus degradandus, vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solemniter ministrare, ad Episcopi præsentiam adducatur: cui Episcopus publice singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quævis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat ultimo incboando, & descendendo gradatim, degradationem continuet usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ: tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsuræ seu clericatus vestigium remaneat in eodem.*

§. XCVIII.

Idem.

Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata dicendo presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus. Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens in ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto vel alio simili modo pronuntiet sive dicat: auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio clericali.

§. XCIX.

Quomodo degradatus curiæ sæculari tradatur.

Eandem degradationis formam *Pontificale Romanum* sub *TIT. degradat. forma.* exhibet, ubi etiam additur *si fuerit talis casus, quo degradatus tradi debeat*

beat curiæ ſæculari, pontifex degradator degradatum amplius non tangit, ſed in hunc modum contra ipſum pronuntiat, dicens: Pronuntiamus, ut hunc exutum omni ordine & privilegio clericali, curia ſecularis in ſuum forum recipiat degradatum. Dein hanc ad evitandam irregularitatem cautelam ſubminiſtrat: *Tum Pontifex degradator efficaciter, & ex corde, omni inſtantia, pro miſerrimo illo derelicto intercedit, apud judicem ſecularem, ut citra mortis periculum, vel mutilationis contra degradatum ſententia moderetur, dicens, Domine Judex, rogamus vos cum omni affectu, quo poſſumus, ut amore Dei, pietatis & miſericordiæ intuitu, & noſtrorum interventu precaminum, miſerrimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Quo facto* (ait pontificale) *miniſtri curiæ ſecularis degradatum ſub ſua cuſtodia recipiunt, & diſcedunt.*

Vid. *Cap.* 27. *de V. S. cap.* 2. *d. homicid. in VI.* Add. *VAN ESPEN. Tom. I. P. II. Sect. I. Tit. X. Cap. IV.* §. 9. 10. 11. Hæc phraſis *curiæ tradi* ſenſum in antiquis legibus habet omnino diverſum ab eo, quem uſus & praxis recentior ei tribuit. Curiæ enim tradi dicebantur clerici, ſi ob crimen aliquod officio dejecti & ad conditionem laicam reducti curiæ ſeu civitatis ſuæ ſocietati ſervire cogebantur *L.* 39. *cod. Theod. de epiſc. & Cler. Novell.* 123. *cap.* 14. *Novell.* 5. *cap.* 6. eodem fere modo, quo liberi naturales per oblationem curiæ legitimorum jura acquirebant. *L.* 3. 4. 9. *cod. de nat. lib. BINGHAM. loc. cit. cap. II.* §. 8.

§. C.

Quodſi judex ſecularis degradato ſibi tradito gratiam faciat, aut depoſitio non ſubſecuta traditione facta ſit, *Cap.* 6. *de pœn.* tum Canones jubent, ut *in diſtricto clauſtro vel monachorum vel canonicorum regularium, ſi fieri poteſt, recludantur depoſiti cap.* 6. §. 7. *de homicid.* idque vel ad certum tempus vel in perpetuum, *Can.* 7. *Diſt.* 50. ut *ibi peccata lugeant & ulterius non committant. Can.* 7. *Diſt.* 81. *Si vero hoc fieri cauſa qualibet prohibuerit, ubicumque ſint, pœnitentiam agere non deſiſtant. Si autem amiſſo gradu ſæculariter vivere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab eccleſia communione ſeparentur. Can.* 8. *ibid.* 4) DETRUSIO IN MONASTERIUM

Hujus detruſionis meminit *JUSTINIANUS in Novell.* 123. *cap.* 20. & *S. GREGOR. Epiſt.* 27. & 40. *lib. III.* Sed hæ in monaſteria detruſiones ea ætate non imponebantur in vindictam publicam criminum, nec incarcerationis loco (ſup. §. 78.) verum per modum pœnitentiæ. Teſtantur auctores uſum hujus pœnæ ob varias difficultates omnino a foro receſſiſſe: *ZECH. de Jud. eccleſ. Sect. II. Tit. X.* §. 130. Solent tamen hodie adhuc Epiſcopi Clericis ſuis non raro injungere, ut ſe ad tempus in monaſterium aut ſeminarium Clericorum retrahant, ibique certa pœnitentiæ exercitia in peccatorum expiationem & vitæ emendationem ſubeant.

§. CI.

5) CARCER. Verum, postquam Episcopi Jure carcerum ex indulgentia principum uti cœperunt (Lib. V. §. 256. & 274.) forique distinctio pœnarum & pœnitentiarum confusionem induxit, (sup. §. 73.) ulterius progressi sunt, & Clericos incorrigibiles, qui nec in monasteriis valent custodiri, *Cap. 35. de Sent. excom.* aut alias criminum atrociorum reos *Cap. 27. de V. S.* carceribus in pœnam mancipari posse ac debere constitutum est. *Quamvis ad eorum custodiam, non ad pœnam carcere specialiter deputatus esse noscatur;* (*l. 8. de pœn.*) *nos tamen non improbamus, si subjectos tibi Clericos, Confessos de criminibus seu convictos (eorum excessibus & personis cæterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam. C. 3. de pœn. in VI.* Ast vero hanc potestatem suis limitibus circumscribere, & in regularium & monachorum præsertim carceres sedulam inspectionem exercere, quam necessarium sit, quam proprium imperantium officiis, omnes vident, & tristis experientia condocet.

§. CII.

6) POENA VERBERUM. Idem fere de *pœna verberum & flagellorum* observandum est. Eam sane in judiciis ecclesiasticis jam dudum tanquam disciplinæ partem ad corrigendos *inferiorum ordinum* clericos adhibitam fuisse negari non potest. *Can. 9. Dist. 35. Can. 6. XI. q. I. Nov. 123. Cap. 20.* an etiam adversus *laicos*, non ita liquet. Verum quidquid sit, id satis certum est, virgas & flagella pœnitentibus tantum cum respectu ad forum sacramentale *CONCIL. BRACARENS. Cap. 7. ap. HARDUIN. Tom.* III. *col. 1034. a GRATIAN. Can. 8. Dist. 45.* & magna cum moderatione illata esse, paternæ ad instar correctionis, *qua parentes in filios, & magistri liberalium artium in discipulos* uti consueverunt S. *AUGUSTIN. Epist. 133. ad Marcellin. ap. GRATIAN. Can. 1.* XXIII. *q. V.* Inde tamen, nulla habita ratione judicii ecclesiastici penitus mutati (sup. §. 78.) concludere non dubitarunt, ad jurisdictionem ecclesiasticam omnino spectare jus verbera & flagellationes aliasque pœnas corporis afflictivas decernendi, manum armatam tenendi, quæ executioni pœnarum temporalium deserviat, quas extra sphæram potestatis ecclesiasticæ & spiritualis minime esse constanter tradunt. Verum hoc eo tantum valet, ut viris eruditis risum moveat.

Quare per arrestum Parlamenti Parisiensis de an. 1562. ad conclusionem Advocati fiscalis recte dictum fuit, male & abusive judicasse officialem condemnando aliquem ad fustigationem publicam inhibitione facta omnibus officialibus & judicibus ecclesiasticis similes pœnas imponere. *VAN ESPEN. loc. cit. cap. I. §. 44.* Add. *BINGHAM. loc. cit. §. 12.* Ex his respondendum erit ad ea, queis *P. SCHMIDT in Instit. Jur. eccles. Tom. IV. cap. I. §. 2.* &

& 3. probare conatus est; potestatem ecclesiæ competere pœnis etiam temporalibus reos coercendi. Add. *lib. V.* §. 249. *in schol.*

§. CIII.

Inter pœnitentias & pœnas ecclesiasticas sæpius quoque occurrit *recessus* ex propria patria & loco, quo quis peccavit, in alium; eum in finem impositus, ut vel occasio peccandi vitaretur, vel scandali periculum populo adimeretur, aut etiam ut extra patriam & sibi familiarium conspectum facilius pœnitentia susciperetur. *Can. 9. dist. 81.* qua ratione clericos a sua diœcesi, quam factis pessimis dehonestarunt, amandari ab episcopis posse *cap. 3. de crim. fals.* & hoc sensu pœnam relegationis aut exilii inter pœnas ecclesiasticas connumerari nihil repugnat. Pœna enim *veri & civilis exilii* non nisi a majestate in quemquam statui potest. *Quodsi aliquis ista omnia contemserit & Episcopus minime emendare poterit*, REGIS JUDICIO EXILIO *damnetur.* CONCIL. ANTIOCH. *can. 4. ap.* HARDUIN. *Tom.* III. *col. 1996.* addidit quidem RAYMUNDUS *in cap. 2. de cler. excom. ad requisitionem ecclesiæ*, sed semper verum manet, pœnam exsilii per sæcularem tantum potestatem decerni posse *cap. 10. de judic.* Quodsi ita interpreteris *can. 9.* III. *q.* IV. *can. 3.* III. *q.* V. *can. 23. dist. 63. cap.* I. *de calumn.* nos plane consentientes habebis.

7) POENA RELEGATIONIS ET EXILII.

VAN ESPEN. loc. cit. cap. I.

DE ABSOLUTIONE ET DISPENSATIONE A CENSURIS ET POENIS ECCLESIASTICIS.

§. CIV.

Superest, ut quibus modis censuræ & pœnæ tollantur, explicemus. Et quidem *censuræ* semel contractæ non ipso facto per emendationem aut quamlibet satisfactionem, sed per *Absolutionem* tantum tolluntur *Cap. 28. de Sent. excom.* quæ juxta receptam fori ecclesiastici distinctionem vel pro foro interno & pœnitentiæ, vel pro foro externo conceditur (Lib. V. §. 259.) ita, ut quævis absolutio effectum in suo solum foro, pro quo data est, producat, adeoque absolutio obtenta in foro pœnitentiæ vigore Jubilæi alteriusve gratiæ in foro externo nihil prosit. Cumque is, qui habet *clavem ordinis*, non statim etiam *clavem jurisdictionis* & vice versa habeat, (sup. §. 43.) contingere sæpius potest, ut, qui absolvendi a censuris in foro interno facultate præditus est, in foro externo absolvere minime possit. Hinc Canonistæ passim tradunt, absolutum in animæ judicio, etiam pœnitentia peracta, posse adhuc in foro exteriori accusari & puniri, idque ideo, quod prius judicium præcipue fiat ad pœniten-

Per absolutionem tolluntur Censuræ.

 tiam

tiam & satisfactionem divinæ offensæ: posterius autem ad publicam vindictam & reipublicæ satisfactionem. *COVARRUVIAS ad cap. 24. de Sent. excom. in VI. P. I. §. 11.* Verum sanior est & scopo censurarum conformior eorum doctrina, qui a censura *lata sententia* in foro conscientiæ absolutum deinceps in foro judiciali inquietari prohibent.

VAN ESPEN Tract. cit. cap. XI. §. 2.

§. CV.

Sive a judice.

Censura ab *homine* lata jure communi tollenda est ab eodem qui eam tulit, vel ab eo, qui in officium aut dignitatem successit illi, qui vi illius officii aut dignitatis censuram inflixit. Unde censura ab episcopo lata, vi suæ ordinariæ jurisdictionis, eo mortuo solvi potest ab omni eo, qui in ejus jurisdictionem ordinariam, veluti capitulum sede vacante aut vicarius a capitulo constitutus, succedit. Quod si is absolutionem deneget, & censura constrictus credat aut eam injustam esse aut saltim se eatenus satisfecisse, ut absolutione dignus sit, tum olim ad synodum provincialem provocatio dabatur. CONCIL. NICAEN. *Can. 5.* a qua deinceps nulla neque ad sedem apostolicam adpellatio permissa fuit. *Can. 125. in codic. eccles. african. ap.* VOELL. & IUSTELL. *Tom. I. fol. 395.* Sed juxta recentiorem & modernam disciplinam recurrendum est ab Episcopo ad Metropolitanum aliumve immediatum judicis censuram inflictam solvere renuentis superiorem: ab eo ad pontificem romanum, ut causa discussa aut ad ordinarium absolvendus remittatur, aut si absolutionem recuset, superior eam impertiatur. *Cap. 7. §. 3. de Sent. excom. in VI.*

Qua ratione adpellationes ad sedem romanam cœperint invalescere, dixi *in lib. II. ad Tit. de adpellat.*

§. CVI.

Sive ipso jure inflictæ.

Eodem modo censuras *juris* tollere nemo posset, nisi is, qui canonem condidit, aliusque in eandem jurisdictionem succedens, vel ejus superior. Attamen ob infinitam ejusmodi censurarum frequentiam hæc regula communiter statuitur: Si pontifex aut conditor canonis talem censuram per generalem constitutionem promulgans absolutionem illius sibi *expresse* non reservaverit, poterit hac censura innodatus absolvi non tantum a pontifice, qui eam tulit, sed etiam a proprio suo episcopo, imo & a proprio sacerdote, *arg. cap. 29. de sent. excom.* qualis hic esse censetur omnis is, qui pro confessionibus audiendis legitime adprobatus est. Inde est recepta formula absolutioni sacramentali præmitti solita: *absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum ac indiges.*

§. CVII.

§. CVII.

Hæc regula autem sub hac exceptione exaudienda est: Nisi absolutio specialiter Papæ aut Episcopo vel aliis prælatis sit reservata. *Censurarum* eadem, quæ criminum (sup. §. 33.) *reservatio papalis* fata habuit, atque pro regula receptum, nullum esse casum papæ reservatum, qui non habeat censuram reservatam annexam. Hinc, qui habet facultatem absolvendi a peccatis papæ reservatis (sup. §. 34 in schol.) etiam potest absolvere a censuris eidem reservatis quoad forum pœnitentiale scilicet & internum: Nam quoad forum externum aut censuras papæ absolute reservatas aut Romam eundum, aut Roma mandatum ad Episcopum vel vicarium generalem arcessendum est.

Reservatio censurarum.

§. CVIII.

Sunt tamen casus, in quibus omnis reservatio cessat 1) *pie admodum, ne occasione reservationis casuum aut censurarum aliquis pereat, in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes a quibusvis peccatis & censuris absolvere possunt. CONCIL. TRIDENT. sess. XIV. cap. 7. de sacram. pœnit. 2.) Liceat Episcopis in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in diœcesi sua per se ipsos, aut per vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ absolvere imposita pœnitentia salutari. Sess. XXIV. cap. 6. de reform. 3.) Si quis, pro violenta manuum injectione in clericum, est vinculo excommunicationis adstrictus, si habens capitales inimicitias, vel alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ita, quod sine periculo apostolico se nequeat conspectui præsentare, licet diœcesano Episcopo, recepto juramento, secundum morem ecclesiæ sibi absolutionis gratiam impertiri. Sed est illi sub juramenti debito injungendum, ut, quam citius opportunitatem habuerit rom. pontif. adeat, mandatum apostolicum suscepturus. cap. 11. de sent. excom.*

Aliquando pœnitus cessat.

§. CIX.

Cum vero excommunicatus nullam in judicio standi personam habeat *cap. 1. de except. in VI.* qua ratione aut absolutionem petere, aut contra censuræ injustitiam querelari poterit, præsertim cum adpellatio contra censuras effectum suspensivum non habeat. (sup. § 66.) an ergo tanto tempore, quousque scilicet causa plene est finita, omni commercio ecclesiastico & civili exclusus manere debet, quem excommunicationis fulmen tetigit? In promtu est *absolutio*, quæ ad *cautelam* vocatur, quæ antiquis canonibus incognita fuit. *Can. 1. IV. q. V.* & circa sæculum IX. aut X. propter censurarum frequentiam & rigorem invaluit. Eam ergo is petit, & obtinebit, qui censuræ sibi inflictæ nullitatem & injustitiam causatur *cap. 40. de sent. excom. cap. 9. de excep.* modo nullitatis cau-

Absolutio ad cautelam.

causam aliquo modo probaverit. *Cap. 7. §. 2. de sent. excom. in VI.* Neque propter oppositionem censurantis denegatur, nisi is intra VIII. dierum terminum *manifestam offensam* probaverit; si *dubia* remaneat, nulla obstante contradictione vel intercessione absolutio ad cautelam non differtur, juret tamen censuratus de parendo mandatis ecclesiæ & idoneam præstet cautionem de satisfaciendo, in casum, quo fuerit inventus juste censura affectus *cap. 2. de Sent. excom. in VI.* Eadem absolutio pro foro interno, licet nulla censuræ suspicio adsit, ad *superabundantiam* & ad tollendum omne periculum absolutioni sacramentali præmittitur (sup. §. 106.) & omnibus rescriptis, Bullis & privilegiis apostolicis ex *stylo curiæ romanæ* inseri consuevit, ne effectus gratiæ concessæ per latentem forsitan censuram impediatur.

Quod in *cap. 1. de jud.* quod desumtum est ex concilio quodam africano, & in *cod. can. eccles. afric. can. 87. ap. JUSTELL. & VOELL. in Biblioth. Jur. can. ult. P. I. pag. 373.* habetur, legamus, *donec satisfactione præmissa absolutus sit*, id primum Raymundus ex *cap. 23. de V. S.* addidit. *VAN ESPEN: Tract. cit. §. 3. cap. cit.*

§. CX.

Absolutio cum reincidentia.

Est & alia species absolutionis priori non absimilis & antiquis pariter incognita, quæ vulgo dicitur *absolutio cum reincidentia & ad reincidendum*, quæ datur ad determinatum tempus aut ad certum actum v. g. ferendi testimonium, comparendi in judicio, &c. ut sic absolutus rursus reincidat in censuram tempore elapso aut actu peracto *Cap. 22. de Sent. excom. VI.* Eam a priore sic differre ajunt, quod hæc concedi soleat, si de censura contracta certo constet, non si dubia sit. Quodsi sub certa obligatione & conditione quis ita absolvatur, & per absolutum non steterit, quo minus conditio sit impleta, hunc non reincidere humanius est. Ergo & nova judicis sententia requiritur, ut sub conditione absolutum rursus in censuram reincidisse juridice constet.

§. CXI.

Per dispensationem a pœnis liberamur.

Sicut a censuris per absolutionem, ita a pœnarum acerbitate per *dispensationem & restitutionem* liberamur. IRREGULARITATEM per delictum contractam regulariter romani pontificis & non episcopi gratia aboleri posse ajunt. Sed primævam episcoporum auctoritatem CONCIL. TRIDENT. aliquatenus restituit: *Liceat Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare. Sess. XXIV. cap. 6. de reform.* Episcopus quoque clericos ob adulterium & crimina eo non graviora *depositos* post peractam pœnitentiam restituere potest. *cap. 4. §. 2. de Judic.* cujus gratiæ spes olim

olim nulla fuerat. *Can. 1. 2. Dist. 50.* nisi concilium *injuria depositum* restituendum decrevisset. Id quod hodie in *degradatione* injuste facta observandum est, ut episcopus iisdem ceremoniis & ritibus (sup. §. 67.) degradatum publice restituat. *Can. 65. XI. q. III.*

DE JURE PRINCIPUM CIRCA CENSURAS ET POENAS ECCLESIASTICAS.

§. CXII.

Inter gravissima, quæ rectoribus civitatum incumbunt, officia, istud facile primum esse existimo, ut ecclesiæ non minus, quam republicæ pacem & tranquillitatem conservare studeant: *Can. 20. 21. XXII. q. V.* ut subditos quoscumque ab omni violentia & injuria immunes præstent. *Can. 23. XXIII. q. V.* Plana hæc sunt, & a nemine ignorantur. Sed æque certum est, per abusum potestatis ecclesiasticæ, qui in vibrandis potissimum censuris committitur, mala innumera in utramquem rempublicam redundasse sæpius, & viros non raro optimos oppressos fuisse, *Can. 1.* XV. *q.* VII. quorum jam suo ævo *plura fuisse exempla, quam credi posset*, S. *AUGUSTINUS de Ver. Relig. cap. 6.* testatur. *Multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant, & sicut nonnullos gratiæ favore sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant. Can. 1.* XV. *q.* VII. Judicum ecclesiasticorum auctoritas, quæ sub causa religionis maxima esse solet: censurarum gravitas, quarum effectus in omnem vitæ civilis communionem extenduntur: earum denique frequentia & quotidiana in casibus quibusve obviis multitudo satis superque demonstrant, quam parum distet usus ab abusu, quamque is perniciosus omnibus sit futurus, nisi coërcitio & temperamentum accedant. Jura principum circa censuras.

VAN ESPEN. Tract. de Recurs. ad princip. cap. I. §. 7. Tom. IV.

§. CXIII.

Itaque jus est Principibus, ut auctoritate sibi a Deo data non solum modum & normam præscribant in censuris & pœnis ecclesiasticis infligendis ab iis observandam, qui neglectis evangelii regulis & ecclesiasticis sanctionibus in ecclesiæ & reipublicæ damnum iis abusi sunt aut deinceps abuti possunt: sed etiam, ut, si nihilominus subditos suos injustis censurarum comminationibus & inflictionibus vexari contingat, oppressis protectionem regiam impertiantur, & refugium pandant, mediisque competentibus violentiam judicum ecclesiasticorum comprimant. Ad duo capita reduci possunt.

§. CXIV.

x) Jus modum præscribendi in censuris infligendis servandum.

Hoc jure usus est JUSTINIANUS, atque, quid in excommunicatione decernenda observandum sit, lege publica edixit: *Omnibus autem episcopis & presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam causa monstretur, propter quam sancta regula hoc fieri jubent. Si quis autem præter hoc a sancta communione quemquam segregaverit: ille quidem, qui injuste a communione segregatus est, solutus excommunicatione a majore sacerdote, sanctam mereatur communionem. Qui vero aliquem a sancta communione segregare præsumserit: modis omnibus a sacerdote, sub quo constitutus est, separabitur a communione, quanto tempore ille perspexerit: ut, quod injuste fecit, juste sustineat. Nov. 123. cap. 11.* add. *can. 11.* II. *q.* I. Quam Justiniani Imperatoris catholici legem *probat & laudat ecclesia catholica can. 6.* XXIV. *q.* III. ne limites suæ potestatis excessisse & potestati ecclesiæ in usu clavium derogasse a quoquam argui possit. Eandem sæculo IX. Imperatores LEO & CONSTANTINUS confirmarunt. PHOTIUS *in Nomocan. Tit.* IX. *cap. 9. ap.* JUSTELL. & VOELL. *Biblioth. Jur. Can. vet. Tom. fol. 969.*

§. CXV.

Idem.

Pari auctoritate reges francorum constituerunt: *ut nemo episcoporum quemlibet sine certa & manifesta causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu archiepiscopi aut coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema æternæ mortis est damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi Capitul. Carol. Calvi cap. 56. ap. BALUZ. Tom.* II. *col. 36. & ut excommunicatio subito & sine causa non fiat. Lib.* VI. *capitul. 217. ap. eund. Tom.* I. *col. 961.*

§. CXVI.

Eo jure principes nostri usi sunt.

Egregia horum exempla etiam nostri augustissimi Principes secuti sunt. Ita 1) in transactione inter Rudolphum II. Imp. & Urbanum episcopum passaviensem an. 1592. inita cautum legimus, ut *ad pœnas, sententias & censuras ecclesiasticas usque ad suspensionem & depositionem prælati* ordinarius procedere non possit absque consensu & adprobatione Imperatoris. *Corp. Jur. eccles. Austr. pag. 273.* 2) *JOSEPHUS* I. an. 1706. a censurarum via facti infligendarum comminationibus archiepiscopum peragensem abstinere jussit. *Corp. Jur. eccles. Bohem. pag 172.* 3) *MARIA THERESIA Imperatrix gloriosissima* an. 1768. generali constitutione præcepit, ut causæ excommunicationis ob percussionem clerici infligendæ a commissariis ecclesiasticis & secularibus pari numero cognoscantur & sententia Majestati ad adprobationem offeratur. *Corp. Jur. eccles. Bohem.*

Bohem. pag. 183. 4) Eodem anno constituit, ut in posterum nullus subditorum neque in crimine hæreticæ pravitatis absque placeto regio & consensu judicis sæcularis excommunicatione percuti possit. *ibid. pag. 184. & 186.* 5) Insuper in constitutione de an. 1765. vanum irregularitatis metum, quem prætendebant clerici, si ad detegendos & puniendos delinquentes officium boni civis præstarent, deponi voluit. *ibid. pag. 226. seq.*

§. CXVII.

Quodsi judicem ecclesiasticum neglecto ordine, legibus tam ecclesiasticis quam civilibus præscripto, ad inflictionem censuræ *via facti* prosiliisse, si notoriam esse censuræ injustitiam probare quis paratus sit, tum boni principis officium erit, ut a potentiorum oppressione & violentia imbeciliores liberet, eisque protectionem suam impendat. Dabimus huic sententiæ patronos omni exceptione majores *FRANCIS. SALGADO in tractat. de protect. reg.* P. I. *prælud.* IV. *Cum judices ecclesiastici tot intolerabiles violentias & oppressiones sua majoritatis & jurisdictionis occasione committant, justissime multo fortius potest Rex illis resistere, & oppressis naturalem defensionem præstare, cujus proprium officium est.* *DIDAC. COVARRUVIAS pract. quæst. cap. 35.* testatur, *quod in regia & castellana republica illud observatissimum sit, & diu obtinuerit, a tempore quod memoriam hominum excedit, posse ab his, qui a judicibus ecclesiasticis vi & censuris opprimuntur, regios auditores & consiliarios, qui apud regia suprema prætoria litigantibus jura reddunt, omnino adiri, ut vim auferant, & compellant judices ecclesiasticos ab ea inferenda cessare. Hic vero forensis usus non tantum in his castellanis Regis Hispaniarum ditionibus, & principatibus, sed & apud Gallos, aliosque reipublica christianæ secculares Principes est equidem receptissimus.* 2) Jus contra censuras injustas recursus concedi.

VAN ESPEN: Tract. de censur. eccles. cap. VIII. §. 4. Tom. IV.

§. CXVIII.

Exempla innumera eaque præclara suppedidat historia ecclesiastica, e quibus elucet pontifices ipsos, episcopos, presbyteros, monachos constanter ad protectionem regiam recursum instituisse adversus vim & judicum ecclesiasticorum violenta judicia; tantum aberat, ut hoc pacto immunitatem & jurisdictionem ecclesiasticam lædi existimarent. *S. ATHANASIUS* per insidias a synodo Tyria episcopali dignitate dejectus ad Constantinum M. provocavit. *Apolog.* II. In Synodo chalcedonensi PHOTIUS Episcopus Tyriorum, BASSIANUS episcopus ephesinus, EUNOMIUS & omnis clerus Nicomediensis Metropolis aliique monachi, presbyteri, episcopi, ad Marcianum Imp. recurrerunt, auxilium ejus implorantes. CONCIL. CHALCEDONENS. *Act.* I. IV. XI. Ejus praxis antiqua ostenditur.

XI. *ut jubeat arcere injustitiam, quatenus valeant congrua christianis pace fruentes sine intermissione mysteria divina perficere. ibid. Act.* XIII.

§. CXIX.

Et objectio removetur.

Ne quis dicat, stabilitam a nobis potestatis sacræ a civili independentiam (P. I. Sect. I. cap. IV.) hoc admisso recursu everti. Ejus enim fundamentum unicum est *vis*, quam subditi tum laici tum clerici tunc patiuntur, dum in eos censurarum fulmina per *viam facti*, neglecto juris ordine & insuperhabitis canonum ac legum præceptis decernuntur. Ejus scopus unicus est, ut princeps auctoritate sua a civibus *vim repellat, propulset, & oppressos sublevet.* SALGADO *loc. cit. Prælud. V.* Absit, ut principes christiani eorumve ministri ecclesiæ antistites concessa sibi a Christo ligandi & solvendi potestate libere uti impediant, quamdiu in ædificationem ecclesiæ & salutem populi legitimo modo ea utuntur. Non de *jure* disputantibus, sed *facti*, legibus ecclesiasticis & civilibus contrarii, violentiam accusantibus recursum ad se patefaciunt: cujus itaque justitiam salvo imperio civili nemo impugnare poterit.

Si quis coram judice sæculari conqueratur, quod censura ecclesiastica perstrictus sit per eum, cui jurisdictio in foro externo nulla competit: vel per judicem extraneum: vel per legitimum quidem superiorem, sed ex causa frivola aut absque prævia citatione, omissa competenti monitione &c. aut si quis contendat, censuræ comminatione aut executione se gravatum esse, quæ vel Romæ tantum vel sine placeto regio vel (quod in regionibus austriacis obtinet (sup. §. 106.) sine consensu & præscitu judicis sæcularis promulgata sit, is utique meras facti quæstiones in judicium deducit, & jure ad tribunal principis provocavit, ut ab iniquitate censurarum quantocius liberetur, quas jam supra §. 65. nullam vim habere diximus. *VAN ESPEN. Tractat. de Censur. cap. VIII. §. 5. Tract. de recurs. ad Princip. Cap. II. §. 1. Cap. III. §. 1. seq. §. 7. Cap. IV. §. 1. seq.*

§. CXX.

Jura hæc in actum deducuntur 1. Cassando censuras injustas.

Sed inutilis foret regiæ protectionis imploratio, nisi præsto essent media, queis ad legitimos tramites, si ab his recesserunt, judices ecclesiastici reducerentur, omnisque violentia, si quæ contra jus illata est, eorum propulsetur. Huc refertur *Cassatio* seu *Annullatio*, qua princeps declarat, Bullas & decreta, quibus prætensæ censuræ ecclesiasticæ continentur, eodem loco habenda esse, ac si nunquam emanassent, ita ut nulla eorum habenda sit ratio, cum in se nulla semper fuerint; eoquod constet, per ea jura majestatis, genuinos ecclesiæ canones, jura populi, & subditorum tranquillitatem perturbari *Dum Principes jure Magistratus nonnunquam explorant rescinduntque Præsulum acta vel gesta in contemptum veteris ecclesiasticæ disciplinæ, aut ejus, quam habent in profana*

jura,

ra, auctoritatis; id recte faciunt, quasi sacræ politiæ legumque custodes, qua in rte sublata eorum Majestate ac potestate, publicum statum collabi necesse esset. *NAT. CHOPPIN. de sacra Polit. lib.* III. *cap.* I.

Hujus remedii adversus censuras injustas usum inveteratum esse in Belgio, in Gallia, in Hispania indubitatis rerum gestarum monumentis ostendit *VAN ESPEN: Tract. de recurs. ad princip. cap. V.* Illustrissimum vero exemplum Germania nostra exhibet in constitutione Josephi I. Imp. quam an. 1707. contra Clementis XI. declarationem nullitatis & censurarum comminationem tam expressam quam tacitam edidit, quamque integram ad calcem hujus dissertationis recitare libuit, cum nec in omnium manibus versetur, & in compendio fere omnia, quæ de jure principum circa censuras dici possunt, complectatur. Verum quidem est, principem sicut neminem censura ecclesiastica ligare, ita nec solvere posse, cum jus istud ecclesiæ tantum ex Christi institutione tributum sit. *Ce n'est pas, que les juges laics en ce cas pretendent absoudre de l'excommunication, ni s'attribuer un pouvoir, qui ne depend, que de la Jurisdiction ecclesiastique, mais ils declarent la procedure nulle, & ou il s'ensuit, selon les canons, qu'il n'y a point de censure valable. HERICOURT: Loix ecclesiast. pag.* 172. *chap. XXII.* §. 52.

§. CXXI.

In subsidium, si leniora remedia non sufficiant, ex usu omnium principum christianorum invaluit remedium *immissionis* in eorum temporalia. Imo alia media coactiva adhiberi cœperunt, queis vel a censuris immaturis tinere, vel nulliter latas in pœnam temeritatis destruere coguntur. Cur m principi non liceat armorum spiritualium abusum impedire? Et qua tanta alia ratione impediet? *Quod si quis contenderit a principibus secularibus hanc re potestatem, statim, non quidem sero comperiet experimento manifestissimo, ntum calamitatis reipublicæ invexerit COVARRUVIAS loc. cit.*

2) Per immissionem & sequestrationem in Clericorum temporalia.

VAN ESPEN. loc. cit. cap. VI. Manifesta est in hac re Germaniæ praxis. Doctores quidam facultatis juridicæ Coloniensis ad Nuntium ibidem recursum instituerunt atque adversus decanum facultatis decreta quædam comminatoria & executiva excommunicationis impetrarunt. Carolus VI. Imp. an. 1713. in hunc casum decrevit: *Cum itaque ex circumstantiis in supplica adductis & demonstratis abunde appareat, prædictum recursum incompetenter factum, non nisi ad collisionem supremarum Potestatum in ecclesiasticis & politicis tendere, & non exiguis incommodis & scandalis viam aperire: hinc altissime dicta Sua Sacra Cæsarea Majestas, iis omnibus a Consilio suo Imperiali Aulico sibi debite relatis, probeque atque accurate perpensis, non modo recursum illum a memoratis sex Doctoribus ecclesiasticis ad sæpius dictum Dominum Nuntium apostolicum hac in causa sumptum, severe, cumque indignatione exprobrandum, sed & Decreta ejusdem comminatoria & executiva, utpote ex se nulla & invalida, cassanda, annullanda, & abolenda jussit, prout ea omnia cassat, annullat, abolet, nullaque declarat, ac insuper memoratorum sex Doctorum ecclesiasticorum*

rum universos temporales reditus, in pœnam temerarii recursus, sequestr jussit: de reliquo etiam iisdem serio districteque sub pœna amissionis voti ac præcipit & injungit, quod acta omnia coram dicto olim Domino Nuncio pro cta repetant, & una cum Decretis hujus causæ inde emanatis retractari faci eaque se repetiisse ac retractari fecisse intra bimestre ab harum publicatione, ximo in Consilio Imperiali Aulico doceant; proindeque ab omni posthac ad N tium Apostolicum aut Judicem ecclesiasticum recursu, in ejusmodi causis, stineant; sin secus, comminata pœna, cum debito rigore contra ipsos ad ex cionem deducetur. Retulit hanc Sententiam *VAN ESPEN: in Tract. adpendic. monum. sub lit. V.*

§. CXXII.

Non obstante Concilio Trident.

Neque hactenus dictis Synodus Tridentina refragatur. *Nefas sit sæ lari cuilibet Magistratui prohibere ecclesiastico Judici, ne quem excommunicet, mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta præsenti decreto non sint observata; cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos cognitio pertineat. Sess. XXV. cap. 3. de reform.* Non enim hujus concilii pa jura majestatica abrogare aut restringere voluisse censendi sunt, & ad eum, quo nobis sermo nunc est, casum generalia Concilii verba trahi omnino possunt. Ut nihil dicam, tantam hujus non ad dogma sed disciplinam pe nentis decreti firmitatem nunquam fuisse, ut per leges & consuetudines nium populorum, qui Tridentinæ Synodi auctoritatem venerentur, tolli potuerit.

CONSTITUTIO
JOSEPHI I. IMPERATORIS
CONTRA
BULLAM CLEMENTIS XI. P. R.

JOSEPHUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTUS ROM NORUM IMPERATOR &c. &c. &c.

Compertum est omnibus, novissimorumque temporum series demonst quam insigni cura, labore & sumptu hostes ex Italia ejecti sint, atque hui bertas, quam vis Gallica labefactarat, victricibus Nostris Fœderatisque ar feliciter restituta: ut proinde persuasi omnino fuerimus, neminem potuis totius Italiæ proceribus reperiri, qui non esset gaudium propterea & con num erga Nos amorem gratitudinemque testaturus.

Ve

Verum memorare nunc, haud absque justo doloris sensu cogimur, *Mi-istros Curiæ Romanæ* seu *alieni instinctu genii*, seu proprii qualiscumque emolu-enti fiducia, eo abreptos esse, ut ausi fuerint, ad stuporem universi, & cum eipublicæ scandalo, *sæcularibus in rebus spiritualia arma* intentare, & scriptum po impressum in vulgus edere, tenoris sequentis:

Tum sequitur Bulla Clementis XI. de die 27. Julii. an. 1707. sub titulo: *DE-CLARATIO NULLITATIS. Cujusdam concordiæ in Sedis apostolicæ & sacræ R. E. præjudicium initæ super hybernis stationibus, quas milites germani in Ducatu Parmensi & Placentiæ locarunt, firmis remanentibus ecclesiasticis censuris eidem Sedi reservatis per eos quovis modo incursis, qui tam ea occasione loca ducatus prædicti invaserunt & perturbarunt, quam nuperrime onera & gravamina bonis personarum ecclesiasticarum ejusdem Ducatus intulerunt.* Romæ 1707. Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ, quæ integra exstat in Lib. cui titulus: Leben und Thaten Pabsts Clement. XI. Frankf. An. 1720. Tom. I. pag. 1045. Tum prosequitur Imperator:

Nos habita declarationis præinsertæ clausularumque ejus omnium ac finlarum attenta consideratione, non possumus non graviter inter cætera ex eo nmoveri, quod antiquissima *Nostra & imperii Romani in Italia* atque inde dedernia Ducatus Mediolanensis *Jura in Parmam ac Placentiam* velint a Romacuria, per assertionem Dominii quasi sibi competentis, præfidenter convelcum plena historiarum fide & ipsis Investiturarum per Prædecessores Nos Romanorum Imperatores datarum tabulis, aliisque actibus evidentibus nunc usque diem constet, *directum, supremum, Majestaticum dominium in præm Parmam Placentiamque, non nisi Nobis Sacroque Romano Imperio competere, simosque Ducatus Mediolanensis possessores desuper investiri.*

Ostendi profecto nequit directum hoc & supremum dominium, reservaque Majestaticum *ab ullo unquam Imperatore abdicatum esse, aut sine expressdem ac Imperii consensu a Ducibus Mediolanensibus abdicari, cedi ac transferri,* lto minus a curia Romana valide usurpari ab eave per Duces Parmenses leme recognosci potuisse. Innuunt hoc plures historiarum libri, & prolixe ul notant, quæ hac in materia pro conservatione jurium Imperialium non errupto ordine peracta sint. Neque latet publici status peritos, quantope Prædecessores Nostri & speciatim Carolus V. gloriosæ memoriæ, Cæsarea Imperiique jura non in curriculo vitæ solum sed ultimæ etiam voluntatis gio sit tuitus testatusque. Et aliunde sat liquet, Imperialia jura sic esse imio innexa, ut ab illo sine totius assensu, nequaquam separari, multoque miab invito *per Bullas Pontificias, qualibuscumque fulminum minis refertas*, abhi & separari queant.

Irritus

Irritus idcirco labor fuit, & vix non explosione dignus, quo allegati in supratacta declaratione pontifices judicium in caussa propria arrogare & ope Bullarum ejusmodi, jura tertiorum sibi asserere conati sunt. Nec certe potest intelligi, quid in mentem romanæ venerit curiæ, quando a militia Nostra bona ecclesiæ invadi scripsit, cum sciat aut scire saltim debeat, Nostra & imperii esse feuda, in qua miles dispersus est: alimenta quoque vitæ necessaria, tantopere per jus naturæ & gentium privilegiata haberi, ut possint etiam in territorio neutrali tunc potissimum quæri sumique, cum sustentatio in propriam alentis defensionem præservationemque ab ulteriori hostili damno & periculo cedit. Quales circumstantias in præsente inveniri casu, & per canones, leges, rationemque status ad communia onera ipsummet clerum pro pace ac libertate stabilienda obligari, nemo est, qui non videat; præsertim illa in provincia, in qua & mos hujusmodi antiquus circa communionem tributorum militarium servatur, & possessiones cleri Parmensis tam amplæ existunt, ut quartam ducatus partem pene exsuperent. Indignum itaque clericali felicitate est visum, quod, cum alii eguerint, ipsa tenacitatem suam prodere, nec cum laicis, quamquam ter a commissario nostro imperiali sollicitata, ne ad obulum quidem erogandum, concurrere voluerit, sed pertinaci suo refractarioque inhæserit proposito, quamvis ipse consensus pontificius pro collectis ad communem necessitatem utilitatemque conferendis, non sine illustri reverentiæ nota in tractatu per dictum commissarium Nostrum concluso, fuerit reservatus.

Quæ omnia & plura alia, quibus tam provide ac juste ex parte Nostra procedi placuit, adeo luculenta sunt Nostræ æquitatis & muneris cæsarei legitime exerciti testimonia, ut, ex quo juris fonte acres istæ superius expositæ censuræ spirituales confestim profluxerint, dispicere haudquaquam valeamus. Fecimus quod nostra & imperii jura postularunt; & eo quidem modo fecimus, quem constitutiones imperii, illarumque usus dictavere, ac singularis etiam observantia, qua communem Christianitatis patrem sedemque apostolicam extra partium studia prosequimur, desiderare visus est; prout cardinalis germani negotiationes complures, tum pro impetrando superfluo pontificis assensu, tum ad remonstrandum auctoritatis ecclesiasticæ, præpropere nimis ac perperam adhibitæ abusum, non uno loco convincunt. Observamus exempla in simili collectarum & onerum ecclesiasticorum genere, sed modo agendi prorsus dispari, cum hostibus nostris, ut ut communem Europæ libertatem infestantibus, & nullo favore dignis; quibus tamen a romana curia, vel consensus etiam sæpe contra fas ipsum præbetur subito, vel ita indulgetur conniveturque, ut animositas contraria, qua et nos liberrime in conspectu totius mundi impetimur, & aperta nostra ac imperii jura passim verbis, typis, factisque impugnantur, jam pridem duriorem in nobis motum excitasset, nisi hunc innati

ita bonitas austriaca & alia momenta intuitu sanctæ ecclesiæ mollivissent. Et llemus adhuc ulterius longanimitatem nostram, etsi jam ab origine nostri re-ninis cæsarei sat lacessitam, lubenter manifestam reddere, si in omittendis strorum & imperii jurium defensionibus longior mora permissa foret; pos-iusque erga Deum & posteros de illa recte excusari.

Nunc autem, cum in contrarium a lege divina & humana, recta ratio-, gentium jure, & aliis justitiæ pietatisque principiis moneamur.

Hinc omnibus istis ac singulis innixi, nec non juratæ capitulationis no-e constitutionumque imperialium memores, adhibito consiliariorum nostro-n arcanorum, totiusque consilii imperialis aulici scrutinio, consultis etiam raneis præstantibus Theologis, canonumque & legum civilium peritis, pro trorum atque imperii jurium tutela.

Declaramus supra insertam sic dictæ nullitatis declarationem, inanem, itam & nullam simulque excommunicationem in ea expressam, aut si quæ i hujusmodi prætenditur, aut prætendi potest omnino pro invalida repu-dam esse, eoque minus hanc subsistere, quo evidentius patet ejusdem re-sita (nimirum peccatum mortale, contumaciam in notabili errore, præ-m personarum citationem &c. defecisse, ac deficere, scriptumque Romanæ iæ non ad defendendam hæreditatem domini, sed ad jura imperialia super tatibus Parmæ ac Placentiæ porro usurpanda tendere.

Et cum juxta sanctorum patrum conciliorumque mentem, non illis, qui-i, sed his, a quibus injuste infliguntur timendæ sint censuræ. Nos judici nis carnis cordiumque scrutatori, omnipotenti Deo sicut & cuilibet mor-um ab affectibus libero, discernendum atque æstimandum relinquimus, id oporteat de ploratu cleri sentire, qui tunc aures obduratas habet, cum tri ac sacri romani imperii hostes in germanicis italicisque provinciis, imo ipsis pontificum ditionibus, ministros Dei & ecclesiæ pro libitu opprimunt, deliterque discruciant; in nos vero & serenissimum ac potentissimum prin-em Dominum Carolum tertium Hispaniarum regem, ac adversus Neapo-inum Regnum, Sabaudiæque Ducem, tunc primum insurgit, cum nobis & hæ causæ nostræ tam prospera effulsere sidera, ut ex hostilibus prævalidis-e manibus sit cum aliis Italiæ oppressæ partibus Neapolis & Belgium pro-giose ereptum.

Ad perpetuam præterea rei memoriam tenore præsentium declaramus, efficacissime, quantum opus, protestamur, nullum omnino jus, & multo

minus directum supremumque dominium in Parmam & Placentiam sedi Romae a nobis dimitti, neque dimitti posse, quin potius omnia & singula suprema dominia, quae in praedecessorum nostrorum, nostrorumque praejudicium usurpata sunt unquam, & adhuc usurpantur, quocunque etiam nomine appellentur, nobis & sacro romano imperio firmiter reservamus & confirmamus omni meliori forma & modo cunctas possessiones, exceptis iis, quae ex magnanimitate & magnificentia Caesarea in antedictam sedem expressim translatae sunt, annullando, abolendo & cassando, eoque magis pro nullis, injustis ac invalidis declarando, quo manifestius per se corruit, quidquid imperatoriae majestati clam palamve auctoritate propria subtractum est, aut etiam ab imperatore extra normam debitam alienari nequit. Solennissime pariter ac speciatim romanae contradicimus curiae praetensam illam, quoad jura tertiorum bonave temporalia potestatem, quam bullae pontificae exercere praesumunt, cum hae, nec validae hoc in genere, nec receptae sint, quibuscunque insigniantur nominibus & nos romanumque imperium obligare non possint debeantve, neque facultatem nos ullam admittamus, aut tolerare possimus in saepefata curia, quae cassare & annullare conetur ea, quae nos vi muneris auctoritatisque nostrae caesareae disponimus ac ordinamus, nullatenus dubitantes, quin conventus universi imperii ac omnes ejusdem electores, principes & status vasallique ac subditi, consilio nobis ac auxilio suo efficace, ubi opus fuerit, & ordo rerum demandarit, sint actutum adstituri.

Iterato igitur & deliberato animo, sanoque & maturo accedente consilio atque ex plenitudine potestatis nostrae caesareae, hisce publice declaramus, contradicimus, abolemus, cassamus, & protestamur, ut supra solennissimo, quo potest fieri pacto & modo annullantes, quidquid in saepius memorato superiore scripto quoad formam aut materiam in praejudicium nostrorum & sacri romani imperii jurium, vel etiam contra nostros ministros, commissarios, milites vel alios quoscunque, exprimitur aut intellectum videri potest.

Inhibemus quoque omnibus ac singulis ecclesiasticis ac secularibus nostris & imperii vasallis, ministris ac subditis, sive in terris ecclesiae, sive in ducatibus Parmae aut Placentiae sive alibi existentibus, sub gravissima nostra & imperii indignatione, omnium bonorum confiscatione, corporalique poena, ne quam rationem ejus, quod in adducto scripto continetur in ulla re habeant, sed districte mandamus, ut nostris jussibus & ordinationibus constanter & debite pareant; dum vicissim protectionem nostram clementiamque caesaream fidelibus ac obedientibus impertiri non intermittemus; monituri idcirco etiam modo debito Parmensem Ducem, ut nullum aliud dominium quam nostrum & dicti Hispaniarum regis fratris nostri charissimi, utpote legitimorum duca-

; Mediolanensis respective dominorum & possessorum, ratione Parmæ & icentiæ recognoscat, cum potissimum etiam aliunde in propatulo sit, quod pondere nobis de nostris & sacri romani imperii juribus non immerito tenea-. Rogamus denique omnipotentem ac justissimum Deum, ut ardentem nibus & sincerum honestæ, fide ac perpetuæ pacis concordiæque amorem illare; nobismet autem largiri gratiam dignetur, quo continuo & fortiter, ecunque ad nos & sacrum imperium pertinent, tueri valeamus, cum sub-issima gratitudine totum id, quod Cæsaris est divinæ Majestati acceptum entes, publicaque hac declaratione, protestatione & reservatione repetita fitentes, circa temporalia imperii bona & jura nihil alteri cuipiam, nisi d expresso prædecessorum nostrorum & imperii consensu munitum est, at- in specie nullum dicti imperii dominium temporale supremum legitime uam competere, asseri, aut vindicari posse.

Iis omnibus ac singulis quæ secus facta sunt aut reputantur, hisce pro e ut ex tunc, & pro tunc ut ex nunc, ac futuris æternum temporibus, m fieri potest solennissime, gravissime, firmissimeque contradicentes, vi- e diplomatis hujus, manu nostra subscripti, & sigillo nostro cæsareo mu-, quod dabatur in civitate Nostra Viennæ die vigesima sexta Mensis Junii, 10 Domini millesimo septingentesimo octavo, regnorum Nostrorum, Ro- ni decimo nono, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

JOSEPHUS.

(L. S.)

Ut Frid. Carolus Comes
de Schœnborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium.

Franciscus Winandus
de Bertram.

Animadversiones Editoris.

Ad §. LXXI. Quoad moderationem a *Martino V.* circa fugiendos exmunicatos in Concilio Constantiensi factam putat Auctor Doctores nonnisi tionem S. *Antonini* secutos fuisse; sed esto id ab aliquibus factum esse, anivertere debuit RIEGGERUS speciali Articulo in Concordatis Constantiensi a dicto Pontifice id Germanis concessum fuisse, prout videre est in nomi Concordatis editis ab HARZHEMIO *Tom. V. p. 133.* et alio eorundem e plari ibidem *p. 147.*

Ad §. LXXIII. Cessatio a divinis, et Interdictum Germanis diceb den Gesang legen, den göttlichen Gesang niderlegen, das Singen schlagen, ita in *Mandato Senatus Argentinensis* de anno 1350. apud HALT „ad hanc vocem: und ob wir in den Bann werent, oder uns Gottesdinst „botten were, oder Singen verschlagen were &c. et in Ordinat. *Johannis* „*scopi Eichstad.* de anno 1435. item wo das Singen gemeiniglich versch „ist, als dieweil mann Interdict hält. Inde et *interdictum* der schweige „Bann, uti apud cit. HALTAUS ad h. v. Derhalb legte der Pabst in se „Landen (Archiducis Tirolensis *Sigismundi* ob captum Legatum Pontifi „Cardinalem *Cusanum*) den schweigenden Bann Interdict: das schwei *cessatio cantus publici*, uti in Chron. Luneb. apud LEIBNIZ *Tom. III. p.* „Do lert he (Episcopus) den Ban und dat schwigent leggen over dat g „Landt. Cessationem etiam istam subin comitabantur lugubres ad terr ceremoniae, uti in literis *Wibaldi Abbatis Corbejensis ad Fridericum I.* Im torem apud MARTENE *Tom. II. p. 531.* dicitur: „pro hac tam atroc „lumnia Fratres nostri dum absentes essemus, Corpora Sanctorum Viti e „stini, quae apud nos requiescunt, in terram deposuerunt, et humiliatis „cifixi Salvatoris nostri imaginibus ab omni deinceps solemni officio divin „a pulsatione campanarum abstinuerunt.

Ad §. CII. Ex his, quae hic RIEGGERUS profert, ad eluden Ecclesiae potestatem aliquas etiam poenas temporales, quanquam utiqu Spiritu Christi nonnisi rarissime et specialibus de causis decernendi, etiar responderi posse inquit, quae ego in *Institutionibus meis* de hac re protulis Atenim RIEGGERI dicta nonnisi ex Antecessoribus suis quibusdam Scrip bus Gallis exscripta nondum ea sunt, quae causam decidant. Has po olim nonnisi magna cum moderatione illatas fuisse inquit? atenim quis aec

a

aliter senserit? excessum hinc inde factum, neque eum facile prehendum sane quivis cordatus concesserit. Deinde eas nonnisi instar paternae correctionis, aut a Magistris discipulo infligi solitae fuisse adhibitas pergit? recte denuo, si affectum similem postulat in Ecclesiae Praelatis, etsi etiam ad hujusmodi poenas descendant? nunquid autem vera potestas competit parentibus et Magistris ejusmodi correctiones decernendi? ea equidem privata est, sed cum Ecclesia sit societas publica, suprema, independens ejusmodi potestas Ecclesiae competens publica quoque esse debebit. Demum ejusmodi poenas ea aetate, ubi forum internum ab externo ea quemadmodum hodie ratione necdum secretum fuit, ad forum potius internum relationem habuisse contendit. Pari fundamento regeri potest persistente ea utriusque fori unione poenas hasce potius ad forum externum referendas fuisse. Sane peccata occulta poenitentiae publicae necessario subjicienda fuisse extra controversiam necdum positum esse ipse RIEGGERUS fatetur: quod autem publica publice quoque ejusmodi castigationibus expiari debuerint ad aliorum exemplum, id equidem magis fori externi finem scopumque, quam interni sapit. Sententiae a me defensae praeter alios viros eruditos a me in Institutionibus meis nominatos adstipulatur, eamque uberius loco ibidem a me citato defendit celeberrimus BARTHELIUS, cujus de Jure saltem Ecclesiastico Germanico ineulca RIEGGERUS nonnisi toties a Scriptoribus Gallis dictorum compilator non assequitur, risu ipsemet dignus, si, ut hic inquit, ab hoc viro dicta risum ipsi moveant.

Ad §. CXXI. Causa controversa, quam hic attingit Auctor, quin eam recenseat, ea fuit; cum nimirum in Facultate Juridica Coloniensi nonnisi hactenus Decanatu functi fuissent Professores Laici, id in suum praejudicium interpretati Professores Ecclesiastici tanquam ejusdem Facultatis membra litem Laicis apud Nuntium Apostolicum in hac causa intenderunt, quem tamen hi tanquam de objecto nulla ratione Ecclesiastico, si de capacitate ad Decanatum cujusdam Facultatis quaestio esset, judicem agnoscere recusarunt, Aula Caesarea et Judicio Imperiali Aulico illorum partes amplectente.

V.

ANONYMI DISSERTATIO
EX
ACTIS PUBLICIS ADORNATA,
ET PRAETENSIONIBUS
CAROLI FRIDERICI GERSTLACHER
CONSILIARII AULICI BADENSIS
OPPOSITA,
QUA DEMONSTRATUR A RELIGIOSO PROFESSO
AD PROTESTANTES TRANSEUNTE
JUS HEREDITARIUM NON RECUPERARI,
1774.

§. I.

MOTA eſt nouiſſimis demum temporibus inter diuerſarum in Imperio Romano-Germanico Religionum Conſortes intricata quaeſtio: vtrum Religioſus Catholicus profeſſus ius hereditarium, cui Profeſſione ſolemni et iurata ſponte renunciauit, facta Religionis mutatione recuperet?

§. II.

Agitata eſt difficilis haec quaeſtio, dum Capucinus quidam Wirceburgenſis nomine BERGER inſalutato hoſpite Ordinem deſerens ad Proteſtantes tranſibat paternam poſtmodum hereditatem petiturus, contra quem calamum ſtrinxit Cel. BARTHELIVS p. m. in ſcripto quod videre eſt in Opuſculis Tom. I. Opuſc. VIII.

§. III.

Ventilata eſt denuo tam in Conſilio Imperiali aulico, quam in Curiis feudalibus Auſtriacis, quum mortuo 1. Octobr. A. 1764. LEOPOLDO AVGVSTO

vsTO Comite de TRVCHSESS TRAVCHBVRG, cumque eo exstincta INEA IACOBIANA, adgnati LINEAE GEORGIANAE in ZEIL ET OLFEGG successionem peterent, contradicentibus et quidem ex capite pro- ıitatis lineae descendentibus ex Comite FRIDERICO de TRVCHSESS ƚÁVCHBVRG Equite quondam Ordinis Teutonici adeoque votis obstricto, vero se motu proprio votis liberans Religione mutata matrimonium iniit, x eo specialis LINEAE TRVCHSESSIANAE parens exstitit.

Vid. Anton Fabers Neuest. Europäisch. Staatskanzley Part. 29. C. 6. Part. 30. Cap. 6. Mosers Neuest. Staats-Handbuch 1. Theil 3 Buch 50 Kap.

§. IV.

Denique CAROLVS FRIDERICVS GERSTLACHERVS ANDREAE ERSTLACHERI Canoniei quondam Regularis S. Augustini in Bauaria fi-ı, nunc Serenissimo Marchioni Badeno-Badensi a consiliis aulicis et Regi-ıis, pro aris et focis pugnare et propositiones hactenus inauditas euulgare luit variis hunc in finem editis scriptis, quibus ius hereditarium facta Re-onis mutatione iure postliminii recuperandum Religiosis professis adserere ni virium conatu contendit *. Ast ex quo scripta eius lucem adspexere, ea utare nominatim adgressi sunt Anonymus quidam **; Clarissim. et Consul- Dom. I. G X. KONENBERG Illustrissim. Comitum FVGGER de Kirch-g et Weissenhorn etc. Consiliarius et Cancellarius communis ***, et Do-ıus I. N. GEBRATH ****.

§. V.

' Carl Friderich Gerstlachers Hochfürstlich-Würtembergischen Kanzleyadvocaten unum-stößlicher Beweis aus dem bürgerl. und kanonisch-oder geistlichen Rechte, wie auch insonderheit aus dem westphälischen Frieden, daß einer, der nach beschwornen Kloster-Gelübden sich zur evangelischen Religion bekennet, von einer ihm hernach bei den Katholischen zugefallenen Erbschaft durch das Kloster, dessen Mitglied er ehemals gewesen, nicht ausgeschlossen werden könne. Frankfurt und Leipzig 1754. Eiusd. Rechtliche mit neuen Beweisen versehene Untersuchung ob ein katholischer Ordensgeistlicher -- Carlsruhe 1771. Eiusd. Memorial an ein Hochpreißliches Corpus Euangelicor. v. 11ten Febr. 1773 Weiteres Memorial v. 21ten Oct. 1773. Porro Eiusd. Bestätigung der Rechtlichen Untersuchung 1773.

* Gründliche Widerlegung der bey dem Corpore Euangelicorum zu Regensburg von dem Baden-Durlachischen Hofrath Gerstlacher gegen die Kurbaierische Probstey Beirberg in puncto praetensae hereditatis angebrachten Beschwerden

** Meditationes de Desertore catholico Ordinis religiosi etc. Augustae Vindelicorum 1773.

*** Casus Theoretic. practic. ex Iure Eccles. Ciuili et Criminali etc. Ingolstadt 1773.

§. V.

GERSTLACHERI exemplo incitatus paucis abhinc mensibus MARSTALLERVS quidam Franciscanus, nunc protestanticus in terris Baruthinis praeco Legatis Comitialibus protestanticis literas supplices exhibuit, in quibus hereditatem paternam a catholico fratre vterino occupatam sibi detineri, fratremque a Regimine Ordinis Teutonici in possessione hereditatis manuteneri conqueritur, petitque vt Corpus sic dictum Protestantium in extradenda illa sibi ope et viribus adsit.

§. VI.

In citata §. IV. sic dicta Confirmatione suae Disquisitionis iuridicae GERSTLACHERVS supra laudatis viris Anonymo, KONENBERGIO et GEBRATHIO respondere adnisus est, insimulque Corpori sic dicto Protestantium literas supplices exhibuit, vbi refutatis, vt putat, argumentis sibi contrariis, et Catholicis tamen hereditatis traditionem denegantibus, adesse casum repressaliarum innuit, quam viam vtpote non tantum Legibus Imperii permissam, sed et multoties non sine insigni vtilitate ab A. C. addictis contra Catholicos tentatam etiam sua in caussa suadere in facie Imperatoris et Imperii vir audacissimus non dubitauit; quum tamen inuictissimis plane argumentis toties euictum sit, repressalias inter eiusdem reipublicae membra omnibus omnino legibus repugnare, immo textum I. P. W. Art. XVII. §. VI, vbi via facti procedere permissum, tantum de caussis liquidis et in pace clare decisis, quae certe Gerstlacheri caussa non est, loqui, non vero de illiquidis et postea nouiter emergentibus, aut in pace non decisis.

Vid. Vir Clariss. et Consultiss. FRANCISC. ANTON. DÜRR Differt. de eo, quod iustum est circa Repressalias in caussis religionis in Imperio Romano-Germanico Moguntiae 1771. Clariss. SÜNDERMAHLER Differt. Inauguralis de Potestate ius suum vi et armis prosequendi in Imperio haud permissa Wirceburg. 1752. Itidem altera eiusdem argumenti Dissertatio Celeberr. STRVBENIO opposita Wirceburg. 1761. DRÜMELII Versuch einer pragmatischen Erklärung des Westphälischen Friedens nach den Artikeln von der Execution und Assecuration 1767. His adde auctorem der strittigen Staats-Schriften erst. Theil, erstes Stück.

§. VII.

Altioris sane indaginis res est, et omnem Catholicorum attentionem meretur: Caussa enim Religionis catholicae dogma, nec non praecipuum quoddam disciplinae ecclesiasticae momentum concernit, quod si Catholici a Protestantibus, vt omnibus viribus moliuntur, sibi euerti patiuntur, ex eo res catholica in Imperio maxime nociuas sequelas habebit pertimescendas, quod ipsum Icti

Mogun-

Moguntini in responso ad Gerstlacheri quaestionem: *Vtrum Religiosus catholicus, qui* MODO LEGITIMO *ad seculum rediret, ius hereditarium recuperaret*, dato cordate monuerunt verbis: "Wir können solchemnach nach der uns gegebenen „Erläuterung, daß die erste uns vorgelegte Frage von einem Apostata ab Ordine zu „verstehen sey, unbemerkt nicht lassen, daß in besagter Frag in verbis in Rechten „erlaubte Weise, eine petitio principii a Catholicis nunquam concedendi und „zwar dergestalt enthalten sey, daß man sonst katholischer seits endlich die Aufdrin„gung mehrer dergleichen gegen die so hoch angepriesene Religionsfreyheit anstößige „Grundsätze befahren müßte rc.„

§. VIII.

Quum iam memoratus GERSTLACHERVS omne attigisse punctum glorietur, venditetque licet falso, pluribus adeo Catholicis sua adrisisse fundamenta, sibique de victoria reportata triumphum ipse accinat: eius scriptum nouissimum, quod vna cum literis supplicibus Corpori sic dicto Protestantium obtulit sub rubro: Rechtliche Bestätigung rc. in praesentiarum breuiter perlustrare animus est et disquirere, vtrum adlata Gerstlacheri sibi adplaudentis rationum pondera ea sint, vt opposita Catholicorum ratiocinia superare possint.

§. IX.

Respondere equidem ad Gerstlacheri confirmationem disquisitionis iuridicae, suamque aduersus illum sententiam vindicare contendit nouissime in literis responsoriis Dominus GEBRATH *. Quod vero, qua ratione praestiterit, meum non erit, sed aliorum iudicium. Desideratur in eius scripto, quod ad praecipuum rei fundamentum vt volunt, nempe: an vi I. P. W. etiam Religiosis professis transire ad religionem protestanticam et vota deserere liceat, non responderit. Ceterum citatae Gerstlacheri Confirmationi egregie se se opposuit laudatus doctissimus KONENBERGIVS **.

§. X.

* Kurzgefaßtes Antwortschreiben auf die sogenannte Bestätigung der rechtlichen Untersuchung des Herrn Hofraths Gerstlacher rc. an das Licht gestellt von Johann Nepomuk von Gebrath beider Rechten Doctor.

** Johann Georg Xaver Konenberg reichsgräfl. fuggerisch-gemeinschaftl. Rath und Kanzlers Antwort auf des hochfürstl. badenischen Herrn Hof- und Regierungsrath Carl Friderich Gerstlachers Bestätigung der rechtlichen Untersuchung: ob ein katholischer Ordensmann, wenn er zur protestantischen Kirche getreten ist, wiederum erbschaftsfähig sey. Augsburg 1774.

§. X.

Totius controuersiae caput ad has duas redire videtur quaestiones:

I) Vtrum omnibus indistincte catholicis consequenter etiam Religiosis professis ea in legibus Imperii concessa sit conscientiae libertas, vt ad religionem protestanticam transire et votis actu proprio se liberare possint?

II) Vtrum transitus ad religionem protestanticam eundem sortiri debeat effectum, quem habet summi Pontificis dispensatio?

Responsio ad primam Quaestionem:

Vtrum omnibus indistincte Catholicis consequenter etiam Religiosis professis ea in legibus Imperii concessa sit conscientiae libertas, vt ad religionem protestanticam transire et votis actu proprio se liberare possint?

§. XI.

Haec Quaestio, etiamsi gratis illam largiremur, rem minime conficeret: quum a permisso ad sacra protestantica transitu necdum ad recuperatum Ius hereditarium concludere liceat. Nam sicut reseruatum ecclesiasticum libertati conscientiae non obstat: ita etiam non concessus ad hereditatem renunciatam regressus vllo modo ei officere potest: credere enim nemo non potest omnia, quae Augustana Confessio credenda docet et praescribit, quin hanc vel illam hereditatem, cui potissimum legitime renunciauit, lucretur. Hoc Catholici mota in tractatibus Pacis Westphalicae super reseruato ecclesiastico controuersia palam suis in grauaminibus declarabant verbis*: "Libertatem conscien„tiae aut statum Confessionistarum per illud idem reseruatum non violari, quan„doquidem neutrius religionis conditio aut ratio exigat, multo minus vero re„ligio aliqua in eo fundetur aut consistat, vt quilibet eam professus Archi-Epi„scopatum, Episcopatum, Dignitatem aut praebendam ecclesiasticam possidere „necessario debeat; maneatque adeo liberum Confessionistis citra prouentuum „ecclesiasticorum perceptionem credere, quidquid Augustana Confessio cre„dendum decernit.„ Religionis itaque nouiter adoptatae membra eiusmodi homini et victum et amictum suppeditare, vel diuitem vitae periculorumque indiuiduam sociam, cuius sibi iungendae ergo praecipue tales Religiosi monasterio et Religioni catholicae nuncium mittunt, procurare, vel aliis queiscunque mediis eum adiuuare poterunt.

§. XII.

* Adami Adami Relat. Historic. de Pacificat. Osnabrugo-Monaster. ex edit. Meieri C. VIII. §. 8. pag. 154. Meieri Acta P. W. Tom. II. pag. 543.

§. XII.

Sin vero propositam nobis quaestionem ad normam Pacificationum religionis ergo initarum, iuxtaque verum et genuinum earum sensum examinare velimus: in negatiuam eamus sententiam necesse est. Quod vt demonstremus praemonere iuuat: Catholicos in antiquissima fidei, religionis, iurium, et bonorum possessione fundatos, a nouae autem religioni addictis turbatos, necessitate demum coactos esse ad pacta cum iis publica ineunda. Inde, quia regula antiquissimae illius possessionis pro Catholicis militat, hi recte inferunt, omnia illa, quae non expressis verbis per pacta cum Protestantibus inita mutata esse constat, in eo, quo ante infausta religionis dissidia fuere statu permansisse. Iam vero in Pacificationibus religionis caussa initis quoad Religiosos professos quidquam mutatum esse non adparet, quid quod ex actis et historia Pacis Westphalicae euidentissime probari potest, Religiosos hac pace non esse comprehensos, consequens est quoad illos pristina suo in vigore perstare debere iura; adeoque Religiosis mutandae religionis arbitrium non competere. Id quod ex sequentibus patebit.

Huius regulae fundamentalis a Protestantibus nunquam elisae bonitatem euincunt ea, quae habet Clar. BANNIZA in subsidiis interpretationis doctrinalis Pacis Religiosae et Westphalicae, Wirceb. 1741, quae dissertatio recusa extat in Anton. SCHMIDT thesauro Iur. Eccles. Tom. I. pag. 494. seq. Conf. ALEXANDRI HAMMERI Commentatio politico publica de Iure Principis circa sacra, Bambergae et Wirceburg. 1771. pag. 44. seq. Doctiss. Auctor Bigae Discuss. Eccles. public. Discuss. I. §. XXX.

§. XIII.

Tam vagam nullisque adeo circumscriptam limitibus conscientiae libertatem, quam Protestantes hodierni stabilitam volunt, inuenire non licet, 1) in Transactione *Passauiensi*. Textus illius huc faciens sequentis est tenoris: "Et interea temporis Caesarea Maiestas, Nos, et Sacri Imperii Electores, „Principes et Status nullum STATVM Augustanae Confessioni addictum Re„ligionis ergo vi, facto, aut alio modo contra eius conscientiam et voluntatem „cogamus, inuadamus, laedamus, nec ei imperando, siue aliis modis eapro„pter graues simus, eumue despicatui habeamus, sed in hac sua religione et „fide quietum relinquamus.„ Vbi ne de subditis quidem, multo minus de Religiosis vlla occurrit mentio, sed tantum de Augustanae Confessionis STATIBVS, quibus solis conscientiae libertas remissa conspicitur.

§. XIV.

II) Pax Religiosa Transactioni Passauiensi in substantia consonat, et in eius §. x. tantummodo subditis Augustanae Confessioni iam iam addictis, non vero illam imposterum professuris, nec porro subditis proprietatis omnis et matrimonii expertibus beneficium emigrandi est indultum.

§. XV.

In eadem Pace §. x. vers. Doch soll den Oberkeiten ꝛc. seruis et hominibus propriis tantummodo quoad corpus suum obligatis denegatur facultas emigrandi Religionis mutandae gratia, multo minus itaque Religiosis firmiori vinculo vi voti obedientiae et perfectissimae subiectionis, nimirum quoad mentem ligatis, concessam putes monasterium deserendi et ad religionem protestanticam transeundi licentiam.

§. XVI.

In eiusdem Pacis §. IV, qui celeberrimi illius reseruati ecclesiastici sedes est, personis ibidem recensitis praeter infamiam remissum nihil est, nec vota, nec iuramenta, nec subiectio ad Superiores atque Praelatos, neque relinquuntur iis bona et iura Ecclesiarum, multo minus Religiosis quidquam de obligatione sua remissum, aut de bonis ad Ecclesiam iam deuolutis concessum est. Quare mireris, quod Protestantes obiicere velint, reseruatum ecclesiasticum tantum de bonis Ecclesiae catholicae propriis, non vero de personalibus indiuidui religionem mutantis iuribus, eiusque propriis priuatis bonis esse intelligendum *. Siquidem, posito, sed non concesso, ipsis etiam Religiosis ad sacra protestantica transeundi arbitrium competere, ex Professione solemni, quae renunciationem omnium bonorum temporalium intuitu Religiosi professi inuoluit, Monasterio ius quaesitum nascitur. Iura autem Monasteriis quaesita etiam inter bona ecclesiastica, quum illa ad communitates ecclesiasticas spectent, sunt referenda, adeoque aeque minus ac bona Archi- et Episcopatibus propria Catholicis adimi possunt praesertim quum eodem modo Monasteria eorumque iura sarta tectaque seruari Catholicorum intersit.

§. XVII.

III) FERDINANDUS I. Romanorum Rex in Resolutione sua die 30. Augusti A. 1555. Comitiis Augustanis proposita §. *Quoniam iam nunc adlegatae Constitut.* et §. seq. Iurisdictionem in ecclesiasticos profugos Praelatis reseruauit expres-

* Vid. Schreiben vom Corpore Euangelicorum an Se. Kurfürstl. Durchl. in Baiern de dato 19. Ianuarii 1774.

expreffis verbis: "Si Ecclefiaftici a beneficiis deficiant atque contra fundationis tenorem et facros canones agant, tunc reliquis ecclefiafticis non ademta fit facultas exercendi competentem fibi fuperioritatem ac iurisdictionem, maxime per priuationem et depofitionem dictarum perfonarum nec non per legitimam prouifionem fuorum Collegiorum." Sin vero Praelatis referuata fit Iurisdictio, ex altera etiam parte fubiectio falua perfiftat neceffe eft. Iam autem Religiofi Iurisdictioni fuorum Praelatorum fubfunt, erunt itaque iisdem omni tempore obftricti, quocunque etiam in loco verfentur.

§. XVIII.

IV) In Comitiis Auguftanis A. 1559. Catholicos Principes et Status contra praetenfam immunitatem Apoftatarum a fide et ordine, qua fe a priftina fubiectione venditabant immunes, palam effe proteftatos conftat, indignum quippe exiftimantes "Si alii Ecclefiaftici erga eosdem per talem defectionem praelatione et iurisdictione in illos fua vti non poffent, fed ea priuati effe deberent."

§. XIX.

V) In Comitiis Ratisbonenfibus Ao. 1594. inter alia grauamina Catholici hoc quoque referebant, quod ecclefiaftici a fide deficientes in tutelam reciperentur cum contemtu Status ecclefiaftico-catholici. Ex quibus omnibus vberrime patet non eamdem Ecclefiafticis et in fpecie Religiofis ad proteftantica facra tranfeundi facultatem effe a Catholicis indultam, quae laicis et reliquis fubditis bonorum et proprietatis capacibus fub determinationibus in legibus expreffis conceffa legitur.

§. XX.

VI) Iam progredi iuuat ad Pacem Weftphalicam, in qua tam transactio Paffauienfis, quam Pax Religiofa funt confirmatae*. Quemadmodum vero Religiofis in vtraque pace praedicta non conceffa fit, vt oftendimus, libertas mutandae Religionis: ita nec in Pace Weftphalica vllum inuenit praefidium. Si quis enim textus huc fpectantes exactius confideret, et animo praeiudiciis vacuo examinet, eos quidem de fubditis loqui viderit, fed de talibus, qui proprietatis et bonorum, matrimonii, aliorumque iurium et quidem non tantum fecundum principia Proteftantium fed et compacifcentium Catholicorum capaces exfiftunt. Quum vero Religiofi profeffi fecundum principia Catholicorum, quae falua futura Proteftantes dudum in Pace Religiofa Catholicis fancte adpro-

* I. P. W. Art. v. §. 1.

promiserunt *, nec proprietatis nec matrimonii sint capaces, ad illos contra mentem Catholicorum et verba pacis adlegati textus ** eo minus extendi possunt, quo certius ex Actis Pacis Westphalicae constat, Catholicos illimitatae illi ad omnes sine distinctione subditos extendendae, quam Protestantes adfectarunt, conscientiae libertati nunquam non contradixisse. Ita enim Catholici in grauaminibus suis sese declarabant ***: "Obwohl die augsburgische Confessions„verwandte Stände anfangs bey Abfassung des Religionsfriedens demselben diese „Worte einzurücken begehret: Daß doch alle Unterthanen beyder Religionen ihres „Gewissens und Bekänntniß halben von ihrer Obrigkeit frey gelassen werden rc. daß „man doch an katholischer Seiten sich hierzu keineswegs verstehen können noch wollen."

§. XXI.

Quam ob rem tantum abest, vt Catholici Praelati ius suum in Religiosos omni tempore tuentes, inuocato etiam si opus, brachio seculari ad stationem desertam eiusmodi Apostatas a fide et ordine reducentes Pacem Westphalicam violarint, vt potius intentioni summorum Paciscentium, qui Religiosos pace comprehensos nollent, conformiter egerint. Nec obstat, quod GERSTLACHERVS §. XXVII. suae Confirm neget petitam vnquam et concessam esse a Protestantibus eiusmodi religiosi ad se transgressi extraditionem. Respondeo enim cum doctiss. Auctore Bigae: Quodsi in partibus protestanticis eum morem non pariformiter exercent, haud vtique cedunt propterea iure suo, sed violen-

* §. Dargegen sollen die Stände, so der Augsburgischen Confeßion rc.

** Textus sunt sequentes: Art. V. §. XV. XXX. XXXIV. XXXVI. XXXVII. Citati Art. §. XV. verba sunt: " *Fructusque et reditus, citra moram et exceptionem „cedant.* „ Id quod de nominatis in hoc loco Archi- et Episcopis, Praelatis aliisque fructuum et redituum capacibus, vt Canonicis, Parochis, et aliis Beneficiatis intelligendum, quum singuli Religiosi professi nec fructus nec reditus habeant. §. XXX et XXXIV Art. cit. " *Liberos suos exteris suae „Religionis scholis aut priuatis domi praeceptoribus instituendos committere non „prohibeantur.* §. XXXVI. Art. cit.: *Liberum ei sit aut retentis bonis, aut alie„natis discedere, retenta per Ministros administrare, et quoties ratio id postu„lat, ad res suas inspiciendas, et persequendas lites aut debita exigenda libere „et sine literis commeatus adire.* §. XXXVII. Art. cit.: *Illis vero, qui post „Pacem publicatam religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis „laxum et spatiosum impetrare potuerint, ad emigrandum praefigatur: ne„que - - decimationibus substantiae secum exportatae plus aequo extensis „praegrauentur.*

*** MEIERI Acta P. W. Tom. II. pag. 554. seq. ADAMI ADAMI Relat. Historic. ex edit. MEIERI C. VIII. §. VIII. pag. 162. ad tertium.

lentiam ſibi opponendam aut tumultum excitandum reformidant, pruden- que declinant, minus malum prae maiori ſuſtinere praeeligentes.

§. XXII.

Quae quum ita ſint, leges Imperii de ſubditis proprietatis et bonorum icibus loquentes ad Religioſos profeſſos, qui pro ciuiliter mortuis ſunt endi, male extendunt Proteſtantes, inter quos primum occupat locum ſae- memoratus GERSTLACHERVS, qui a §. VIII. ad §. XVI. ſuae ſic Confirm. illimitatam, vt praetendit, conſcientiae libertatem omnibus in- acte ſubditis adeoque et Religioſis profeſſis competentem ex deſideriis, aminibus, Proteſtationibus Statuum A. C. variisque priuatorum adeo au- um ſcriptis eruere omni marte conatur. Aſt quum hic non quaeratur, Proteſtantes deſiderarint, contraque quid proteſtanti fuerint, aut quid ati auctores proteſtantici ſenſerint et ſcripſerint; ſed quid iis a Catholicis na conuentione ſit conceſſum, ex dictis autem colligere liceat, quoad Reli- os profeſſos nihil a Catholicis Proteſtantibus eſſe indultum, ſequitur intui- torum ad Pacificationes religionis cauſſa initas prouocari non poſſe, bene omnem hanc cauſſam ad normam iurium ante pacificationes religioſas exſi- tium vnice eſſe diiudicandam.

§. XXIII.

Quemadmodum vero GERSTLACHERVS ex falſis variis in §phis ad- tis principiis et ſuppoſitis non potuit non falſas deducere concluſiones: ita in §. XV. ſuae ſ. d. Confirm. formauit conſectaria, quum ſupra ex legi- Imperii plane contrarium euidenter probatum ſit, vno ictu corruunt. Ce- m mirari ſatis non poſſumus, quod vir tanta alias eruditione inſignis §. r. usque ad § XX. cit. Confirm. ad dicta ſua confirmanda doctrinam Eccle- proteſtanticae, libros ſuos ſymbolicos, nec non Tractatum Lutheri de vo- monaſt. adlegare non dubitarit. An non eodem iure Catholici doctrinam Eccleſiae, libros ſuos ſymbolicos aliosque aduerſus Lutherum eiusque adſe- conſcriptos Tractatus ad ſuam de votorum validitate ſententiam corrobo- lam adducere poſſunt? an forte ſolis Proteſtantibus ad ſua principia et do- ita prouocare, illaque adeo quoad effectus ciuiles Catholicis obtrudere li- vbinam leges Imperii talem aduerſus aequali iure gaudentes modum pro- ndi probarunt?

§. XXIV.

Si hiſtoriam et Acta Pacis Weſtphalicae ſepoſito partium ſtudio inſpicias, rta Catholicorum circa mentem Inſtrumenti Pacis iis euidentiſſime com- probari

probari ſole clarius eluceſcit. Ita nullo non tempore Catholici deſideratae a Proteſtantibus Autonomiae ſiue credendi libertati ſubditis et in ſpecie Religioſis concedendae maxime contradixerunt. Hoc patet ex Reſponſione Catholicorum ad grauamina Proteſtantium eccleſiaſtica, illi enim referente ADAMO ADAMI reponunt: "Catholicos potius Status queri debere, quod eorum ſub„diti a Confeſſioniſtis ad Religionem ſuam diuerſimode inducantur, ipſique qua „publice qua priuatim inſtruantur, quaſi in cauſſis Religionem attingentibus „obedire ſuis ſuperioribus non obligentur, quum plane vt Catholici ſe non „immiſcent ordinationi Statuum Auguſtanae Confeſſioni addictorum in ſuis „prouinciis ac ditionibus, ſic nec hi illorum regimini aut ordinationi ſemet „ingerere deberent. Pacem enim Religionis inter Caeſarem, Electores, Prin„cipes et Status Imperii ſancitam eſſe, nequaquam inter SVBDITOS EORVM, „QVIBVS NVLLA RATIONE FAS SIT RELIGIONEM PRO SVO AR„BITRATV ELIGERE.„

ADAMI ADAMI Relat. Hiſtor. de Pacif. Osnabrugo-Monaſt. C. VIII. §. VIII. pag. 163. IOANN. GODOFRE. D. DE MEIERN Acta P. W. Tom. II. pag. 553. 554. 555. 556. 557.

§. XXV.

Quum vlteriora compoſitionis media offerrent Confeſſioniſtae, inque iis mentionem etiam iniicerent de Autonomia ſeu credendi libertate ſubditorum Catholici reſpondentes "ſic et *libertatem credendi*, inquiunt, iuri Catholicorum „Procerum ex pace Religionis aduerſari.„ Ita et in Legatorum Caeſareorum ad ſingulas quaeſtiones ſuper difficultatibus a Catholicis propoſitas reſponſionibus et quidem ad duodecimam: quae facienda ſit declaratio in puncto Autonomiae ſeu libertatis credendi ſubditorum, habetur: "Caeſarem ſuis ſubditis he„reditariis Autonomiam ſemper negaturum. Quid autem ex motiuis peculia„ribus indulgere forſan alii ſtatus velint, penes ipſos fore. Ceterum *credendi* „*libertatem* generaliter non concedendam, quandoquidem ea Paci Religionis ad„uerſetur.„ Qua itaque fronte GERSTLACHERVS adſerere audeat eſſe certum, quod iam diu ante Pacis Religioſae tempora Autonomia intuitu Proteſtantium indiſtincte a Catholicis ſit conceſſa, ego reuera non capio. Quum Caeſarei vna cum Catholicis illimitatam credendi libertatem Proteſtantibus adhuc in Tractatibus Pacis Weſtphalicae negauerint, qui certe non potuerunt neſcire, quid illis a Catholicis cum in aliis conuentionibus, tum maxime in Pace religioſa indultum, quidque negatum fuerit.

Cit. Relat. hiſtor. C. XIII. §. VII. pag. 240. Item C. XIII. §. XII. pag. 247.

§. XXVI.

§. XXVI.

Inter alia Instructionis sub 4to Idus Iulii 1646. Caesareis transmissae ca-
:, quid nempe Protestantibus concedendum, quidue negandum sit, etiam
:nitur: "*Non esse concedendam credendi libertatem subditis Catholicorum Sta-
tum*, praecipue hereditariis Caesaris.„ Ita et quum ad ea, quae nono Ka-
las 7bris 1646. proposuerant Protestantes, responsio desideraretur, in eius
m declarabant Catholici: "Quod omnium minimum in Reseruato ecclesia-
:o, desiderata *Autonomia*, cassatione rerum iudicatarum, &c. vltra quam
:erint declarationem condescendere velint, aut ob conscientiae dictamen
ssint.„

Cit. Relat. Histor. C. xiv. §. ix. pag. 282.

§. XXVII.

Quum Catholici de nimia Caesareanorum et praecipue Comitis Traut-
insdorffiani petitis Protestantium annuendi facilitate maximam partem citra
sensum vniuersorum Catholicorum quererentur "vtpote in quorum facul-
e non sit integros Episcopatus, Principatus, dominia, coenobia, et bona
clesiastica in Catholicae Religionis hostes transferre, *circa Religionem subdi-
'um disponere*, aliaque tractare et concludere, quorum in eos potestas ab
iuersis translata non sit *.„ Caesareani se excusantes inter alia *Autonomiae*
ationem faciebant, "quam a se non esse promissam, aiebant, nisi ubi eam
bditi iam antea obtinuerint per pacta aut conniuentiam superiorum **.„
in specie notes, in Bauaria subditos nec per conniuentiam Serenissimi Ele-
:is libertatem credendi tum temporis obtinuisse, et quum haec Caesareorum
cessio iuxta conceptum Trautmannsdorffianum exceptis vocibus *Conniuentia
riorum*, quibus substitutae sunt voces: *Sola obseruantia*, Instrumento Pacis
nserta: dubitare non licet subditos Bauariae non illam, quam Gerstla-
ervs praetendit, conscientiae libertatem secundum mentem pacis nactos
. Immo constat Legatum Electoralem Bauaricum ad Tractatus pacis con-
Autonomiam subditorum solemniter esse protestatum ***.

§. XXVIII.

Quarto Idus 7bris 1647. prolixam Catholici scripturam varia in Instru-
atis Pacis mutanda continentem Caesareis exhibebant Plenipotentiariis, quos
et

Cit. Relat. Hist. C. xxiv. §. xxi. §. 471.

* Item C. xxiv. §. xxiii. pag. 473.

** Meieri Acta P. W. Tom. iv. p. 909. n. 2.

et rogabant, vt secundum ea mutare Instrumentorum conceptus vellent, inter alia, "Ius Reformandi Catholicis omnino illaesum, emigrationem ne„sariam, *Autonomiam* plane explosam volunt; non enim adparere, se se„clarabant, qui absque laesione conscientiae, atque iniuria diuinae Maies„in perpetuam alienationem bonorum ecclesiasticorum, eorumque secula„tionem, in *Autonomiam*, in extinctionem praebendarum, in reciprocatio„reseruati ecclesiastici, in cassationem Iuris Dioecesani - - - consentire „sint *.„ Quid vero quoad libertatem credendi subditorum a summis I scentibus mutua conuentione sancitum sit, patet ex Instrumento Pacis V phalicae**.

§. XXIX.

Quum porro Caesareani iuxta instructionem suam varias in Instrum Pacis correcturas facerent, nec omnibus adquiescerent Catholici: horum numerosior inter cetera nominatim monebat: "RELIGIOSIS HON(„SALVO LIBERTATEM APOSTATANDI NON CONCEDI.„ (libertas etiam nullibi concessa legitur, ita, vt quoad Religiosos pristina et leges non possint non obseruari.

In laudata saepius ADAMI ADAMI Relatione Historica de Pacificat. (brugo-Monaster. semel et iterum a Protestantibus edita deficiunt quir ginta folia in folio praeter alia multa partim omnino eliminata, parti alium plane sensum distorta, aliis ac diuersis verbis enarrata, atque in A grapho leguntur. Suppleuit haec omnia laudabili studio R. P. ZIEGLBA O. S. B. editis Ratisbonae 1739. *Emblematibus Meieri*, quae vid. ex 2da de A. 1760, itidem Ratisbonae adornata pag. 50.

§. XXX.

Haec ex ADAMI ADAMI Relatione historica***, vt eo maior In

n

* Cit. Rel. Histor. C. xxv. §. x. pag. 491.

** Art v. §. xxxi. xxxii. xxxiii. xxxiv. xxxv. xxxvi. xxxvii.

*** De huius Auctoris eiusque libelli valore audiendus est I. G. MEIERVS in fatione editioni a se adornatae praemissa pag. 26 et 27. "Lectores, i „ille, ex hoc Auctore citra taedium et citra temporis iacturam rep „possunt atque addiscere, quidquid ad Instrumenti Pacis illustrationem „verum illius pertinet intellectum. Iam vero ad hoc oraculum confu„dum est, quoties de statu, de religione, de libertate agitur inter Germ„Illi autem interpretando aptissimus omnium quotquot hodie prostare „mus, hic Adami libellus est censendus, qui proinde in Praelectionibus „demicis ad Instrumentum Pacis instituendis fundamenti loco quam con

„

nto Pacis quoad quaestionem nostram lux adfundatur, decerpta narrata ex is *originalibus Pacis Westphalicae Actis* cum ista relatione adprime consentienas robur firmissimum accipiunt. Dum Acta illa ex Archiuo maxime authen- mecum gratiose communicata euolui: dicta hactenus ex illis clarissime euinet nil minus quam illimitatam illam, quam GERSTLACHERVS et cum Protestantes hodierni ex Instrumento Pacis eruere nituntur ad *Religiosos* et- extendendam credendi libertatem pactis conuentis consonare deprehendi.

§. XXXI.

Quum utraque Paciscentium pars finita demum super reseruato ecclesia- disceptatione exarandis tabularum Pacis formalibus occuparetur: Catho- s, ne abutendi ansa praeberetur, et nequid citra mutuam conuentionem i insereretur, in vocum expressione cautissime et prouidissime versatos esse cet ex vlteriori eorum Placido d. 13. Decembr. Anno 1647. Caesareis Pleni- tentiariis exhibito, in quo illi verbis his notatu et reflectione dignissimis se declarant: "So wird auch nicht undienlich seyn, wann bey dem §. *Si igitur* c. das Wort Religiosi, ausgelassen werde, zumalen sonsten die Religiosen durch iesen Friedensschluß der Abtrinnigkeit halber pro non infamibus declariret und halten werden sollen, darauf nichts anders erfolgen könnte, dann daß ihnen Thür nd Thor zum apostatiren geöffnet werden.„

Originalia Acta Pacis Westphalicae Tom. v. pag. 1798. sub Rubro: Der katholischen Churfürsten und Ständen Abgesandten weiteres Gutachten über das Instrumentum Pacis den kaiserlichen Gesandten am 13. Xbris. 1647. zu Osnabrugg extradiret. Horum Actorum Extractum siquis in forma probante desideret: praesto erit.

§. XXXII.

Quam Catholicorum Declarationem sequebatur die 21. Ianuarii Anno 648. Declaratio Protestantium, in qua hi desiderio Catholicorum satisfaciunt omissioni verb. ALII RELIGIOSI adstipulantur, in locum omissorum vero bstituentes: ALII CLERICI SEV ECCLESIASTICAE PERSONAE. No- ter quippe monent: "Vers. *Si igitur* &c. ponatur sic: Catholicus Archiepi- copus, Episcopus, Praelatus, item Augustanae Confessionis in Archiepisco- um, Episcopum, Praelatum electus vel postulatus in eod. vers. OMIT- TANTVR verba: ALII RELIGIOSI et SVBSTITVATVR: ALII CLE- RICI, SEV ECCLESIASTICAE PERSONAE.„

„dissime ponetur, siquidem ad legem illam publici iuris cardinalem ac prae- „cipuam auditorum mentes rite velint praeparari; tam adcurata in eo om- „nia, tam solida, tam vtilia, tam scitu necessaria„!

Originalia Acta Pacis Westphalicae Tom. v. pag. 1848. sub Rubro: Protestantium Declarationes in Puncto Amnestiae et Grauaminum extraditae Osnabrugis 21. Ianuarii 1648. Vid. MEIERI Acta P. W. Tom. IV. pag. 879. Tom. IV. pag. 901.

§. XXXIII.

Ast Catholici in Declarationibus vltimis iterata vice vrgent non tantum expunctionem verborum ALII RELIGIOSI, sed etiam aliam a Protestantibus propositam substitutionem penitus reiiciunt; ita enim illi: "§. 3tio Transeat „additio D. D. Statuum A. C. sed post verba: seu singulis seu vniuersis etc. „OMITTATVR: AVT ETIAM ALII RELIGIOSI etc. SINE ALIA SVB„STITVTIONE. „

Originalia Acta Pacis Westphalicae Tom. v. pag. 1983. sub Rubro: Catholicorum Declarationes vltimae ad Declarationes Augustanae Confessioni addictorum Statuum in punctis Amnestiae et Grauaminum a maioribus Catholicorum votis approbatae circa Articulum quintum de Compositione Grauaminum. Vid. MEIERI Acta P. W. Tom. IV. pag. 927.

§. XXXIV.

Quum vero summi Paciscentes vti in hoc ita adhuc in aliis multis punctis maxime a se inuicem dissiderent, nihil reliqui erat, quam vt, ni Tractatus pacis dissolutos videre vellent, magis magisque conciliarentur, sibique propius accederent. Quem in finem arctior tractandi modus a quibusdam propositus non adeo omnibus displicuit. Eligebantur Deputati extraordinarii, qui nomine communi tractarent. Et "quia Protestantes, vt refert ADAMVS „ADAMI, maiorem semper ex Caesareanorum cum Suecis, quam ex Catholi„corum secum institutis colloquiis et concertationibus fructum collegerunt, re„iectis his posterioribus priores vrgent: verum alio plane modo. Nam insti„tutis per alternationem nunc in Caesareanorum, nunc in Suecorum domiciliis, „congressibus adesse in vicino conclaui vtriusque Religionis Statuum Legatos „placuit, atque ad hos deferri, si qua in re Caesareani a Suecis, aut hi ab illis „dissentirent, ex tempore et sine scripturariis commutationibus expediendum, „et quod expeditum esset, adprobandum. „

Emblemata MEIERI pag. 65.

§. XXXV.

Et ita demum in vlterioribus super Articulis Amnestiae et Grauaminum Tractatibus eo res rediit, vt suam quaeque pars *temperaret* declarationem *. Vnde

* VOLLMARVS Plenipotentiarius Caesareus cum duobus Legatis Brunswicensibus LAN-

le est quod Catholici Protestantibus expunctioni voc. *Religiosi* adstipulanti-, ast in eius locum substitutionem aliam petentibus amore pacis consenti-t, nihilominus tamen maxima cum circumspectione in locum voc. *Religiosi* ais mutandi religionem, et monasteria vna cum votis deserendi libertas a holicis esset concessa, voc. *Ecclesiastici* Instrumento Pacis inseri paterentur. hoc pacto adhibitis etiam quoad reliqua, vbi diffiderent, puncta tempera-itis Articulus de compositione Grauaminum Religionis die $\frac{14}{24}$ Martii Ao. 8. a summis Paciscentibus subscriptus in Instrumentum Pacis migrauit *.

§. XXXVI.

Quibus praemissis oritur praejudicialis illa quaestio: Vtrum Catholici, *expunctionem* voc. *Religiosi* tantopere vrgebant, suam tamen declarationem tea amore pacis eatenus temperabant, vt *substitui* vocem *Ecclesiastici* permit-ent, vtrum, inquam, Catholici ***eumdem***, an ***diuersum*** hisce duobus vocabu-ignificatum tribuerint?

§. XXXVII.

Si Catholici eumdem tribuissent vtrique vocabulo significatum: perinde set, hoc vel illud Instrumento Pacis inseri. Frustra itaque illi *expunctioni* is *Religiosi* tam acriter institissent; frustra etiam vel ipsi Protestantes peti-Catholicorum de eliminanda illa voce consensissent; et nullo postea ex vtra-parte adhibito *temperamento* opus fuisset; quod autem cum mente, cum-repetitis Paciscentium declarationibus apertissime pugnat. Sin vero Ca-lici diuersum vtrique vocabulo adscripserint significatum: eo ipso vox sub-ta de Religiosis non intelligi, multo minus ad illos, vt Protestantes hodier-olunt, extendi potest.

Quo mens et intentio Paciscentium eo clarius intelligi possit, breuem actorum respectiue omissorum et substitutionem vocabulorum *Religiosi* et *Ecclesiastici* concernentium synopsin formaui, et calci huius scripti adieci sub L. A., quae conferri potest.

§. XXXVIII.

De diuersa quoad passum nostrum vtriusque vocabuli significatione eo is conuincimur, si perpendamus voces *Religiosi* et *Ecclesiastici* hic a Paci-

 scenti-

LANGENBECKIO et LAMPADIO consultationem initurus se iis *Temperamenta* Maiestatis Caesareae in punctis Amnestiae et Grauaminum propositurum aie-bat. Et in hac consultatione per modum *Temperamenti* statutum est, vt in locum voc. *Religiosi* surrogarentur voces: *Alii Clerici seu ecclesiasticae Personae*. MEIERI *Act. P. W. Tom. IV. p.* 901. *seq.*

Art. v. §. xv.

ſcentibus rerum gerendarum et literarum callentiſſimis vel minimas voculas Inſtrumento Pacis inſerendas tanta ingenii perſpicacitate tantaque ſedulitate ponderantibus ſibi opponi atque contradiſtingui. Sic et contextus §. XV. Art. V. I. P. W. euidenter docet ſermonem ibi eſſe tantum de Eccleſiaſticis fructuum redituumque capacibus, quod de Religioſis intelligi nulla ratione poteſt.

§. XXXIX.

Ex his porro, quae inter ſummos Paciſcentes Oſnabrugenſes circa Religioſos acta fuiſſe, archiua et documenta indubitatae fidei loquuntur, illud magis adhuc roboratur, quod ſupra iam diximus, nempe in ipſa etiam Pace religioſa ab autonomia, ſeu plena tranſeundi, ſaluo honore, ad religionem aliam libertate Religioſos fuiſſe excluſos. Certe vtraque pars Compaciſcentium tempore P. W. ita ſenſiſſe videtur. Quodſi enim Religioſos in praedicta Pace comprehenſos citra dubium indicaſſent; profecto nec Proteſtantibus ratio fuiſſet, illos denuo in Inſtrumento P. W. expreſſe commemorandi: nec Catholicis fundamentum tam firmum tantopere, quo minus id fieret, obſiſtendi ac reluctandi. At quoniam nihil noui de hiſce perſonis Auguſtae deciſum fuiſſe communi ſententia credebatur, hinc Catholici Religioſis libertatem conſcientiae ſemper ac pro ſemper denegarunt, iuris antiqui diſpoſitionibus inhaerendum rati; cuius equidem relaxationem Oſnabrugae tandem faciendam ſaepius vrgebant Proteſtantes; ob conſtantem tamen partis aduerſae contradictionem nunquam obtinuerunt.

§. XL.

Citata itaque I) ADAMI ADAMI Relatio, ex qua tanta vel fatentibus ipſis Proteſtantibus Paci Weſtphalicae lux adfunditur, Catholicorum declarationem expreſſam continens: "*Ne Religioſis honore ſaluo libertas apoſtatandi concederetur*"; II) Notatu digniſſima Anonymi Ponderatio Inſtrumenti Pacis concedendam Religioſis apoſtatandi licentiam carpens; III) Adlatae ex *originalibus* Actis Pacis Weſtphalicae propter expunctionem vocum *alii Religioſi*, Catholicorum rationes, *ne Religioſis infamiae nota* ex ſacramenti violatione ſine dubio orta *remitteretur*; *ne apertis quaſi*, vt aiunt, *foribus Religioſi ad apoſtatandum inuitarentur*; IV) Repetitae non ſine maxima ratione Catholicorum de expungendis vocibus *alii Religioſi* declarationes; V) Negata adeo alterius ſubſtitutionis formula; VI) Conceſſa demum et acceptata a literarum callentiſſimis Plenipotentiariis et Legatis per modum *Temperamenti* vt vtrique ſatisfieret parti, ſubſtitutio voc. *Eccleſiaſtici* omnes quotquot ſunt veritatis amantes non poſſunt non euidentiſſime conuincere vocem *Eccleſiaſtici* de Religioſis non eſſe intelligendam, adeoque his mutandae Religionis licentiam Pace Weſtphalica non eſſe conceſſam.

§. XLI.

§. XLI.

Vnde porro colligas, quum in toto Instrumento Pacis ne verbulum quin de libertate mutandae Religionis ipsis adeo Religiosis permissa adhuc reire detur, illud contra expressam huius legis pragmaticae sanctionem, euitemque illius mentem ad Religiosos extendi nullo modo posse. Ex quo damento etiam adparet decantatam illam a Protestantibus obiici solitam usulam Art. XVII. §. III. I. P. W. Catholicos non ferire, siquidem inuicte nonstratum sit, in *hac* Transactione, inque Pace *hoc modo* conclusa intuitu igiosorum nihil a Catholicis esse concessum.

Quare etiam Catholici Paciscentes quasi praeuidentes sibi posterisue suis a mentem huius clausulae dubium obmotum iri, assecurationis clausulas aliis Pacificationibus obseruari solitas etiam hic obseruari, proinde *eliminari, e de Iure Canonico, Ordinum regulis* etc. posita erant, cupiebant, et ne claue vltra expressos huius pacis articulos operarentur testantibus Actis Pacis stphalicae *originalibus* desiderabant, vt loco verborum: *contra hanc Transonem* ponerentur verba: *contra Pacem Westphalicam* etc. *nunquam allegentur.*

Emblem. Mayer. pag. 52. edit. an. 1760. Vid. Laudat. KONENBERG. Meditat. C. VIII.

Responsio ad secundam Quaestionem:

rum Transitus ad Religionem protestanticam eumdem sortiri debeat, effectum, quem habet summi Pontificis Dispensatio?

§. XLII.

Quod iam ad alteram adtinet Quaestionem Catholici itidem respondent gatiue sequenti argumento et quidem irrefragabili nixi: quum ex Pacificatious Religionis caussa initis, ex genuino earum iuxta mentem summorum Pacentium sensu testibus Actis et historia euidentissime demonstratum sit, non m quae ceteris per Leges determinatis personis competit, ad sacra protentica transeundi licentiam ad *Religiosos* extendi posse: oppido sequitur nec susceptae de facto a Religioso Religionis mutationi saluis Legibus adscribi sse effectus, qui omni iure agnitae summi Pontificis dispensationi tribuun:. Et quamuis superuacaneum sit ad mera Gerstlacheri supposita in sua l. confirmatione, aliisque eius scriptis obuia ab aliis iam expugnata vlterius pondere: attamen quaedam circa propositam alteram quaestionem monere n inutile duxi.

§. XLIII.

§. XLIII.

Quidquid Catholici in Pacificationibus Religionis caussa initis EXPRESSE non concesserunt, id omne Protestantibus negatum esse censendum e Iam vero praeter indultam nominatis in Legibus personis Autonomiam, qu nil aliud est, quam facultas credendi ea quae Religio in Imperio tolerata cr denda praescribit, neutiquam vero aut in Pacificationibus Religionis, aut Ca saris et Statuum Catholicorum declarationibus tanquam nouus iura *legitii* amissa recuperandi modus est agnita, Protestantibus quidquam legaliter ef tributum haud constat, adeoque nec iidem Autonomiae atque Dispensatio Pontificis adscribi possunt effectus, sed salua manet firmoque stat talo iur communis regula: non dari amplius ad iura renunciata regressum *. Quam i rem optime differit Celeb. Schrodtius **, "illegaliter quidem agere ICtos, qu „aurae velificantes circa interpretationem P. W. tantum attendunt, quid vi „vel alteri Religioni sit proficuum, attamen saluam manere regulam: *Disp* „*sitionem Pacis Westphalicae vltra verba et Tractatus non esse extendendam.* Pr „uti constat, pergit Vir Clariss. ex sequenti exemplo: Quemadmodum vigore I „W. mutatio Religionis (saluo Reseruato ecclesiastico) non est modus amitte „di ius quaesitum, ita nullo loco est definitum mutationem Religionis esse n „tionem recuperandi ius amissum, siue legitime abdicatum; vnde probatur „quod Religiosus Religionem suam deserens, et ad castra Protestantium tran „iens, non recuperet feudum, cui antea in professione religiosa solemnite „libere, et legitime renunciauit."

§. XLIV.

Quod autem Transitus ad Religionem protestanticam nulla ratione cu Dispensatione summi Pontificis comparari valeat, inde patet *a*), quia omnis D spensatio a votis nonnisi a Potestate ecclesiastica, vtpote quoad sacra vni fundata *b*) ex grauissima caussa *c*) caussa cognita *d*) auditis denique iis, quoru interest, indulgetur. Quae omnia exsulant in suscepta pro lubitu a Monac religionis mutatione. Enimuero praetensa per transitum ad Religi nem protestanticam voti dissolutio, vti nullibi facta adparet, i si reuera facta esset, subsistere non posset, vtpote a potestate i competente nempe seculari profecta ***. Caussa etiam mutandae re gion

* L. 17. §. 1. ff. de adquirend. her. L. 4. C. de Pactis.

** Dissertatio Iuris publici Inauguralis polemica ad illustrandum Articulum vt I. P. W. Pragae 1762. pag. 11. et 12.

*** Legatis Protestanticis, qui Monasterii Westphalorum commorabantur, Re Christianissimi Plenipotentiarios enixe rogantibus, vt intuitu Reseruati I clei

nis adlegari nequit, quum vel fatentibus ipsis Protestantibus eiusmodi Re- osus in Religione Catholica aeque salutem suam operari potuisset atque in otestantica *. Denique deficiunt reliqua dispensationis requisita in eo, qui ru et actu proprio monasterium vna cum religione deserit.

§. XLV.

Ex dictis (§. praec.) iam satis superque colligere licet eumdem mutationi ligionis atque dispensationi Pontificis effectum adscribi non posse. At quod caput est, *expressae* leges, quae in Catholicorum Principum ditionibus diu e orta Religionis protestanticae principia in vigore et vsu haud contradicto re, dispensationi Pontificis eos attribuunt effectus, vt dispensatus imposte- n bonorum sibi adquirendorum capax fiat; libertati autem conscientiae sic tae, certis tantummodo determinatisque per leges personis concessae, prae- quam Protestantibus sub hac limitatione quidquam esse concessum, nec pro- tum est, nec probari vnquam potest, nullo in loco Pacificationum religiosa- m talis modi effectus adsignati reperiuntur, adeoque Catholici conpaciscen- i illos nec concesserunt, nec vnquam concessuri, aut sibi a Protestantibus tra verba et mentem legum obtrudi sunt passuri.

§. XLVI.

clesiastici et perpetuae bonorum ecclesiasticorum cessionis Catholicos ad benigniora compositionis media flecterent, Dux LONGEVILLEVS reposuit, se iis, si alias sibi posterisque suis bene consultum vellent, haud suadere, vt perpetuam intuitu illorum obiectorum Transactionem a Catholicis extorquerent, siquidem *sine expresso Pontificis consensu* Principibus Catholicis non competeret de bonis ecclesiasticis eatenus transigendi potestas, vt illa seculo addicerentur; nemoque dare posset, quod non haberet. Quid quaeso dicturus fuisset praedictus Regis Christianissimi Plenipotentiarius intuitu *votorum*, si se auctore contra Religionis catholicae dogmata Protestantes quidquam a Catholicis petere ausi fuissent? MEIERI Act. P. W. Tom. II. pag. 636. seq.

* Tres Theologicae Facultates Protestanticae occasione Transitus ELISABETHAE Romanorum Imperatricis gloriosissimae memoriae ad Religionem Catholicam vno velut ore respondebant: *Religionem Romano-Catholicam infallibilem ad aeternam felicitatem viam monstrare et aperire.* Ad quae Responsa longe famosissima, quum BENEDICTVS SCHMIDT ICtus quondam Bambergensis nunc Professor Ingolstadiensis Cel. in suo Responso *de Apostata ius in hereditate aut feudo succedendi, non amplius recuperante* et quidem in Discursu praeliminari §. III. prouocaret, seque iis vehementissime premi sentiret GERSTLACHERVS, nihil respondit noster, nec vnquam respondere poterit, sed Responsionis loco Ecclesiam Catholicam impiis omnique iure prohibitis iniuriis et conuiciis lacessere non erubuit. Vid. eiusd. Unumstößlicher Beweis §. XXI.

§. XLVI.

Quis porro sanus sibi persuadebit, Catholicos Imperii Ordines, qui saluti Ecclesiae suae tam laudabili studio nullo non tempore inuigilabant, suae Religionis membrorum adeo fuisse oblitos, vt etiam bona et iura iis suffragantibus legibus quaesita per solum ex insufficiente ratione (§. XLIV.) susceptum transitum ad aliam religionem amitti, et deficientibus a fide et ordine Religiosis iura *legitime* renunciata in praemium quasi rei bene gestae restitui concessissent? Quam parum hoc menti summorum Paciscentium conueniat, patet ex dispositione Reseruati Ecclesiastici, vi cuius bona Religioni Catholicae propria, vt ipsi agnoscunt Protestantes, Episcopus vel Praelatus religionem mutans ipso iure amittit. Ast iura Communitatibus ecclesiasticis catholicis legitime quaesita non minus Religionis catholicae interest sarta tectaque seruari; inde neque quoad haec Religiosum ad protestantica sacra de facto, non vero de iure, vt ostensum est, transeuntem quidquam lucrari prono alueo fluit.

§. XLVII.

Nec si ad sequelas suscepti pro lubitu transitus ad religionem protestanticam animum aduerteris, vllo modo cum dispensatione summi Pontificis comparatio subsistere potest. Enimuero ex suscepta, sine ratione sufficiente, Religionis mutatione maxima et dominii et possessionis incertitudo nascitur, a qua profecto ex facta omni adhibita cautione, exacta caussae cognitione, maturaque rei ponderatione decerni solita dispensatione non est, quod nobis timeamus Quae summa dominiorum et possessionis incertitudo tam ciuicae conditionis hominibus, quam illustribus vt ex casu supra (§. III.) enarrato Illustrissimos Comites de Truchsess concernente elucet, nullo non tempore erit pertimescenda. Euenire quippe potest, et iam saepius euenit, vt primogenitus, aut is quem ordo successionis tetigisset, monasterium ingrediatur, votaque solemnia nuncupet, quo facto, secundo aut tertio genitus vi legum indubius heres connubium iniit numerosa sobole ditatum. Iam si primogenitus Religioni vna cum monasterio nuncium mittens, se vi Religionis nouiter adoptatae votis non amplius obstringi adserat, consequenter successionem in bona ab vltragenito eiusue descendentibus certo sperata et sin forte pater in viuis adhuc sit et possessione cesserit, possessa praetendat, hi secundum principia protestantica oppido erunt excludendi, alter vt in possessionem mitti possit. Quod quam iniquum sit quamque a mente legum alienum, nemini non in oculos incurrit.

§. XLVIII.

Has sequelas ipse GERSTLACHERVS diffiteri nequit, dum replicat (§. LXV. suae f. d. Confirm.): "Omnes praetensas in familiis orituras confu-

„siones

„ſiones eum tantummodo caſum concernere, ſi adgnati, non vero ſi Monaſte„ria Religioſo ſuccederent„. Quaſi vero in eadem cauſſa non eodem vti deberent iure et adgnati et monaſteria. Promtus autem ſalubrem vulneri medicinam parat dicendo: "Vnicum adgnatos aut monaſteria adficiens malum in eo „conſiſtere, quod *vana* et futurae quidem hereditatis ſpe fuerint lactati; aſt „noui hoc nihil eſſe, et ſuam cuique ſuadere prudentiam, futurus non eſſe glo„riandum hereditatibus„. Quis crederet a Viro iuris adeo perito *vanam* dici et inanem ſpem illam, quam adgnati proximiores monaſteriaue ex prouiſione Legis habent? Sic et *vana* erit ſpes domini directi, ſi vltimus forte feudi poſſeſſor Religioni ſe mancipat et vota ſolemnia nuncupando omnibus temporalibus adeoque et feudo renunciat; *vana* etiam erit liberorum ſpes, quam habent, legibus ita ſancientibus, relinquendae ſibi a parentibus legitimae.

§. XLIX.

Vi profeſſionis ſolemnis ſpes ſuccedendi a religioſo in monaſterium transfertur. Exſiſtente itaque caſu deferendae hereditatis, illa delatio non amplius fieri poteſt ipſi profeſſo, ſed vi Iuris quaeſiti nulla Imperii lege *expreſſe* ademti monaſterio bonorum capaci aut proximis adgnatis. Quam ob rem ſine ſufficiente fundamento in caſu praetenſae hereditatis a GERSTLACHERO vrgetur, quod hereditas patri ſuo diu poſt mutatam religionem demum fuerit delata; falſiſſimum enim eſt eius patri tanquam ciuiliter mortuo hereditatem deferri potuiſſe. Eandem in ſententiam, notante Celeber. I. H. BOEHMERO, iuit Facultas Iuridica Halenſis, quum ad quaeſtionem, vtrum Abbatiſſae delatam ſibi hereditatem in fauorem conſanguineorum repudiare integrum ſit, reſponderit negatiue, addita ratione decidendi, quod *hereditas non tam ipſi, quam monaſterio deferatur.*

FLEVRY *Inſtit. I. E. P. I. C. XXIV. §. III. N. q.*

§. L.

Omnes, quos GERSTLACHERVS (a §. VIII. vſque ad XVI ſuae ſ. d. Confirm.) in legibus Imperii, declarationibus Caeſaris et Catholicorum inuenire potuit, paſſus, non loquuntur niſi de permiſſa credendi facultate, quae Religio in Imperio tolerata credenda docet. Et hanc nec hodie Catholici quoad determinatas in legibus perſonas in dubium vocauerint. Aſt quoad Religioſos, vt demonſtratum eſt, ſcriptum nihil reperire datur. Si itaque gratis largiri vellemus, Religioſis virtute legum Autonomiam competere, inde ſequeretur, Religioſum, qui, vt cum FLEVRYO* loquar, profeſſionis actu bona

Hh 2 omnia,

* *Inſtit. I. E. P. I. C. XXIV. §. V.*

omnia, omnemque ſpem adquirendi bona abdicauit, non impediri debere, quo minus ad Religionem proteſtanticam tranſeat; ſed quum virtute renunciationis legitime, abſolute, ſine omni conditione iuratoque factae *, qua Catholicus omni re et ſpe deſtitutus eſt, ita et iam ſine re et ſpe ad Proteſtantes non poteſt non tranſire.

§. LI.

Renunciationem Religioſi, qua iure meritoque nitimur, valide et legitime iniri *a*) omnes agnoſcunt et tenent Catholici. *b*) Omnes contractus ſecundum iura loci, vbi ineuntur, ſunt aeſtumandi *l. 6. ff. de Euict.* Quodſi non fieret; nullus in republica contractus, nullum pactum ſubſiſteret, ſed nemo non obligatione ſe ſua pro lubitu liberaturus ex loco contractus in alium, vbi diuerſo vtuntur iure, ſecederet, et ſi a conpaciſcente implementum contractus vrgeretur, exciperet, ſe legibus prioribus non teneri. Inde infero, quod nata ex profeſſione ſolemni obligatio Religioſum, quocunque ſe conferat, comitetur. Nec minus recte ſe habet, quam Auctor Anonymus ſupra §. IV. laudatus a renunciatione feminae nobilis deſumſit, paritas adeo, vt, ſicut haec renunciatio legitime facta per tranſitum ad aliam religionem non exſpirat: ita nec renunciatio Religioſi per tranſitum ad religionem proteſtanticam tolli poſſit.

Conf. *Laudati ſaepius* KONENBERGII *Meditationes.*

§. LII.

Quam ob rem non intuitu Religionis, ſed intuitu et virtute renunciationis Religioſus, ſi ad Proteſtantes vi legum tranſire poſſet, excluderetur. Et fruſtra GERSTLACHERVS (§. XLVI. ſuae ſ. d. Confirm.) obmouet: "intuitu „religionis omnino fieri, ſi qui ad Catholicos tranſeunt, iis hereditas extradatur, ſed Catholicis ad Proteſtantes transeuntibus illa denegetur." Quod autem fieri a GERSTLACHERO probandum eſt, inprimis quidem Catholicos votis non obſtrictos et vi Pacis Weſtphalicae mutandae Religionis arbitrio gaudentes et ad Proteſtantes transgreſſos hereditatibus priuari. Certe ſi GERSTLACHERI pater ante ingreſſum in Religionem et ante nuncupata vota, quibus adnexam eſſe renunciationem omnium temporalium ſciuit, ad Proteſtantes tranſiiſſet; non tanta forte ratione hereditatis paternae extradendae difficultas ſuborta fuiſſet.

§. LIII.

* Vid. Clariſſ. KONENBERGII Reſponſio ad Confirmationem Diſquiſitionis iuridicae §. LII. N. 7., vbi formalia renouationis votorum a GERSTLACHERI patre A. 1722. ſuſceptae leguntur ſequentis tenoris: "Anno 1722. renouaui „vota mea coram Capitulo abſolute et *ſine omni conditione*, idque teſtor manu propria, et *iureiurando* confirmo."

§. LIII.

Quo autem iure GERSTLACHERVS in omnibus ferme suae s. d. Conationis paginis nonnisi suae Religionis dogmata, effectus, et sequelas obii- Catholicis non dubitat *: ita etiam mihi licebit ei sequens obiicere ratioım **: ipsi Protestantes vi Pacificationum religiosarum Religionem Catho- n plura per secula, ante natam Religionem protestanticam, optimo iure latam, consequenter etiam partem illius Religionis nempe votorum validim non potuerunt non probare ***; sed verba Sleidani: *in his* nempe Missa otis *nil remittebant Pontificii* **** non tantum ad Annum 1530 *****, sunt :ingenda, (vt gratis dicit GERSTLACHERVS, quin sibi contradicendo fatetur pag. 31 suae s. d. Conf. in Comitiis Ratisbonensibus adhucdum supuncto votorum transigi nihil potuisse) siquidem nulla Catholicos inter et testantes mutuo consensu inita conuentio ostendi potest, qua Catholicos ad vota, eorumque valorem quidquam remisisse constet. Falso itaque ad- :ur nouum vota legitime soluendi modum per pacificationes religiosas a Caicis Protestantibus esse concessum: verba enim pacificationum vltra intenem et expressam concessionem Paciscentium non operantur, idque eo mi- , quum Pacificationes istae tanquam exceptiones a regula intuitu Catholico- i considerandae veniunt, quae strictae sunt interpretationis, et in casibus exceptis magis firmant regulam ******.

L. c. §. LIV. Und da drittens rc.

* *Quod enim quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur* necesse est L. 1. §. 1. et L. vlt. ff. Quod quisque iuris. *In reliquis omnibus autem inter vtriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes et singulos sit aequalitas exacta mutuaque.* I. P. W. Art. v. §. 1.

** Transact. Passauiensis. §. IX. Pax Religiosa §. Dargegen sollen rc.

*** De Statu Religionis L. VII. pag. 74. etc. fol. Argentorati 1559.

**** Quoad Recessum Imperii Augustanum de Anno 1530. notes velim, secundum Maiora illum esse conditum, quibus etiam A. C. Status tum temporis absque dubio obligabantur, quum caussae Religionis in Instrumento Pacis Westphalicae demum a pluralitate votorum fuerint exceptae; et licet hic Recessus a GERSTLACHERO Ao. 1544. sublatus esse dicatur: hoc tamen nostrae caussae decidendae non conducit, quum hoc Recessu reuocato pristinae leges iura et obligationes religiosorum determinantes suo in vigore persistere non desinunt, quibus, donec mutua conuentione circa illas quidquam immutetur, strictissime est inhaerendum.

***** Haec adserta probat 1: Resolutio FERDINANDI I. in Comitiis Augustanis data et praelecta 30. et 31. Augusti 1555.: "Sua Regia Maiestas aequum, vniuer- „soque Pacificationis negotio vtile et necessarium esse iudicat hanc Consti- „tutio-

§. LIV.

Mirandum itaque eſt, quod Proteſtantes ſuae Religionis. eiusque dogmatum effectus et conſequutiones Catholicis quidem obiicere, ſed his idem ius denegare audeant. Quo pacto mutua illa exactaque vtriusque Religionis aequalitas ſancte ſeruanda perſiſtet? In obuio GERSTLACHERI caſu vtriusque Religionis in Imperio exercitae dogmatum conflictus oritur, ita quidem, vt Catholici votorum valorem, effectusque ciuiles ſuae doctrinae conformes ſibi vindicent, Proteſtantes contra ea ſecus ſentiant, et effectus ciuiles ſuae doctrinae Catholicis obtrudere velint. In hac colliſione quis cedet? An Catholici antiquiſſima iurium et doctrinae ſuae poſſeſſione fundati? An Proteſtantes nouiter in conſortium admiſſi, quorum inſuper praetenſae Autonomiae tam inſignes nullibi indulti leguntur effectus? Nonne ipſimet Proteſtantes, ſi in Regione quadam vnius et ſolius Religionis proteſtanticae exercitium hactenus viguiſſet, Princeps autem diuerſae a Territoriali Religioni addictos reciperet; nouam hanc conceſſionem ſtricte interpretarentur, et quod non expreſſe indultum, nouis hoſpitibus negarent?

§. LV.


Quum iam ex documentis euidentiſſimis ac probatiſſimis euictum ſit, nec in Tranſactione Paſſauienſi, nec in Pace Religioſa, nec denique in Pace Weſtphalica *Religioſis* a Religione et votis deficiendi libertatem eſſe conceſſam, ideoque nec eosdem factae ab iis mutationi Religionis tribuendos eſſe effectus atque ſummi Pontificis Diſpenſationi: ſperare licebit fore, vt non tantum ipſe GERSTLACHERVS ab vlteriore cauſſae patris ſui defenſione, cuius irrito prorſus conatu patronum aget, tandem aliquando deſiſtat, ſed et reliqui Proteſtantes querelas ſine fundamento mouenti benignas praebere aures, aut G RSTLACHERI patris cum ſumma eius ſuperiorum, quid quod ipſius Domini Territorialis iniuria patrocinium ſuſcipere deſinant memores ſtabilitae in Pace Religioſa, et in Pace Weſtphalica Art. V. §. 30. repetitae et confirmatae ſanctionis, qua cautum eſt: "Quod nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere, eaue

„tutionem (pac. Religioſ.) -- illuſtrari et declarari, eique, *quod non expreſſe conceſſum eſt, per verba et opiniones diſceptationi obnoxias minime inſeri,* „vt plura diſſidia motusque praeſcindantur et euitentur.„

11) Confirmantur dicta per leges etiam ciuiles: Sic THEODOSIVS et VALENTINIANVS Impp. "*Quidquid*, aiunt, *hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant.*„ L. 32. §. fin. C. de Adpellat. L. 14. 15. 27. 32. ff. de LL. L. 122. ff. de R. I. L. 3. C. de LL. Et ita ſentiunt Gloſſae, ICti, et Doctores tam iuris ciuilis quam canonici.

„eaue caussa in defensionem aut protectionem suscipere, illisue vlla ratione „patrocinari debeat„.

S. D. H. E. G.



SYNOPSIS

Actorum respectiue omissionem et substitutionem vocabulorum Religiosi et Ecclesiastici concernentium.

Lit. A.

§. I.

Orta est haec quaestio occasione Reseruati Ecclesiastici a Protestantibus in Tractatibus Pacis Westphalicae tanto animorum aestu impugnati. In suo illi placito, quid ad vtriusque Coronae Gallicae nimirum et Suecicae propositiones et Caesareas ad illas Resolutiones monendum esset, ad Art. VII. Proposit. Suecic. et Resolut. Caesar. inuehunt in Catholicos, verbis: "Geben „die Römischen Katholischen vor, wenn ein Erzbischof, Prälat, oder einer von den „Capitularen und Canonicis etc. zur Augsburgischen Confeßion trete, mache er sich „hierdurch seines Erz= und Bißthums, Prälatur, und aller seiner Beneficien ver„lustig„ *a*).

a) Meieri Act. Pac. W. Tom. I. pag. 814. Adami Adami Rel. histor. C. VIII. §. V. pag. 137.

§. II.

Quum iam Protestantes et Catholici in subsequentibus congressibus, propositisque hinc inde compositionis mediis, vbi fere semper nonnisi priora repetuntur, conuenire non possint: Plenipotentiarii Caesarei Catholicorum, et Suecici Protestantium nomine tractare incipiunt *b*).

b) Cit. Act. P. W. Tom. II. p. 522. 567. & 611. Tom. III. pag. 194. 332. 418. 423.

§. III.

Paulo post Salvius Proiectum Instrumenti in puncto Grauaminum idiomate latino exaratum exhibet, quod intuitu Reseruati Ecclesiastici ita sonat:

nat: "Siquis interea temporis - - siue Euangelicus siue Catholicus Prim
„Archi-Episcopus, Episcopus, Praesul etc. vel solus vel vna cum Capit
„vel etiam Canonicus aut Capitularis mutauit Religionem, excidat quidem
„tim suo iure, pensionibus et fructibus, honore tamen famaque illibati
etc. c)

c) Act. P. W. Tom. III. pag. 425. seq.

§. IV.

Praedictum Proiectum sequitur declaratio Protestantium vltima die Febr. A. 1647. Legatis Suecicis exhibita sequentis tenoris: "Siquis igitur „Euangelicus seu Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Praelatus etc., „lus vel vna cum Capitularibus seu singulis seu vniuersis aut etiam ALII R „LIGIOSI Religionem mutarint, d). Quam Declarationem excipit declara Caesareorum Legatis Suecicis exhibita die 5 Mart. styl. vet. A. 1647., in q in substantia eadem et inter alia voc. ALII RELIGIOSI continentur e).

d) Act. P. W. Tom. IV. pag. 90.

e) Cit. Act. P. W. Tom. IV. pag. 119.

§. V.

In secundo Caesareanorum Proiecto in puncto Grauaminum 4to Ap 1647 Protestantibus exhibito hic passus vt antea erat, mansit f). Hoc Pro ctum porro insequitur Caesareanorum Instrumentum Pacis Legatis Suecicis fine Maii eodem Anno exhibitum, 30 eiusdem collatum, et 3tio Iunii publ dictatum, vbi passus concernens idem denuo adparet g).

f) Act. P. W. Tom. IV. pag. 181.

g) Cit. Acta Tom. IV. pag. 566.

§. VI.

Ast dum eodem tempore in Congressu Osnabrugensi distribuitur *Ann Ponderatio Instrumenti Pacis a DD. Plenipotentiariis Caesareis Statibus S. R. I. n se Iunio exhibiti*, in qua Anonymus iste singulos Pacis Articulos percurre examinat, et inter alia ad passum nostrum notat: "Aduerte hic etiam expr „RELIGIOSIS (quorum in Pace Religionis antiqua nulla mentio est) Reli „nem mutandi, id est, Apostasiae liberam potestatem fieri, idque honor „fama illibatis, quae magna est seductionis illecebra et in perditionem ani „rum vergit manifeste„ h). In Declarationibus suis vltimis super proiecto strumenti Pacis Catholici, suspicor, Anonymi praefati monito excitati des

at expunctionem voc. ALII RELIGIOSI. "Verf. fi igitur etc. ponatur fic: i igitur Catholicus Archiepifcopus, Epifcopus, Praelatus, item Auguftanae Confeffionis in Archiepifcopum, Epifcopum, Praelatum Electus vel Poftulatus folus aut vna cum etc, et ibi OMITTANTVR verba: AVT ETIAM ALII RELIGIOSI „ *i*).

k) Cit. A. P. W. Tom. IV. pag. 599.

i) A. P. W. Tom. IV. pag. 824. Conf. Originalium A. P. W. fupra cit. Extractum et Emblemata MEIERI pag. 50.

§. VII.

Proteftantes fuis in Declarationibus vltimis circa Prooemium Inftrumenti acis vt etiam Amneftiae et Grauaminum puncta confentiunt petito Catholicoum et monent: "Verfic. fi igitur etc. ponatur fic: fi igitur Catholicus Archiepifcopus, Epifcopus, Praelatus, item Auguftanae Confeffionis in Archiepifcopum, Epifcopum, Praelatum Electus vel Poftulatus etc. „ In eodem Vers. OMITTANTVR verba: ALII RELIGIOSI et fubftituantur: ALII CLERICI SEV ECCLESIASTICAE PERSONAE. *k*) Ita et in Deliberatione, uam VOLLMARVS init cum Legatis Brunswicenfibus LANGENBECKIO t LAMPADIO in Puncto Amneftiae et Grauaminum, conuenitur: "Vt loco verbi: RELIGIOSI ponatur: ALII CLERICI SEV ECCLESIASTICAE PERSONAE „ *l*).

k) Cit. Act. P. W. Tom. IV. pag. 879.

l) Ead. Act. Tom. IV. pag. 901. n. 4. Conf. Extractum §. praec. cit.

§. VIII.

Quum, vt iam dictum eft, Proteftantes fuas Declarationes vltimas exbuiffent: Catholici idem praeftant die 24 Ianuarii A. 1648. circa Art. V. III. notantes: "Tranfeat additio Dominorum Statuum A. C. fed poft verba: eu fingulis feu vniuerfis, omittatur: AVT ETIAM ALII RELIGIOSI SINE ALIA SVBSTITVTIONE „ *m*).

m) Cit. Act. Tom. IV. pag. 927. Conf. Extractum Act. Original. P. W. cit.

§. IX.

In quo rei fitu Plenipotentiarii Caefarei Legatis Proteftanticis exhibent ftrumentum Pacis, quod fecundum Inftructiones Caefareas, et fecundum ea, ae CATHOLICIS A PROTESTANTIBVS IAMDVM SINT REMISSA, forma-

tum dicunt, in quo quum Caesarei ad vltimum Catholicorum monitum, aliam prorsus in locum voc. RELIGIOSI respuebat substitutionem, ref rent, verba non tantum ALII RELIGIOSI sed et ALII CLERICI AVT EC SIASTICAE PERSONAE omnino sunt omissa: Proiectum enim Instrumen huius tenoris: "Si igitur Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prae „aut Augustanae Confessionis in Archiepiscopum, Episcopum, Praelatum „ctus vel Postulatus solus vel vna cum Capitularibus seu singulis seu vni „Religionem imposterum mutarint„ etc. n)

n) Cit. Act. P. W. Tom. IV. pag. 958.

§. X.

Tandem oretenus Caesarei et Suecici vna cum Legatis vtriusque Rel nis in vicinis conclauibus exsistentibus ad inuicem tractant et Temperam ab vtraque parte interuenientibus amice in eo conspirant, vt Catholici, q sibi satisfactum esse viderent circa expunctionem voc. RELIGIOSI, quo strumento pacis penitus exclusos vellent, in substitutionem voc. ECCLE STICI, quod Protestantes primo SALVII Proiecto inhaerentes Cano aliosque beneficiatos Instrumento insertos cuperent, consentiant: Et hoc do temperatis etiam aliis in punctis declarationibus difficillimus Grauam ecclesiasticorum Articulus die $\frac{14}{24}$ Martii subscribitur, et ita subscriptus in strumentum Pacis migrauit o).

o) Cit. Act. P. W. Tom. V. p. 562. seq.



Animadversio Editoris.

Mirum sane est, quod hoc anno, cum causa cecidisset, *Gerstlacherus* rato a Corpore ita dicto Evangelicò Repressalias decernendas petierit. P cto siquis studio partium non plane abreptus erit, ea sane argumenta Cat corum, atque ea in specie, quae *Anonymus* de exclusione Religiosorum a l tate conscientiae affert, esse fatebitur, quae totam hanc rem adhuc quam xime illi quidam efficiant, quaeque proin nonnisi amica utriusque partis positione finiri queat. Ut nihil dicam, quae universim de Repressaliis in Religionis solide demonstravit CL. DÜRR Dissertatione alio loco a nob cusa, aequumne erit partem unam alteri remediis etiam violentis adhibitis nionem suam obtrudere? haeccine illa amica compositio, quam Pax in eju di controversiis tanquam unicum medium praescribit? Quid dicent Prot

tes, si Catholici suam de valore *Clausulae Art. IV. Pacis Ryswicensis* sententiam etiam Repressaliis adhibitis iis persuadere invitis vellent? An Catholicae Religionis minus est in hac controversia, quam Protestanticae praejudicium? aut an Catholici, si Protestantes principia sua Paci conformia venditent, Catholicis negantibus, hi illico victas dare manus cogendi sunt? minime vero in casu inverso Protestantes ad id obligati erunt? Haeccine illa utriusque Religionis paritas quam Protestantes ipsi tantopere urgere solent? Sane quodsi quis haec brevi manu accumulata ponderare velit, *Gerstlacheri* petitionem sane quam inconcinnam esse, ut mitissime loquar, illico videbit. De Sequelis taceo facile a quovis perspiciendis, quodsi demum privatus quilibet Repressalias toti cuidam Religionis cujusdam parti suadere ausit. Quam parum hac ratione ab ultima confusione Res Imperii aberunt? sed ab ipso Corpore Evangelico *Gerstlacheri* sensa rejicienda esse confidi potest. Scriptoribus de hac materia ab Auctore relatis nunc etiam addendus est HOFFMANNUS, qui *Tübingae* Dissertationem de ea recens edidit: eam mihi videre necdum licuit, quantum autem colligo ex SCHOTTII recensione, nil refert, cui a Catholicis responsum necdum sit, aut facile queat.



 VI. GEOR-

VI.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER U. J. D. &c.

DISSERTATIO

DE PRECARIIS

Die Precareien

EX CHARTIS MAXIME TREVIRENSIBUS.

Trevir. 1750.

CAPUT I.

Precariarum bona officia erga Ecclesias exponuntur.

I.

Commentatores Decretalium GREGORII IX. vulgo connectunt titulum 14. libri 3tii, de *precariis*, cum titulo præcedenti, *de reb. Ecclef. alienandis, vel non*, per hoc, quod precaria fit modus *alienandi*, feu *abdicandi*, faltem ad tempus, *ufumfructum* prædii ecclefiaftici. *

* Et quidem primo loco inter contractus eam collocant; fortaffis ideo, quia contractus ifte vere fuit *canonicus*, jure Codicis quidem cognitus, in commercio tamen civili inufitatus, & folis Ecclefiis proprius, ab initio magis Cathedralibus & parochialibus, medio autem ævo plus monafteriis, quam Clericorum collegiis; quanquam etiam præfto fint pro his precariarum exempla apud duos viros in re hiftorica & diplomatica illuftriffimos, quorum *alterum* Mutina hoc anno amifit, alterum Treviris diu fervabit, MURATORIUM videl. *Antiquit. Ital. Tom.* 3. *pag.* 149. & HONTHEMIUM *Hift. diplom. Trev. Tom.* 1. *pag.* 275. 276. 301. 570. 643.

II.

II.

Equidem contra nubem Authorum contentiosus esse nolo, ut precarias modos al[i]enandi bona Ecclesiæ *suo modo* * pertinere prorsus negem: sed, cum is sit *acquirere*, quam *alienare*, & bonus œconomus æque intendat modis *acquirendi*, quam evitet modos *amittendi*; quis scit, an non S. juris nostri Compi-[lato]r clericis ac monachis post titulum 13mum. ostendere voluerit etiam *modos acquirendi*, inveneritque ex historia, merito principem inter hos locum dari [de]buisse precariis? **

* Nempe quatenus improbitate vel oblivione hominum res precariata post temporum devolutiones magnas induere poterat figuram patrimonii, & sic avelli ab Ecclesia: cui tamen periculo sacri Canones obviam ivere satis.

** Si enim laici perrexissent eo fervore, quo inceperunt ante annos mille, precarias facere Ecclesiis, jam nunc fere omnes forent coloni Ecclesiarum.

III.

Nam sæpenumero Ecclesia de præhabitis suis prædiis nihil reciproce da[ba]t offerenti rem suam laico, sed absque ullo redhibito temporali lucrabatur. *

* Multi laici res suas *pro remedio animæ* pie & gratis obtulerunt collegiis & monasteriis, *sub reservatione precarii juris ad dies vitæ.* Hujusmodi oblationes fecere in *cit. Hist. diplom.* Tom. I. pag. 127. Egidius, ut putatur, Comes Andegavensis, & pag. 131. Sigefridus monachis Prumiensibus. Pag. 289. Bovo, pag. 291. Liutgardis, pag. 297. Voda comitissa, pag. 333. Sigefridus Comes, pag. 334. Irminardus San Maximinianis. Clausula fere talis erat: *ea tamen ratione, ut ager, quamdiu vixero, meis utilitatibus succumbat, post obitum vero meum plena & perfecta possessione ad cœnobium appendeat.* Interdum apponebatur insuper hæc clausula: *Si vero post obitum meum vel ejusdem monasterii abbas, vel alia aliqua persona eundem locum in beneficium, aut precariam alicui dare tentaverit, idem prædium in jus hæredum meorum redeat*, veluti pag. 291. qua prohibebatur datio ulterior in precariam.

IV.

Et Ecclesia, cum subinde alterum tantum, subinde duplum tantum usus-[fruc]tus laico assignavit ad speciem visa perdere, reipsa lucrabatur, successi[v]usque optima quærebat augmenta pro carentia præsenti. *

* Unde Reverendissimus & Illustrissimus HONTHEMIUS noster *Tom.* I. *Hist. dipl. dissert. in sæc. VIII.* §. 2. inter causas, quibus Ecclesiarum opes augebantur, recte numeravit precarias: Et vero, qui chartas ab eo editas perlustrat, cernet, quantas terras acquisiverit vel sola abbatia. S. Maximini

mini mediante hoc contractu. Fatetur hoc ipsum Abbas VOLEMARUS in literis de anno 996. *Nos vero utilitatibus monasterii nostri, successorumque nostrorum consulentes, detrimentumque penuriæ nostræ præ illorum commoditate parvi pendentes, præfatis petitionibus aures nostræ consensionis accommodavimus.* Fatetur ROTHBERTUS Archi-Episc. Trevir. in diplom. anni 955. *Cum per temporalem divina religionis precariæ statutionem Ecclesia solito ditaretur more.* Adde POPPONEM. Archi-Ep. in precaria Kadeloni comiti data initio Sæc. XI. *Unde inprimis Episcopalis sedis prædia adaugerentur, & cum quibus augmentis &c.*

V.

Ac licet ad tempus aliquod careret monasterium utilitate sui prædii, revertebatur tamen hæc certo finita precaria, una cum prædii, a precarista vice versa quoad proprietatem donati, plena ac perpetua perceptione. *

* Ne quid de censu annuo dicam, quem fere ab omnibus precaristis, etiam iis, qui nulla vice recepta offerebant sua, sibi stipulabantur Prælati Ecclesiarum. Inspice chartas *hist. dipl. Trev. pag.* 131. 141.

V I.

Unde precarias non lego prohiberi ab ullo canone, nec alias, quam, quæ *irrationabiliter* * factæ sunt, improbari: his solis stare successores non tenebantur, nec pœnam adjectam præstare. **

* Nempe cum nec charitas erga pauperes eam suadebat, neque utilitas Ecclecclesiæ, sed caro & sanguis, vel respectus humanus, aut potentiorum importunitas. In solatium egenorum constitui poterat precaria gratis: parum enim referebat, qua ratione indigentes ex patrimonio Ecclesiæ alerentur, pensione, an fructu certi alicujus prædii assignato. Clericis solebat dari velut stipendium pro servitio Ecclesiæ impenso. *Can.* 72. *XII. q.* 2. Aliis vero nonnisi ad normam *Nov.* 120. *cap.* 2. nempe *ut aliam rem mox dominii jure præbeant Ecclesiæ, tantum habentem reditum, quantum habeat res, quæ ei datur.* Quæ Justinianæa constitutio prælusit ordinationi Concilii Meldensis de anno 845. cap. 22. relatæ in *cap.* 4. *X. q.* 2. intelligendæ tamen de iis duntaxat precariis, quæ fiebant facto Prælatorum Ecclesiæ, non de aliis, quæ authoritate Regum in favorem militum. Discerni hujusmodi jubet ab invicem Capitulare Caroli M. 166. quod ex Codice Cathed. Mutin. restituit MURATORIUS rer. Ital. Tom. 1. part. 2. pag. 113. in not. *Sit discretio inter precarias de verbo dominico factas, & inter eas, quas Episcopi & Abbatissæ eorum arbitrio vel dispositione faciunt.*

** PALEA in Can. 6. X. q. 2. quæ transivit in granum per cap. 2. ꝟ de precar. quanquam compilator non se ostenderit in crisi canonica versatum, dum canonem adscripsit Concilio Carthaginensi, qui potius est lex 2. Longobardorum lib. 3. tit. 10.

VII.

Cæteræ omnes non permittebantur modo fieri, sed imperabantur adeo elatis, * qui proinde poterant eas absque solemnitatibus concedere. **

* Can. 11. XVI. q. 3. in verbis: *ne videantur Episcopi precarias, CUM ORDINATI SINT, facere non debuisse:* quæ quidem videntur obscuriuscula; sed clara erunt, modo cogitemus, Concilium Agathense probare eo loco præscriptionis exclusionem *ab absurdo*, ex præscriptione secuturo, scilicet, si precariam habens posset ullo tempore præscribere: ergo non deberet Episcopus facere id, quod ordinatus, i. e. *jussus* est facere, videlicet precariam, precariarum itaque factio est mandata Episcopis, tanquam manifeste utilis Ecclesiæ.

** Precariarum omnium primæ fuerunt vel *eleëmosynæ*, pauperibus assignatæ: vel *stipendia* clericalia: quod his dabatur in usumfructum, non censebatur alienari, quia & pauperibus & clericis debebatur suum. Deinde succedebant precariæ aliis quoque concessæ, quam pauperibus & clericis: ad has nihil aliud requirebatur, quam vel authoritas Regia, vel Prælati cum rationabilitate, quæ abesse non potuit, si modus a *Canone* 4. *X. q.* 2. præscriptus observabatur. Recte THOMASSINUS *V. & N. E. D. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 3. statuit duplicem precariarum classem, quarum *aliæ* novos Ecclesiæ agros adjiciunt, novas accumulant opes, *aliæ* uni pauperum serviunt utilitati. Ad quas ex istis desiderabis, quæso, solemnitates? Passim legitur in chartis, quod Abbates cum sui conventus assensu (in vim systematis, quod habebant, œconomici requisito) precarias fecerint, *absque authoritate Episcopi*, quam tamen in rebus Ecclesiæ alienandis jam anno 538. desideravit Concilium Aurelianense *relat. in Can.* 41. *XII. q.* 2. vix est, ut Episcopi consensum Capituli vulgo adhibuerint, quem tamen cæteroquin in alienationibus decreto Leonis Pap. an. 447. jubebantur adhibere *can.* 52. *ead.* Canonicorum subscriptiones occurrunt raro. Inter tot precariarum formulas, quas exhibet historia diplomatica Trevirensis, una est *pag.* 392. eaque famosissima, quam & BROWERUS lib. 11. num. 112. refert, confecta inter Eberhardum Archi-Ep. Trevir. & Comitem de Arlo, in qua consensus Imperatoris, Advocati Ecclesiæ Trevirensis, & Cleri legitur intercessisse. Sed *extraordinaria* hæc erat & majoris momenti, tum propter insignes terras, Comiti in precariam cessas, tum propter extensionem precariæ ad filios.

VIII.

Neque Jure Decretalium, * aut Sexti, ** aut Extravagantis *Ambitiosæ* ter com. *de reb. Ecl. non alien.* *** ligari putem manus Episcopo vel Abbati, quo minus hodieque sub modo ac lege a sacris canonibus præscripto, impertiri valeat precarias **** *absque solemnitatibus.*

* Jure Decretalium, quid nomine alienationis veniat, exponit *Cap.* 5. *de reb. Eccles. non alien.* Altum ibi silentium de precariis: Unde æque parum prohibitæ,

hibitæ, vel ad consensum Capituli adstrictæ sunt, ac emphyteusis *temporalis*, & hypotheca *generalis*. Tunc solum habetur pro dissipatione, cum facta est *irrationabiliter*. *Cap.* 2. *h. t.*

** Jure Sexti *Cap.* 1. *d. t.* requiritur tantum tractatus solemnitas in concessionibus *perpetuis*, cujusmodi non sunt precariæ, abeunt enim terræ tantisper quoad commoditatem, ut paulo post revertantur alia terra comite ejusdem reditus *Cap.* vero 2. eod. potissimum vetat *submissiones* bonorum Ecclesiæ laicis faciendas, recognoscendo hæc ab illis tanquam superioribus: quo rursum non pertinent precariæ.

*** Extravagantem *ambitiosæ* condidit Paulus II. anno 1468. quo tempore jam exspiraverat usus precariarum, ut adeo eundem sub nomine alienationis, sicut locationem conductionem ultra triennium complecti opus non fuerit: maxime cum in se potius fuerit modus acquirendi.

**** Aliud foret de illis, ubi precarista tantum recipit, nihil dat. Hujuscemodi enim largitiones debebant ex lege Conradi Salici de anno 1039. fieri de consensu Cleri. Vide GOLDASTUM *Constit. Imp. Tom.* 3. *pag.* 312.

IX.

Ex eo vero, quod ab omni usu nunc emigraverit iste contrahendi modus cum laicis, * male argueretur id propter jura posteriora minus huic negotio propitia accidisse. **

* Precariæ sunt antiquiores ævo Clodovæi, ut vel constat ex *l.* 14. §. 5. *Cod. de sacros. Eccles.* quæ totis 16. annis præcessit Clodovæi Baptismum. BEATUS RHENANUS *lib.* 2. *de Rer. German.* non scribit originem earum primam, sed occasionem, qua invaluerint apud Francos. Floruerunt autem sæculo VII. VIII. IX. X. XI. Sæculo XII. XIII. XIV. rariores erant: GREGORIUS IX. *in Cap.* 3. *h. t.* satis hoc innuit per verba: *precariæ, quæ QUANDOQUE de Ecclesiarum possessionibus fieri solent.* quæ suis quoque institutis inseruit LANCELLOTUS *lib.* 2. *tit.* 27. §. 5. sed videtur potius ex textu Gregoriano locutus, quam ab experientia sui temporis. In *Reliquiis* M. S. LUDWIGII *Tom.* 6. *pag.* 451. invenio precariam adhuc anno 1349. Substituebantur vero iis, referente Thomassino, jam ante tempora INNOCENTII III. contractus *ad firmam*, de qua *Cap.* 2. ꝟ *de locat.*

** Variæ quippe aliæ causæ potuerunt in desuetudinem abduxisse precarias. e. g. (1) Massæ pauperum perditio. (2) abusus, in quem precarias trahebant laici. (3) infeudationes bonorum Ecclesiæ precariis surrogatæ. (4) Incommoditas colendorum fundorum, & hinc (5) substitutum otium *contractus vitalitii*, seu *impræbendationum* in monasteria, quæ hodienum apud nos extant haud infrequentes. (6) Amor familiæ, seu illorum, qui ab intestato successuri erant. (7) Refrigescens laicorum fervor donandi sua monasteriis, & Ecclesiis: negari enim non potest, (quod bene observat P. MOLINA *de J. & J. Tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 388.) in precaria *sæpe intervenisse donationem* ex parte *accipientium*, qui ex devotione erga Ecclesias, atque in eleëmosynam pro anima sua longe plus

plus reliquerunt Ecclesiis post mortem suam, quam fuerit subsidium sustentationis, ad tempus vitæ impetratum. Hujuscemodi largitatibus jam pridem inferias cecinit avaritia & luxus. (8) Verisimile est, Canonicos noluisse suis portionibus aliquid detrahi in majus successorum commodum.

X.

Ais vero: si jura tam sunt propitia precariis, quidni eas in usum reducemus pro terris saltem illis, in quibus non licet amplius Collegiis & monasteriis acquirere bona immobilia civium sub pœna perpetui retractus popularis? *.

* Cujusmodi statuta patriæ nos Treviris habemus: primum emanavit anno 1655. alterum 1656. sub ELECTORE CAROLO CASPARO A PETRA: Utrumque exhibet *Hist. diplom. Trevir. Tom. 3. pag.* 704. Innovatæ sunt istæ Ordinationes per ELECTOREM CAROLUM LOTHARINGUM anno 1713. in dem Erneuerten Land-Recht tit. 3. §. 13. & seqq. Toto die sententiis & præjudiciis Consistorialibus in praxin reducuntur, adeo, ut subditi Trevirenses de viridi observantia conqueri non possint.

X I.

Obstant his desideriis piis statuta patriæ nostræ, * a piissimo, & Ecclesiarum notorie amantissimo Principe cum consensu Reverendissimi & Illustrissimi Capituli Metropolitani condita, a Successoribus in Ecclesias munificentissimis pro bono subditorum retenta, gravissimis rationum momentis suffulta, quibus obmussitare si quis auderet, jure merito insectationi fiscali se redderet obnoxium.

* Ordin. de anno 1655. in verbis: oder durch donation und præbend erlangen, oder aber unterm anderen titul an sich bringen wollen. Statuta patriæ de anno 1713. §. cit. quocunque titulo an sich bringen wollen. Cumque ex retro-deductis precaria sit via acquirendi opportunissima, proinde lapsu sesqui sæculi plurimos agros vineasque incorporare posset Ecclesiis, illæ in mente legislatoris vel maxime comprehenduntur, ne pallia & prætextus contra saluberrimas constitutiones subtili ingenio excogitentur; & regula juris 83. in 6. violetur, quæ statuit, *ne, quod alicui una via prohibetur, ad id alia admittatur.* Quare s. m. existimo, ne quidem tunc excludi retractum nostrum Trevirensem, cum pro Missis anniversariis (ut sæpe factum est) precaria constituitur: quia pactis privatorum non tollitur jus publicum. *Cap.* 12. *X de for. comp.*

CAPUT II.

Vera precariarum idea traditur.

I.

In ſtatuenda Precariarum definitione non adeo felicos ſunt AA. * Alii dedere alias, plerumque vocibus, ad naturam rei definitæ impertinentibus, infartas, peneque halitu ac memoria ſuperiores. ** Alii cum Hoſtienſi & Gloſſa *precariam* ſingularis, & *precarias* pluralis numeri diſtinxerunt. ***

* Nulli AA. ſcripſere melius, quam qui tabulas Archiviorum ob oculos habuere: Hos inter excellunt BALUZIUS, & qui cum eodem impreſſi ſunt ad Capitularia Regum Francorum, DU FRESNE ſeu DU CANGE in Gloſſario, MURATORIUS *Antiquit Ital. Tom.* 3. *pag.* 149. & *Rer. Ital. Tom.* 1. *part.* 2. BOEHMERUS *Jur. eccleſ. proteſt. ad tit.* 14. *libri* 3. HONTHEMIUS in notis ad varias chartas precariarum. Ex talibus eruatur genuina idea, non ex iis, queis hiſtoria peregrina fuit æque ac ars diplomatica, quique propterea alio diverterunt operam, nempe, ut explicarent, *quid ſit precarium juris civilis, & quomodo differat a precariis canonicis.*

** Tres delibemus. FRANTZKIUS civiliſta *tract. de Laudemio* cap. 12. n. 15. hanc conſarcinat: *Precaria eſt ceſſio uſusfructus rei immobilis, vel potius jus utendi fruendi, quod conceditur ei, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit, aut liberis ejus, vel in ea re ſola, vel in aliis rebus Eccleſiæ, vel tam in ea, quam in aliis rebus, ad tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris, vel etiam filiorum ejus, & in perpetuum, & tam ſine, quam cum annua penſione.* P. SCHMALTZGRUEBER Canoniſta ſic: *Eſt contractus realis, nominatus, bilateralis, bonæ fidei, quo alicui rei eccleſiaſticæ immobilis, & ſoli plerumque uſus, ad preces ejusdem conceditur, eo pacto, ut, ſi conceſſionis tempus ſit diuturnius, ne iſtius longinquitate illius memoria intereat, renovari ſingulis quinquenniis debeat, & finito conceſſionis tempore cum omnibus incrementis res conceſſa ad Eccleſiam revertatur.* THOMASIUS, Vir in Catholicos mordaciſſimus ac malevolus, ut nemo magis, in re tam obſcura perſpicuam daturus definitionem, in qua nec verbulum ſit fruſtra poſitum, ſic ſcribit in not. ad Lancellotum pag. 1176. *Precaria eſt contractus peculiaris, & aliis populis inuſitatus, inventus jam ante plurima ſæcula a Clero pſeudo-Chriſtiano ad decipiendos laicos, ut ſub ſpe lucri ab Eccleſia captandi, bonis ipſi, aut eorum liberi, & conſanguinei exuantur, aut ut ſub falſa promiſſione uſusfructus rerum propriarum, Eccleſiis ad emendam ſalutem æternam datarum, ſed quandocunque Eccleſiæ placuerit, iterum adimendarum, laicos & ſalute æterna, & libertate, re inæſtimabili, & bonis, inſenſibiliter defraudarent.* Adverſarii noſtri ſunt judices, an hæc definitio cadat in virum, in prudentem, in hiſtoricum: ipſa ſeſe exoſam reddit ſatyrica facie: non igitur laboro in refutatione: precariæ ſunt antiquiſſimæ, legibus orientis & occidentis firmatæ, laicis in tempore malo opportunæ, atque ideo vel ab ipſis Regibus tempore belli expetitæ. *Conc. Carolomanni apud Nauclerum Gener.* 25.

*** Unde

*** Unde triviales extant hi versiculi:

Ria, Riæ, Rium, tria sunt, quibus est caput unum.
Riæ sunt solitæ per singula lustra renasci.
Ria fit ad mortem, nec citra vult revocari.
Rium finitur, quando auctor vult revocare.

Sed melius PANORMITANUS & alii non fecerunt discrimen inter precariam, & precarias. quod & tabulis conforme reperi.

II.

Vocem quod attinet, apertum est, *precarias* a *precibus* dictas esse, eo iod egeni primitus eas *precando* obtinerent; quam formulam retinuere etiam rites, tunc, cum ipsi propria sua bona Ecclesiis donarunt, mox eadem in m precariæ recepturi. *

* ABBO Floriacensis in Canonib. cap. 7. *Quod ex conventione fiat, & precibus obtineatur.* Barbara vox debetur Francis: latinius Leo & Anthemius in *l.* 14. §. 5. *C. de sacros. Eccles.* usi sunt his expressionibus: pro ipsius *petitione: beneficiis gratia: ab eo, qui desiderat, postuletur.* Diplomata omnia formulam precandi, velut essentialem, curate exprimunt. Precaria Prumiensis apud HONTHEMIUM de anno 771. *Ego Sigefridus, quatenus a me, mea petitione, vestra habuit pietas & benevolentia, ut loca, quæ ego pro animæ meæ remedio delegavi, ad beneficium, dum advivo, excolere promisistis.* Precaria San-Maximiniana ibid. pag. 235. *Quia vero præscripti Monachi* tam prompta voluntate meis precibus *annuerunt, ne velut* ingratus beneficii *mihi ab illis collati esse videar &c.* pag. 256. *cum interventu & auxilio amicorum meorum quoddam prædium impetrare studui, quod nihilominus larga sanctitatis eorum benevolentia annuente, sicut desideraveram, obtinui.* Precaria Trevirensis pag. 287. habet hæc verba: *omnium devotione postulans: precibus sedule eum non veritus compellare.*

III.

Unde non inepta videtur fore hæc definitio precariæ: *Est litteraria traditæ professio ususfructus, in prædio Ecclesiæ ad preces benefice impetrati.* *

* Plus non requiritur ad hoc, ut discernatur precaria ab aliis sive agnominibus, sive affinibus conventionibus, e. g. precario, feudo, emphyteusi, libello. Cætera, quæ ab AA. solent apponi, e. g. tempus, census, finis, renovatio, non spectant ad hujus contractus naturam, sed conditiones sunt ac modi, sub quibus, & non aliter, permissum est imprecariare Prælatis.

DISSERTATIO

IV.

Traditio est, * quia rei interventu ** celebratur, & media *præstatione*, seu, ut barbare loquebantur alias, *præstaria*, de qua paulo post.

* Id eleganter ac manifeste loquuntur diplomata Trevirensia: in quibus per sæpe occurrit: *Facta est hæc traditio*: *Acta est hæc precaria traditio.* Confirmant quoque inscriptiones variarum precariarum, quæ utuntur verbis *permutationis*, *Cambii*, *Concambii*: quæ utique traditione consistunt.

** Roboratur hoc ex Nov. 120. §. 2. in verbis: *non aliter hoc* accipiat, *nisi aliam rem* mox *dominii jure* præbuerit, *ex quo eandem rem* accepit.

V.

Traditio isthæc de stylo absolvebatur *confectione & porrectione instrumenti*, seu schedulæ, * plerumque per manum Advocati Ecclesiæ, ex una, & fidejussorum ** precaristarum ex altera parte, *** præsentibus testibus.

* Instrumenta invicem porrecta loco traditionis fuisse apud veteres Germanos, evincit charta Hartwichi apud Honthemium de anno 804. *Cum in libris Theodosiani, & Hermogeniani, seu Papiniani scriptum est, quod donationem traditio subsequatur, igitur ego . . . die præsente trado, dulgo, transcribo . . . Hæc traditio atque voluntas mea omni tempore firma & stabilis debeat perdurare. Hanc traditionem a me factam &c.* Confer. Diploma GISELBERTI Ducis de anno 928. ubi *traditio & vestitura* litteralis *ad altare beati Petri facta*, vocatur *legalis & firmissima traditio.*

** Charta Megingaudi pag. 274. *Acta est hæc precaria traditio Treviris . . per manum Wolmari advocati.* Bovonis pag. 289. *Acta est traditio Treviris publice in templo S. Maximini . . . tradentibus Buovone & Engila per manus fidejussorum . . . coram advocato ipsius loci, & testibus.*

*** Hi vocabantur *Saleburgiones*: id est, bürgen, qui erant personæ de Sala, sive *judiciales*: Videatur HONTHEMII nota ad diploma Liutgardis pag. 291. Jam advertit Heineccius *in Elem. jur. Germ. Tom.* 1. *part.* 2. §. 73. judiciali traditioni germanorum intervenire debuisse vel ipsos Scabinos, vel saltem ingenuos homines, schöppenbare freye Leuthe.

VI.

Hæc scriptura usque adeo erat necessaria, ut nonnisi cum ea precaria fuerit in mundo: * Imo vero ipsa precaria definitur melioris notæ Authoribus ** per *chartam*, seu libellum velut genus.

* Formam istam litteralem præscripsit l. 14. §. 5. C. de sacros. Eccles. *Pacta cum eo ineat*, atque CONSCRIBAT: item infra: *tanquam nullo jure TRANSCRIPTAM.* Nec non Concilium Toletanum VI. de anno 638. rel. in Can.

72.

72. XII. q. 2. *sub precariæ nomine debeat professionem scribere:* id est, Clericus utens fruens prædio Ecclesiæ scribat professionem, sicut solet fieri in precaria, ubi intervenit instrumentum. Hunc modum loquendi, quo jura tum civilia tum canonica utebantur, ignorasse non est verisimile Francorum Reges, qui verba tam presse retinebant, & stylum imitabantur constanter: Pro exemplo sit Capitulare Caroli M. 156. *Precariæ, ubi modo sunt, renoventur, & ubi non sunt, scribantur:* cujus propositionis subjectum de alio, quam scriptura intelligi nequit.

' Du Fresnio *in Glossar.* voce *Precaria.* Sirmondo in not. ad Gallicana Concilia, Vossio *lib.* 3. *de vitiis serm.* Muratorio loc. cit.

VII.

Precaria his est *Charta,* * *a rei ecclesiasticæ petitore data,* ** *quæ asservabatur penes dominum directum.*

* Non imaginariam esse hanc appellationem evincunt diplomata Trevirensia Tom. 1. sæpe laudato: Prumiense de anno 771. *Hanc autem precariam non sit necesse de quinquennio in quinquennium renovare, sed ista sola per se sufficiat:* Non renovabatur jus precarium, non pactum, sed *professio scripta.* Rothberti Archiep. pag. 275. *Ut autem hæc precaria firma consistat, manu propria subtus eam firmavimus.* Item pag. 288. *Signum Rothberti Archiepiscopi, qui hanc precariam fieri & firmare præcepit.*

** Hinc, qui Chartas Honthemianas inspicit, videbit non loqui utrumque paciscentem, sed fere semper solum precaristam.

VIII.

Precariæ correspondet correlativa Præstaria, vox itidem barbara, æque a phrasi legum & canonum derivata. * Estque hæc, *charta, ab Ecclesia usumfructum præstante porrecta precaristæ.* **

* Latinius *præstatio,* a verbo *præstare,* quod idem est, ac *tradere, præbere.* Brissonius de V. S. Quod verbum ter occurrit in sæpe allegata constitutione Leonis Imp., ut merito notet Bœhmerus, inde præstariarum esse appellationem. Conspicitur quoque in can. 12. XVI. q. 3. *Si Episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineolas, vel terrulas, Clericis, Monachis, vel quibuslibet PRÆSTITERIT.* Neque desunt exempla hujus vocabuli in Chartis *histor. diplom. Trevir.* pag. 356. trina vice obvenit: *duas curtes in omni integritate PRÆSTITI . . quod illis PRÆSTITI, teneant . . . quod ego autem PRÆSTITI,* mihi, meisque successoribus in integritate redeat. Et hinc observa, hic loqui Popponem Archiepiscopum, in prima persona. Cum alias loquatur precarista. Formulas suppeditat Marculf. *lib.* 2. *num.* 40. Et in Appendice num. 28.

 ** Mura-

** MURATORIUS *Rerum Italicarum* part. 2. Tom. 2. pag. 977. in additamentis Chronici Casauriensis subministrat hanc in rem pertinentem passum: postquam conventio, de qua ibi sermo, declarata fuerat irrita; subsequitur. *Tunc Abbas reddidit Beczoni ipsam Precariam, & Beczo abbati reddidit ipsam præstariam.* Habebant igitur *precaria* & *præstaria* se ad invicem, sicut apocha & antapocha, literæ investituræ, & reversales, decreta officiorum, & reciproca officiatorum professio.

I X.

Veruntamen sæpe sæpius totum negotium uno nomine in diplomatibus vocatur *precaria*, etiamsi interveniat ex parte Ecclesiæ *præstitum*. *

* Id peregrinis exemplis probat BALUZIUS in not. ad Rheginonem pag. 574. Mihi sufficiat domesticum in *pagina precariæ* Eberhardi Archiep. de anno 1052. quæ *præstaria* est, quin alia vox adhibeatur, quam *precariæ*. Hanc precariæ cum Comite Arlunensi celeberrimam factionem Lectionaria, queis Clerus Trevirensis in choro utebatur, membranacea, teste BROWERO, recitabant olim. Addatur Precaria Prumiensis de anno 764. & notentur verba *per vestram precariam.*

X.

Vi precariæ ergo profitebatur quis, se esse *usufructuarium*, * vel *beneficiarium* ** Ecclesiam vero *proprietarium.*

* Precaria Sigefridi de anno 771. *de qualibet re USUFRUCTUARIO ORDINE possidere debeam.* Gosberti pag. 267. *Usufructuario teneant.* Giselberti pag. 271. *usufructuario teneam.* Similiter *Usus fructus* vocabulum habet charta Popponis pag. 357. a.

** Beneficiarium se profitetur Wicbertus in chartula precaria de anno 786. *IN BENEFICIUM, dum advivo, excolere permisistis.* Et Bovo anno 959. *Facta igitur traditione idipsum prædium benevola eorundem monachorum intentione recepimus, non proprium, sed BENEFICIARIUM . . . & post ad illos, a quibus hoc BENEFICIARIUM accepimus, redeat.*

X I.

An vero Ususfructus iste precarialis importaverit *dominium utile*, ac consequenter plus, quam *servitutem in alieno*, obscurum est, nec ego id uniuersim affirmare ausim, vel negare. *

* HEINECCIUS *in Elem. juris Germ.* lib. 2. tit 2. §. 39. in precariis agnovit usumfructum germanicum, seu dominium utile: Sed vix ei subscribo. 1.) quia visibile est, precarias nostras originem suam debere juri Romano, quod nomine

nomine ufusfructus non dominium, sed servitutem intellexit. 2.) Non video, quid plus potuerit Precarista circa prædium, precario jure acceptum, quam usufructuarius Romanus; sine fundamento credit Heineccius precariam alienari potuisse, si non fuerit expresse cautum contrarium, certe nulla charta Trevirensis quidquam habet de potestate alienandi, sicut aliæ chartæ, quæ non precariam, sed abdicationem continent, veluti *Tom.* 1. *cit. pag.* 256. 269. & 286. Regulariter etiam exspirabat cum vita precaristæ, nisi pacto speciali hæredibus aliquot graduum fuerit prospectum. 3.) Nihil in chartis invenio, quod plus sapiat, quam Usumfructum Romanorum. Confer Bignonii Formulam 20. ibi: *Ipsam rem, dum advivo, per vestrum beneficium tenere, & usufructuare faciam: in ea vero ratione, ut alicubi ipsas res nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias casas Dei delegare . . . Pontificium habeam.*

XII.

Res denique in quibus constituebatur jus precarium, non sola fuere præ-, vineæ, agri, pascua, sylvæ, aquæ; molendina, * sed & mancipia, & imet Ecclesiæ, vel Capellæ. **

* Sic Eslingensis precaria pag. 256. *Cum mancipiis utriusque sexus*, Bettingensis pag. 274. *Cum Emardo servo, & aliis mancipiis, ad eundem locum aspicientibus &c.*

** Eadem Eslingensis: *Capellam unam*, Frisingensis pag. 297. *Cum Ecclesia ejusdem oppidi, omnibusque suis appenditiis.* Nodenfurtensis pag. 336. *Villam Dalaheim nominatam cum Ecclesia.* Et pag. 271. Abbatia S. Servatii datur Duci Giselberto in precariam.

CAPUT III.

Precariarum leges.

I.

Qui locuples existens usufructuario jure desiderabat prædium (urbanum, sive rusticum) ad Ecclesiæ patrimonium pertinens, is completo spatio, minus, quam *alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperat, reditus*, cum ipsum prædiorum dominio, derelinquere debebat. *

* l. 14. §. 5. *C. de Sacros. Eccles.* Quæ quidem Leonina constitutio de sola Ecclesia Constantinopolitana loquitur; Sed Justinianus *Nov.* 7. *cap.* 4. eam ad quælibet loca pia in omni sua ditione extendit. Non apparet ex lege 14 cit., quod Usufructuarius *mox* dominii jure debuerit reciproco fundo compensare utilitatem, sed tam Novella 7. quam Novel. 120. cap. 2. id diserte præcipiunt.

II.

II.

Ad normam imperialium legum Jura canonica hanc precariis regı ordinabant: Si precarista res *proprias* viciſſim datas cum *eccleſiaſticis* uſufru‹ rio tenere voluerat, accipiebat *duplos* tantum *reditus*: ſi vero res *proprias* quidem uſufructuario retinere paratus erat, dabat ei Eccleſia ex ſuis boni *plos* reditus. *

* Can. 4. X. q. 2. Cujus perpetuam obſervantiam chartæ Trevirenſes uni ſtylo collaudant. Videatur *Tom.* 1. *pag.* 301. *Ego Syfridus facta con tione DEDI ad altare S. Petri in urbe Trevirenſi legali traditione ex rebus proprietatis jugera* 73. . . *ACCEPI autem contra legali traditione ab A cato &c. ſub ea ſcilicet ratione, ut utrumque, DATUM & ACCEPT ego & conjux mea quiete teneamus, atque poſſideamus.. Poſt noſtrum ver ceſſum ad partem & dominationem Domni S. Petri utrumque, datum vid & acceptum, redeat, & in ejus deinceps proprietate maneat.* Non inv tamen inter tot formulas illum ſecundum caſum, quo precariſta rei ſuæ natæ uſumfructum etiam mox dimiſit Eccleſiæ, in remunerationem reci triplos reditus eccleſiaſticos: unde veriſimile non eſt, arriſiſſe hunc alt modum ſive precariſtis, ſive Eccleſiis; non *illis*, quia grave eſt, fort ſuas conſpicere in manibus alienis: non *his*, quia triplo reditu carere ſemper expediebat.

III.

Æqualitas ſervabatur *collata proprietate cum proprietate*, *reditu cum red* non ad amuſſim, ſed ad regulam, quod ajunt, Lesbiam, intervenient pius largitate, ſeu ex parte Eccleſiæ, ſeu ex parte precariſtæ.

* Non vero computatis reditibus, quos precariſta percepit toto ſpatio prec quoad hoc enim fortunæ erat negotium, & res aleæ ſimilis: Si prec brevi tempore ſuperſtes fuerat, pro modico pretio lucrabatur Eccleſia dium inſigne; Si vero precariſta vitæ tenax fuiſſet, ſubinde caro veni cleſiæ fundus. Itaque eatenus non menſurabatur utilitas Eccleſiæ ex contractu ſingulari, ſed univerſim ex tot contractibus, quorum alii fel ceciderunt pro Eccleſia, alii minus feliciter.

IV.

De Censu annuo ſilent Codex & Novellæ, ſed apud Alemanno mul atque obtinuerunt Precariæ, ſub cenſibus conſtitutas lego. *

* Beatus Rhenanus, ſeu Bildius Rer. Germ. lib. 2. *Quidam*, inquit, *in illo ti Chriſtianismo* (ſub Clodovæo) *res ſuas Eccleſiæ donabant, & ri agros, aut domum in beneficii modum recipiebant ad vitæ ſuæ tempus, TAMEN CITRA PENSITATIONEM.* Quod confirmant Leges mannicæ tit. 2. Quanquam nemo dixerit, hoc fuiſſe univerſale ac p t

tuum: Inter precarias quippe Trevirenses invenio quasdam pag. 234. 256. 267. 268. 273. 276. 319. 335. 392. *sine censu*, ut adeo census adjectio necessitatis haud esset, sed pietatis: quare notatu dignum in iisdem monumentis, quod illi precaristæ, qui *solius devotionis instinctu*, nulla vice recepta, donaverant Ecclesiis bona sua, moxque eadem precario jure possidere pergebant, plerumque promiserint annuum censum.

V.

TEMPUS, quo finienda erat precaria, poterat esse brevius vita precaristæ. * Pleræque tamen ad dies vitæ hujus personæ concipiebantur. **

* L. 14. C. sæpe cit. ibi: *Tunc ejus temporis, quod inter utrosque convenerit, sive in diem vitæ suæ.*

** Inter domesticas nostras precarias nulla est ad brevius tempus constituta: Imo neque inveni apud DU FRESNIUM ullam, vita hominis breviorem. Similiter omnes formulæ MARCULFI, SIRMONDICÆ, BIGNIONIANÆ, & LINDENBROGII continent verba: *dum adviuo.*

VI.

Ultra vitam precaristæ non durabat, neque egrediebatur personam, * instar ususfructus Romani, qui extinguitur cum persona. §. *3. Inst. de Ususfruct.*

* Can. 4. X. q. 2. in verbis: *In suo tantum quis nomine.* Confer apud Honthemium precariam BERTHÆ pag. 335. *More precario usque ad terminum suæ solius vitæ possideat.* Ut vel inde etiam discrimen appareat inter *precariam*, & *emphyteusin ecclesiasticam*: nam hæc *in perpetuum* concedi potest. *Nov.* 120. *cap.* 6. §. 1. Et *pro hæredibus* concessa, transit ad filios ac nepotes. *Nov.* 7. *cap.* 3.

VII.

Extant nihilominus ex specialibus pactis precariæ in favorem uxoris, * & usque ad primam, ** ulterioresque generationes. ***

* Precaria ROTGERI aqud Honthemium Tom. 1. pag. 234. MEGINGAUDI pag. 273. UDONIS & GISLÆ pag. 319.

** Precaria RORICI ibid. pag. 257. GOZBERTI. pag. 267. ubi nota, quod præter filium Bodoni Præposito fuerit post mortem primi precaristæ pacta precaria. BERNACRI pag. 268. WALDRAMI Com. Arlun. pag. 303.

*** Hæ sunt magis exoticæ: De extensione ad quartum, & quintum hæredem testatur DU FRESNE hoc loco pag. 796. ultra quintam generationem ego quidem inveni hactenus nullam.

VIII.

Cum vero longinquitate sæpe fiat temporis, ut non pateat conditio originis,* antiqua consuetudo lege firmata jussit, precarias de quinquennio in quinquennium renovari, id est, novas desuper literas conscribi. **

* Conc. Tolet. VI. *relat. in Can.* 64. XII. q. 2. Haud raro enim occasione precariarum imminuta fuere Ecclesiarum patrimonia, eo quod præpotentiores precaristæ, eorumve hæredes fundos Ecclesiæ, queis semel incubuere, ægre dimitterent, ut bene advertit Honthemius *in addendis ad Tom.* 1. pag. XLII.

** Concilium Belvacense *relat. in Can.* 5. X. q. 2. & *cap.* 1. [illegible] t. Et hac ratione differt quoque *precaria* a *feudo*, quod mutata Domini, aut Vasalli persona, nec non ab *emphyteusi*, quæ mutato emphyteuta, est innovanda.

IX.

Hæc renovatio erat *solius professionis* per lustra singula iteratio; non vero *contractus*, quasi exspirasset ille, *instauratio*. *

* Evidens hoc est ex chartis, precarias nempe, etiam ad quintam usque generationem datas, innovari debuisse singulis quinquenniis: Unde qui Alvaro, Molinæ & aliis hac in parte contradixerunt, absque fundamento locuti sunt, nimium creduli Glossæ, supra Cap. 2. §. 1. versificanti h. t. censenti, singulis lustris finiri precariam.

X.

Hanc innovationem fuisse sub *pœna caducitatis* præceptam, nullibi apparet. Unde, qui a *feudo*, vel *libertinitate ecclesiastica non innovata* argumentum traducunt ad *precariam*, regulas interpretandi *in pœnalibus* insuper habuerunt.*

* P. Schmaltzgrueber h. t. num. 26. P. Engel ibid. num. 6. secuti Panormitanum in cap. 1. h. t. Molina non accedit huic opinioni, ut scribit P. Schmaltzgrueber sed tantum dicit, quod *hic contractus soleat fieri cum clausula expressa* (ad quid autem hac opus, si lex caducitatem inducit?) *ut accipiens de quinquennio in quinquennium teneatur innovare, alioquin amittat precariam.* Quam quidem clausulam in formulis, quas perlustravi, plurimis non reperi: bene vero *in Honthemianis Tom.* 1. *pag.* 131. & 141. aliam istam: *Hanc vero precariam non sit necesse de quinquennio in quinquennium renovare, sed ista sola per se sufficiat.* Quæ clausula non fuit adjecta tam favore precaristæ, quam bono Ecclesiæ, ut videlicet charta hujusmodi, etiamsi foret antiquior quinquennio, nihilominus contra scribentem probaret.

XI.

XI.

Denique contractus precariæ, plerumque vallabatur adjectione POENÆ contra eum, qui temerare illum attentaret. *

* Plurimæ precariæ Trevirenses: vid. pag. 275. ubi: *Quisquis hanc precariam infringere voluerit, decem pondera auri persolvere cogatur.* Similes clausulæ pœnales supponuntur in *cap.* 2. §. h. t. Ex quibus etiam apparet, revocari non potuisse ad lubitum concedentis *precariam* instar *precarii.* Cap. 3. in fin. eod.

XII.

Atque hæc sunt, quæ tempore arctatus ex juribus & chartis de hoc argumento duxi congerenda. Si conatus successit, fontem corona mecum, Benevole Lector, ex quo hausi ideas istas; sin minus, cogita, situlis pertusis ex fonte etiam optimo infeliciter hauriri aquam.

I. O. H. D.



Animadversio Editoris.

Ad *Cap. III.* §. *VII.* Observavi jamdum in nova Editione Institutionum mearum de eo, quod hic Auctor inquit: sibi nullum Precariarum exemplum ad quosvis haeredes extensarum occurrisse, a me tale quoddam in *Alsatia Diplomatica Tom.* I. *p. 62.* observatum fuisse, nunc hic quoque verba adducere juvat: „Ego itaque Ratlind femina supplico vobis (Abbati Murbacensi, cujus „monasterio res suas donaverat) res Ecclesie vestre, sitas in pago Alsacensi in „loco nuncupato Hosthaim, quas ego jam antea per cartam tradicionis ad su„pradictum monasterium delegavi, ut mihi ad usum fructuarium concedere „deberetis, quod et ita fecistis, et censui me pro hoc vobis annis singulis ad„missam S. Martini undecim denarios esse daturam: in ea vero racione, ut „quamdiu vixero, easdem res habeam, similiter infantes mei, et eorum po„steritas, quamdiu legitima fuerit, et eundem censum persolvant. Sin autem „heredes defuerint, aut eundem censum solvere noluerint, tunc res vestre re„vertentur, perpetualiter possidende ad vos vel successoribus vestris. Factas „precarias uno tenore conscriptas, annos vel testes superius scripsimus.„



VII.

GEORGII CHRISTOPHORI NELLER U. J. D. &c.

AD CLEMENT. II. DE MAGISTRIS INSTRUCTIO CANONICA-MONETARIA

DE GROSSO

TURONENSI ET TREVIRENSI.

Trevir. 1760.

§. I.

Nequis cum vanitate, & imperitia ad honorem ascenderet peritiæ litterarum; neve graduati in Academiis expensarum gravitate vacuarentur; cæteri autem a susceptione graduum retraherentur, constituit anno 1312. *Clemens* V., ut a quolibet graduando prius recipiatur juramentum, quod nolit *ultra tria millia* Turonensium *argenteorum* (Turnos Weyß-Pfennige) in solemnitate circa Doctoratum, aut Magisterium *quomodolibet* (id est, circa cibos, vestes, & alia, non circa prævium examen secundum Glossam) adhibenda expendere. *

* Adjicitur *pœna suspensionis* a collatione Doctoratus, vel Magisterii, siquis, etiam pontificali dignitate præfulgens, non recepto prius tali juramento honorem supradictum cuiquam tribuerit.

II. Sacra Facultas Theologica Augustæ Trevirorum propterea anno 1588. in juramento promovendorum suorum sic posuit puncto 5to: *Se in festo Magisterii non expensuros supra tria millia grossorum Turonensium.* *

* In antiquiore statutorum libro hoc punctum jurandum non invenitur, sicut neque in statutis inclytæ Facultatis juridicæ: attamen adest de anno 1643. rubrica: *Epuli academici, a graduato in Jure certis personis exhibendi. descriptio ad* Clem. *Cum sit nimis* de Mag., ibidemque ex verbis, & motivis ipsius

ipsius Clementinæ ordinabatur *frugalis* refectio, quæ non duret *ultra tres horas*, & in qua *non ultra quatuor pocula* propinatoria bibantur: hæc ipsa cum abrogata sit a pluribus currentis sæculi annis, cessat omne periculum sumptus excessivi, propter quod esset jurandum, adeoque in nostra Universitate hoc juramenti capitulum non est amplius in usu.

III. Quanta est hæc summa, *non excedenda* a quovis, imo juxta *Clem. 2. de Magist.* adhuc *restringenda*, nisi forsan *nobilis conditionis* extiterint graduandi? *

* Non mirum; de hoc quæri seris temporibus nostris; cum ipsi jam veteres, conditæ tamen Clementinæ ævo propiores, dubitaverint, desuperque disputaverint; nos quoque Treviri pridem ex usu dimiserimus nomina Turonensium, veterumque grossorum, hodie solummodo cognoscentes grossum parvum trium Crucigerorum Rhen.

IV. Glossa ibidem verbo: *Argenteorum* ait: Tria millia ista *ascendunt ad monetæ Bononiensis quingentas libras Bononeorum parvorum*, (denariolorum) *ponendo Turonensem pro duobus Venetis, vel 40. Bononiensibus parvis, ut valere consueverant.* Casus *longus* dicit, *esse summam ducentorum quinquaginta* aureorum. *

* Quales hi sint *aurei*, explicavit *Panormitanus* in eandem Clement., esse nempe *Florenos de Camera* in Curia Romana usitatos, existimans, hanc esse veram illorum æstimationem. *Florenum*, & *Ducatum auri de Camera* idem esse, docet *Pyrrhus Corradus dispensat. Apostolicar. lib. 6. cap. 4. num.* 48. Et uberius in *Praxi benefic. lib. 2. cap.* 13. *num.* 17., ubi sic: „ *Florenus* ita „dictus est, quia a *Florentinis* initium duxit, & sic dicitur a *Florentia*, „& per *florem lilii albi* ab una parte, ab altera vero per S. Joannis Bapti„stæ effigiem, in eo existentes; unde apparet, illum sic nominari, non so„lum *a civitate Florentiæ*, sed etiam *a flore lilii*, teste Sarnensi. Qui qui„dem florenus, licet propter varias Provinciarum consuetudines ac varie„tatem *incertam* habeat *æstimationem*, ut ait *Salycetus in l. fin. C. Si cert.* „*pet.* certum est nihilominus, *quod in Romana Curia taxis officialium acci*„*pitur pro Ducato auri de Camera*, teste *Germonio*; & ita intelligendæ sunt „taxæ, quæ in libris Cameræ ad dictos florenos reperiuntur, præsertim in „materiis Consistorialibus; *licet antea florenus hujusmodi fuisset forsan in di*„*cta Curia minoris valoris.* Et præcedente num. 3. sic differit: „ Ducatus „autem *Florentinus* æquiparatur *Ducato auri de Camera*, & nullus *Florenus* „*Cameræ* reperitur, nisi ipse *Ducatus auri de Camera*, nullaque alia mo„neta nuncupatur *de Camera* præter istum Ducatum: *& ita hodie passim ac*„*cipitur in Curia Romana.* „ Hæc nosse oportet *Canonistam beneficialem*, non tantum propter Regulam Cancellariæ 55tam, ut verum valorem annuum beneficii per hoc aureæ monetæ genus exprimat, sed etiam maxime propter Regulam 2dam, & 4tam, ut sciat, *an hæc illave Abbatialis, vel pri-*

ma post Pontificalem, Dignitas sit de reservatis, necne: Taxatur autem numerus florenorum idem, qui *tempore conditarum regularum*, licet florenus iste plus, minusve valeret tempore, quo vacat beneficium; quia est *aurum in auro*, ut olim loquebantur, sive aurum speciei, proindeque, manente eadem specie, eodemque numero ejusdem, potest æstimatio, seu reductio ad argentum crescere, ac decrescere, ut ibid. num. 8. & 9. insinuat *Pyrrhus*.

V. AUREOS istos DD. nostri cum *Covarruvia* communiter explicant ex *Benedicti* XII. Extravagante un. *de Censib. int. commun.* * Et recte; non enim elegisset ibi Pontifex pro *generali* procurationum in visitationibus debitarum *taxa* monetam auri atque argenti, nisi ea plurimis Europæ Nationibus optime nota, atque in commercio usitata fuisset; sicut certum est, quod Sæc. XIV. & XV. longe lateque per Italiam, Galliam, Germaniam, Angliam, Sueciam, Daniam, Poloniam &c. ** cursitaverint *floreni auri de Florentia*, & argentei *Turonenses*, adeo quidem, ut per imitationem a Principibus Germaniæ recuderentur, etiam retentis fere iisdem insignibus harum stamparum.

* Extravagans hæc Benedictina emanavit ad coërcendos diætarum excessus, quibus Legati a latere, Episcopi, Archidiaconi, Decani, visitantes gregem dominicum, magis studebant locupletari, quam plantare, evellere, ac dissipare. Est de anno 1336; & vel ideo servit explicandæ nostræ Clementinæ, utpote tantum 24. annis ipsam præcedenti.

** Hoc patet ex ipsa Extravagante. Sane apud Treviros jam invenio usum *Turonensium* anno 1276. ex charta Archivi S. Simeonis, ubi vendebatur census annuus 15. *Solidorum Turonensium minus uno Turonensi pro* 15. *libris Turonensium.* Census ergo erat 179. Turonenses, capitale, seu pretium 3600. Turonenses: dabantur 5. pro 100, minus unico Turonensi ad totam summam, quod mirabilitate non caret.

VI. SIC autem habet dicta Extravagans *in fin.* §. *porro*, postquam late præmiserat, quot Turonenses quilibet Visitator accipere possit: *Turonenses prædictos* TALES * *fore intelligimus, quod XII. ipsorum valeant unum florenum auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunei Florentini.*

* PONTIFEX explicaturus Turonensem per florenum, ait: *tales;* quia præter hosce Turonenses dabantur adhuc alii, e. g. sub nomine *Solidorum*, Schillingen. *Covarruv. de veter. collat. numism. cap.* 13. §. 2. *num.* 7., videlicet moneta valens 12. *parvos* Turonenses, qui erant majores *duplo*, minores *Crucigero* Trevirensi, sive, ut olim vocabatur, *denario;* nam 10. nostrates denarii faciebant 14., imo & 15. *parvos* Turonenses. Item ait: *tales*, quia dabantur Grossi Turonenses *majoris valoris*, quam ut in unum florenum de Florentia computarentur 12., ut mox videbimus.

VII. FLORENI istius valor dabitur per exempla una cum ipsa *Turonenum* ab invicem diversitate. Examinato *Monetario* Trevirensi, quod extat in *Prodromo* Hist. diplom. Trev. Tom. 2., nec non adhibitis documentis aliis, comperi, distinguendos primum esse grossos *antiquos* a grossis *novis*; deinde *antiquos* subdividi debere in *Regales*, qui & *Philippi*, vulgo Königs-Groschen, ac in grossos, simpliciter dictos *antiquos*, alte Turneß, so man alte Groschen nennet, ut habet quoddam instrumentum Kylburgense de anno 1363. *

* IMO vero ad intelligendum obligationes Sæc. XV. opus est, fecernere *recentioris cunei* Turonenses, qui his, quos Sæc. XIV. vocabant novos, minus valuerunt. Vid. infra §. XXV. & XXVI.

VIII. GROSSUS antiquus *Regalis*, der alte Königs-Turnos, a *Philippo* Augusto, Galliæ Rege, conditus *Philipps-Turnos*, omnium est præstantissimus, & variavit in valore extrinseco. *

* VIDETUR iste Turonensis esse, de quo *Monetarium* Trevir. ad an. 1303. loc. cit. pag. 1167. ait: *Aureus cum scuto* (Ein Schilt-Gulden) *seu clypeo pro* 16. *grossis Turonensibus* ANTIQUIS, *& grosso* NB. HUJUSMODI *pro* 15. *denariis*: 15. denarii Trevir. erant $7\frac{1}{2}$ petermengi, sive ein Reichs-Zehener, id est, duo baciones boni cum dimidio; qualis valoris currunt hodienum parvi Escalini Aquis, & vicinis in locis. Sic valuit adhuc anno 1333., ut probat pergamenum S. Simeonis super domo *ad Cervum* in vico S. Simeonis hic: *uno grosso Turonensi pro quindecim denariis computato.* Quoniam vero moneta argentea nova, præcipue *denarii*, identidem (quod omnes norunt monetariographi) a sua puritate in pejus declinabat, sic iste grossus anno 1347. a 15. ascendit ad 21. denarios Trevir. *Monetar.* cit. pag. 1168. *Grossus Turonensis*, ein Groffer Turnos, vor 21. Trierische denari, & pag. 1170. Ein *Grossus Turonensis*, 21. *denarios Trevirenses*, vocat autem hosce grossos gewisse alte Turnos. Ast anno 1356 valuit rursus (forte propter reductam denariolorum meliorem bonitatem) sicut anno 1303., videlicet 15. Trevir. Crucigeros, sicut hoc probat fundatio cujusdam anniversarii apud S. Maximinum Hist. diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 888.: *Triginta florenos parvos de Florentia bonorum auri, & ponderis, quorum quilibet* NUNC *valet novem* GROSSOS ANTIQUOS REGALES, *& quintam partem unius grossi, &* QUILIBET GROSSUS TRIGINTA DENARIOS *monetæ cursibilis*: & adverte, quod tunc denarius idem fuerit, quod modernus *duplus* Trevirensis: grossus ergo Regalis fecit anno 1356. 15. Crucigeros Trevir., florenus ille 140., sive 70. petermengos, quia quinta pars unius grossi regalis debebat addi ad 135. crucigeros, quos sistebant novem grossi. Hinc æstima valorem domus in vico Flandriæ, anno 1357. reservata retrovenditione intra 60. annos continuos venditæ *pro* 10. *Solidis Turonensium antiquorum Regalium grossorum, bonorum & legalium*, id est, pro 120. talibus periis. Annis sequentibus iterum ascendit: Charta pergamena S. Simeonis de anno 1369. *Annuum censum perpetuum octo florenorum parvorum antiquorum boni auri, & gravioris ponderis Moguntini, quorum quilibet* DE PRÆSENTI

PRÆSENTI *valet* DECEM GROSSOS CUM DIMIDIO ANTIQUOS REGALES *veri cunei regni Franciæ:* florenus parvus tunc valebat 36. *solidos denariorum*, imo & 37. Charta pergamena S. Simeonis de anno 1370. cum illæso sigillo *Cunonis* Archiep. *In ducentis florenis parvis antiquis de Florentia boni auri, & gravioris ponderis Moguntinensis, facientibus* 370 *libras, quolibet per* 37. *solidos computato:* observa, quod florenus iste ab anno 1347. creverit in alterum tantum solidorum propterea, quia 36. solidi denariorum erant post annum 1350. tantundem, quantum antehac 18. solidi denariorum: causa jam est dicta. Itaque tunc 36. solidi erant 36. Triarii Trevir., sive toties 5. Crucigeri Rhenenses, 6. Trevirenses, aut duo Daleri Imperiales: hos statuerunt 10½ grossi antiqui regales: venerunt ergo in unum talem grossum 10. petermengi, 1. duplus, & pauxillum ultra: Quodsi pro floreno ejusmodi ponas 37. solidos, tunc grossus talis faciet pro tunc 21. Crucigeros Trevir., & minutiam ulteriorem, quæ putatur fecisse, ut anno 1371. computarentur 11. tales grossi in unum aureum *Moguntinum* antiquum: Documentum S. Simeonis pro Capellano altaris SS. Simonis, & Judæ, *pro centum, & quinquaginta antiquis florenis Moguntinis boni auri & ponderis Moguntinensis*, UNDECIM ANTIQUIS GROSSIS REGALIBUS *de Francia*, PHILIPPI *nuncupati, pro quolibet floreno computatis:* Aureus Moguntinus *novus* valuit eo tempore 2. Daleros Imperii, & triarium. *Monetar.* pag. 1173. ibi: Einen Gulden von Mentze 3. Marck 12. Penninge, id est, 444. duplos Trevir., facile igitur *antiquus* Moguntinus eundem superavit 5. petermengis.

Additio. Invenio quoque Grossum 9. petermengorum anno 1370. in pergameno S. Simeonis sub integris sigillis *Cunonis* Archiep., & *Cartusiæ* S. Albani: *Grosso pro tribus solidis computato:* solidus quid sub Cunone fuerit, vide ad calcem in quæstione: sed non additur ibi, quod fuerint grossi antiqui *Regales.* Circa idem tempus invenio in Calendario Anniversariorum, & Memoriarum S. Simeonis Sæc. XIV. sic scriptum: D. *Thomas de Gransdorff dedit C. libras in grossis, & sterlingis Turon.* ANTIQU., *quolibet grosso* ANTIQUO *pro* 3. SOLIDIS, *qui fuerunt æstimati dati per* 54. *flor. Mog.*

IX. GROSSUS *simpliciter antiquus* videtur equidem cusus fuisse ad 5. petermengos; * acceptatus tamen fuit in majore valore, etiam usque ad 6. petermengos, postquam semel evaserat *antiquus* **

* ANNO 1345. stetit 5. petermengis. *Monetar.* pag. 1170. *XII.* albe groiss *Turnos* 1. *libr. Heller*, id est, 240. duplis Trevir.; cum tamen anno præcedente stetisset 6. petermengis, ut mox probabitur: videtur itaque anno 1345. revalvatus fuisse ad primævam æstimationem.

** *Monetar.* ad an. 1344. pag. 1169. *Grossus antiquus pro* 12. *denariis*, id est 6. petermengis: tunc stetit florenus parvus 11. solidis denariorum. *Ibid.* i. e. 132. Crucigeris Trevir., sive 66. petermengis: ibant igitur 11. grossi antiqui in unum florenum parvum, sive florentinum. Anno 1356. valuit 5. peterm., 1. Cruciger., 1. dupl., 1. Hallens. modernum Trevir. *Arg.* mox dicti Monetarii pag. 1171. Eine kleine Gulde von Florentz 12. alte Groiss Turnos: stetit tunc

tunc florenus parvus 70. petermengis, ut supra ad §. VIII. ex charta S. Maximini probavi, sive 11. solidis 8. denariis *veteris* monetæ parvæ, 22. solidis 16. denariis *novæ*. Anno 1366. grossus antiquus legitur expensus fuisse pro 6. petermengis. *Monetar.* pag. 1176. vor 1. lb. Heller 10 alde grosse Turnos, fecit ergo quilibet 24. Hallenses, sive duplos Trevir. Concordat passus in *Catholico monetario Goldasti* pag. 181. de anno 1377., ubi *Carolus* IV. Imp. Episcopo Mindensi concessit Zweene schwäre Pfenninge, deren sechs einen alten Turnos gelten.

X. GROSSUS Turonensis *communis*, nec *antiquus*, valebat Sæc. XIV. 10. denariis Trevirensibus, sive 5. petermengis. *

* PROBAT hoc *Monetar.* Trevir. loc. cit. pag. 1167. ad an. 1313., qui proximus erat anno conditæ Clementinæ nostræ: *Florenus pro* 12. *grossis: grossus pro* 14. *parvis Turonensibus:* 10. *denarii Trevirenses pro grosso.* Fecit florenus 5. testones, aut capitella, sive mediam libram *denariorum* ejus temporis, *Hallensium* integram, prout quoque adhuc in annis 1342. & 43. Ibid. pag. 1168. Eine kleine Gulden von Florentz vor 1. Pfund Heller zu nehmen: Ad an. 1339. ibid. legitur: *Florenus pro* 12. *grossis*, *grossus pro* 20. *Hallensib.*: fecit iterum florenus 5. Capitella, grossus 5. petermengos: tantundem anno 1341.. & sic respective 3. & 5. annis post *Extravagantem* Benedicti XII.: *Grossus Turonensis*, ein *Groß Turnos* 20. Heller. *Ibid.* Tantundem anno 1345. Ibid. pag. 1169. *Tres Schillingi grossorum novorum valent* 30. *Schilling denariorum*, id est, 36. tales grossi valent 360. Cruciger. Trevir., 180. petermengos: quinquies 36. sunt 180. Imo adhuc anno 1534 lego, Treviris expensum fuisse Grossum *Metensem* pro 5. petermengis: *Distributi in die sepulturæ pro celebrantibus, & funus conducentibus* 18. *Grossi Metenses: faciunt* 3. *Fl.* 18. *alb.*, i. e. 90. petermengos, florenum more Trevirensi computando pro 24. petermengis, sive 2. capitellis.

XI. QUONIAM igitur nec *Clementina*, nec *Extravagans* Benedicti adjecerunt verbum *antiquos*, vel *regales*, & alias in solutionibus, atque computationibus potius intelligitur moneta *cursibilis*, *vulgaris*, *ordinaria*, & pro tempore legis, vel contractus *communior*, quam *selecta*, & *rarior*, nisi hoc diserte exprimatur; sic per *argenteum* illum, vel grossum *Turonensem*, utrobique intelligo tantum 5. petermengos. *

* ATQUE ita tria millia Turonensium fecerunt 15000. petermengos, sive 5000. triarios Trevir., 2500. dimidia, 1250. integra capitella, 416. florenos 40. Crucig. modernæ monetæ Rhenensis, 277. Daleros Imperii 42. petermengos, id est, 70. Crucig. Rhen.

XII. PROINDE 1.) Recte dixit *Glossa* supra §. IV., quod 3000. Turonenses argentei ascendant ad 500. libras *Bononeorum parvorum*, sive denariolorum

lorum valde minutorum, ponendo unum *Turonensem* pro 40. parvis *Bononiensibus*. *

* Quia, ſicut demonſtravi §. X., unus Turonenſis *communis* valuit Sæc. XIV. apud Treviros 10. denariis Trevir., ſive 5. petermengis: quilibet ergo denarius Trevir. præſtitit 4. denariolos Bononienſes, ſive hodiernos penningos Trevir. Atque ita 4. libræ parvorum *Bononienſium* fecerunt tunc unam libram denariorum *Trevirenſium*, ſcilicet 960. parvi Bononienſes 240. denarios Trevir.: 25. libræ Trevir. 100. libr. Bonon. conſequenter 125. libræ Trevir. effecerunt 500. libras Bononienſes. Sunt autem 30000. denarii, ſive 15000. petermengi Trevir., quos ſiſtunt 3000. Turonenſes, quolibet pro 5. petermengis, accurate 125. libræ Trevirenſes de anno 1312., & ſequentibus, uſque ad medium Sæc. XIV.

XIII. Recte 2.) dixit in Corpore Juris gloſſato *Caſus longus* ad hanc Clementin., quod 3000. Turonenſes faciant 250. *aureos*, id eſt, juxta *Panormitanum* florenos de Florentia, vel Camera. *

* Quia computando juxta Extrav. Benedicti XII. 12. Turonenſes pro uno florentino, & quemlibet Turonenſem pro 5. petermengis, quilibet florenus, ſive aureus talis valuit illo tempore 60. petermengos: ducenties quinquageſies 60. ſunt 15000. petermengi.

XIV. Cum itaque Gloſſa, Caſus longus, & coæva documenta Trevirenſia, punctualiter concordent, & in talibus materiis vel ſola coincidentia plurium probet rei tactum, diſcamus

a) Quod tunc *Florenus de Florentia* de curſu ordinario ſteterit 5. capitellis, donec paulatim aſcenderit; *groſſus* autem *vulgaris*, ſive contradiſtinctus tam a *regali*, quam ab *antiquo* groſſo, valuerit 5. petermengis, donec ſuccedentibus deterioribus groſſis *novis* & ipſe venerit ad 6. petermengos.

b) Discamus diætas *Viſitatorum* juxta Extravag. *Vas electionis*. Sic e. g. in Germania *Archidiaconus* non accipiet ab Eccleſiis, nullum, vel minus duodecim, Collegium habentibus, ultra 50., *Archipresbyter*, ſive Decanus ruralis, non ultra 10. Turonenſes pro unius diei procuratione: *primus* ergo non ultra 250. petermengos, id eſt 4. Imperiales 34 petermengos, *ſecundus* non ultra 50. petermengos. Hodie tamen propter caritatem, & aucta rerum pretia Epiſcopi auxerunt taxam, quemadmodum pro Archidiœceſi Trevir. anno 1757 ſic conſtituta eſt, *ut Decano pro viſitatione cujusque Parochiæ ſolvatur unus Imperialis, Definitori aſſiſtenti dimidius, Parocho pro hoſpitationis ſumptu duo floreni Rhenani; hæ autem pecuniæ deſumantur ex fabrica tam parochialis Eccleſiæ, quam filialium, & capellarum, ſi quæ ſint pro rata virium inter has diſtribuendæ, in harum autem defectum a parochianis.*

c) Discamus, quantum licuerit per *Extrav. un.* Joannis XXII. *de ſent. excom.* anno 1316. accipere expeditoribus literarum gratiæ *absque inſolitis clauſulis*

nemp

nempe *Abbreviatori* dabuntur 10. Turonenses, *Executori*, sive scribæ, 12. Primus accipiet 50. petermengos, alter 60. Quodsi clausulæ *insolitæ* venerint bullis inserendæ, quælibet scribenda linea solvetur quarta parte unius Turonensis, sive 10. Bononeis parvis, 1. petermengo, 1. duplo Trevir.

f) INTELLIGE quoque Statutum *Balduini* Trevir. de anno 1310. cap. 116. *In Ecclesiis, in quibus super conviviis in receptione Canonici, vel Monachi, tempore præsentis statuti consuetudo servabatur, loco convivii hujusmodi, post receptionem prædictam pure, & simpliciter factam, una præsentetur cappa ad ornamentum Ecclesiæ, valoris centum* GROSSORUM *Treverensium* ANTIQUORUM, *ubi alias cappa majoris pretii minime solvebatur.* Statutum antiquum S. Simeonis habet; *centum grossorum* TURONENSIUM. Ait Balduinus: *antiquorum*, & ideo pro quolibet tali Turonensi dabantur 12. denarii, sive 6. petermengi: centum faciunt 600. petermengos. Huic conformiter valori *Jacobus* a Sirck Archiep. taxavit anno 1449. pro Canonicis S. Simeonis, & cappa chori, hos centum antiquos Turonenses ad 25. florenos: sunt hi *Mosellani*, scilicet quilibet 24. petermengorum: vigesies quinquies 24. sunt 600. En novam demonstrationem, quod grossus *Turonensis antiquus* sit moneta unius dimidii capitelli: hodie comparative ad moderna capitella dimidia lubenter acceptaretur talis grossus pro 9. petermengis, si non ultra.

XV. ARGENTEUS Turonensis *antiquus*, elegantissimus nummus, me-
or hic locum in effigie ex cuneo *Philippico*, cujus duas teneo species. Facies
'ersa habet in extimo circulo hæc abbreviata: *benedictum sit nomen Domini*
s Christi; in circulo intimo, intra quem Crux: *Philippus Rex*, is nempe,
cognominabatur *Augustus*. Aversa exhibet ferrum foculare, Eine Feuer-
igel: * circularis inscriptio: *Civis Turonus*: ** ponderat unam drachmam
(Quintlein) in lothone habet 15. gradus ***.

EXINDE vulgus vocabat *tremissem* ejus ein Philipps-Feuer-Eysen, de quo, non *de toto* Turonensi Philippico, accipe valvationem quatuor Rheni Electorum de anno 1502. *Prodrom. Hist. diplom. Trevir. Tom.* 2. *pag.* 1182. Ein Philipps-Fuyrisen 2. albos, puta *rotatos*, id est 4. petermengos; valuit ergo tantum, quantum *aliud* foculare *duplicatum*: Ein dubel Fuyrisen 2. albus: Ein halb Fuyrisen 1. albus: *Ibid.* tria dimidia focularia ferra faciebant grossum Turonensem vulgarem, sive 6. petermengos.

** HAC inscriptione discernitur *Turonensis* Regalis a *communi* grosso Gallicano, ut notavit Professor *Joachim* Unterricht von dem Münzweesen *lib.* 2. *cap.* 2. §. 9.; nam grossi *Philippi* pulchri, *Ludovici* Regis, & aliorum, licet quoque præ se ferant foculare ferrum, non tamen habent hæc verba: *Civis Turonus*, suntque minoris valoris. In theca monetaria S. Maximini Trevir. vidi Turonensem *Caroli* Regis, per omnia simillimum *Philippico*, in quo & verba: *Civis Turonus*: hanc postremam monetam *Joannes* XXII. banno suo communivit in Extrav. un. de Crim. fals. *Alii vero monetam falsam sub vero signo charissimi in Christo filii nostri* CAROLI, *Regis Francorum, & Navarræ illustris, studiose depravant, & ex hoc cadit a suo recto*

 pondere.

pondere. Quam plures etiam in locis circum vicinis, quibus de jure, aut consuetudine, seu privilegio, jus competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ monetæ suæ, quam fabricant, imprimere, seu insculpere moliuntur, ejusdem quantitatis, & jucunditatis, literarum figuræ, quam habet moneta regia, monetæ suæ, quam fabricant, quantum possunt similius; speciem, & formam insculpunt, constituunt, & imponunt; & quamvis moneta prædicta eorum, ad usurpatam similitudinem perducta, deficiat a justo pondere argenti, & solito in regia moneta & more & consuetudine observato, simplices tamen, & populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie ea occasione in usu monetarum, recipientes monetas falso assimulatas pro veris. Hi, & similes falsarii feriebantur excommunicatione Papæ reservata. Fuit hæc constitutio *temporalis*, neque extenditur ad monetas successorum Caroli, multo minus generaliter contra quosvis falsatores monetarum ubique locorum.

*** Sicut experimento probavi, ita quoque docet expertissimus rei monetariæ *Joachimus* loc. cit. Die Turnosen sind in der Statt Tours gepräget worden, daher sie auch den Nahmen bekommen haben, und werden selbige sonst genennet Argentei, Grossi denarii Turonenses: sie hiessen Gros, Groschen, weilen sie die dickeste Silber-Müntz waren, deren man sich in Frankreich bisher bedienet hatte. Diese Müntze ware ehedem sehr starck im Gange: sie hielte 15. Loth, und 64. Stück eine Marck aus. Hinc æstima ejus valorem: quatuor faciunt infallibiliter parvum Dalerum Franciæ, *un petit ecu de France*, einen halben 7ben-Kopfstücks-Thaler, einen kleinen Thaler; nam imprimis sunt lothone argenti eidem pares, deinde quatuor ponderant semunciam, ein Loth: Quo igitur tempore, sicut adhuc bene recordor, integer ille Dalerus gallicanus erogabatur pro 7. capitellis, unde & nomen accepit in Germania, stetit unus grossus antiquus Regalis per proportionem $10\frac{1}{2}$ petermengis, sicut anno 1347.; nam octies $10\frac{1}{2}$ petermengi faciunt 7. capitella. Plane itaque erravit *Waradinus* ille, sive, ut leges ajunt, *Zygostates*, qui 22. Aug. 1741 consultus super aliqua obligatione redimibili de anno 1363. respondit: 7 Pfund alter Königs-Tournesen seynd werth 161. Reichs-Thaler: Aut iste nescivit, quot Turonenses essent 7. libræ Turonensium, aut quanti valeret unus. Septem libræ sunt 1680. Turonenses: octo faciunt *uncialem* prædictum Galliæ: resultant 210. tales unciales: quanta diversitas a 161. Daleri Imperii ad $4\frac{1}{2}$ capitella! Sed adhuc palpabilior est error, qui ibidem mox sequitur: 5. Schilling Tournesen (erant similiter *Regales*, & constituunt 60. 40. Alb. Colon., qui sunt dimidius Dalerus Imperii: debuisset scribere: $7\frac{1}{2}$ Unciales Galliæ. Hiulcum est finale: 7. Tournesen, die man nennt alte Groschen, seynd werth 1. Reichs-Thaler 32. Alb. Ergone plus valerent 7. Turonenses *antiqui*, quam 5. solidi Turonensium *antiquorum Regalium?* Jure merito igitur hoc judicium imperiti in arte periti rejecit Consilium Luxemburgense, præcipue quoque hac de causa, quod super eadem illa lite, iisdemque sortibus monetarum, *tria dissonantia* responsa dedisset. Nihilominus spes mihi nulla sit, fore, ut illustres Germaniæ Judices dimittant præjudicium, *standum esse attestatis Zygostatum Circulorum Imperii:* concedo lubenter quoad examinandum valorem monetæ, ipsis transmissæ, & quoa

et

ea, quæ *physice* probantur analysi per ignem, atque examine per pondus, & lapidem lydium, quoad *historica* nego, pernego, eos sive pro *juratis*, sive pro *peritis* in arte, hoc ipso, quod *Waradini* sint, habendos esse, cum nihil sint aliud, quam *Docimastes*, *Æstimatores*, *Censores*, *Probatores* monetæ a se visæ.

XVI. *Vero* cuneo Turonensis *Gallicani* subjungo alium, per licitam, publicamque imitationem in Germania fabricatum, nempe *Tuitiensem* Archiep. Colon. *Hermanni*. In adversa extimus circulus literalis ait: *Sit nomen Domini benedictum*, intimus signat *An. M. CCCCLXXXII.* In aversa, ubi *ferrum soci*, extimus circulus habet verba: *Turonensis Tuiciensis*, intimus: *Hermanni Archiep.* *

* PONDERAT tres quartas semunciæ, 3. 16-theil, & est graduum 14. in lothone: nequit ergo valore æquare Grossum *regalem* antiquum. Medietas ejus, Ein Duitscher Hermanus-Blanck, taxata fuit an. 1502. pro 17. Hallensibus rotatis. *Monetar. Trevir. pag.* 1182., ideoque iste Turonensis *Tuitiensis* ad minimum valebit 5. petermeng. 1½ Crucig. Trevir., imo bene 6. petermengos, & ultra, hodie.

XVII. QUID nunc grossus *Trevirensis?* Treviri habuerunt *duo genera* grossorum: * Unum *simplicem*, einen einletzigen, einfachen, Trierischen Groschen; ** alterum *duplicem*, einen doppelten, oder Peters-Groschen. ***

* UTERQUE venit sub nomine valde generali, & æquivoco alicujus *Albi*, eines Weiss-Pfennings, ex quo profecti sunt errores multi circa antiquas obligationes; cum debitores obtrudere soleant albos *minores* loco *majorum*. Grossum *duplicem* Histor. diplom. Trevir. recte vocavit *Album Grossum*, male *Album rotatum*.

** *Simplicis* grossi effigies varias conspice in *Prodromo Hist. dipl. Trev.* Tom. 1. pag. 624., videlicet Archiep. *Udonis* sub num. VIII. *Cunonis* sub num. XIX. tabul. 1., & tab. 2. *Werneri* sub num. XXVIII., & XXIX., nec non in Tom. 2. Hist. ejusd. pag. 885. *Jacobi* Badensis sub num. XXIV.

*** *Duplicis* grossi Trevirensis diversos typos dat ead. Hist. Tom. 2. pag. 885. sub monetarum num. V. XI. XIV. XV. XVI. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIV. XXV. XXX. XXXI. Multos quoque protulit *Joachimus* im Groschen-Cabinet.

* Ipse *Rigantius* loc. cit. num. 12. refert Consultum Congregationis particu S. R. E. Cardinalium d. d. 7. Jan. 1710., per quod solutio fieri debe *auro*, & si aurum pluris valeat, solvique velit in argento, non sufficit nor hodierna proportio: propter quod ipsum *scutum Romanum* auri in valens ab initio sub *Leone X. undecim* tantum *Juliis*, excrevit succe ad 15. Julios, & sub *Alexandro VIII.* ad 16., postea ad $16\frac{1}{2}$ sub *Clem XI.*; contra quod cum murmurarent *Sollicitatores* literarum Apostolica *Gallicani*, vulgo *les Banquiers*; ipse *Rigantius* dedit sentimentum juris trarium in idiomate Italico, idque propter *auctum auri pretium*, atque *tatam proportionem* ejus ad argentum; id quod valde naturale est, suppo quod debeatur *aurum in auro*, sive, quod idem est, *Ducatus in specie*.

V. Sed Regula sic est intelligenda, quod, *quotiescunque Papa se exp in literis* per libras parvorum Turonensium, *semper sub nomine unius libræ in gat florenum auri de Camera*, i. e. Ducatum optimum, velut illum Regni H gariæ: * sive pro *una illa libra*, prout *monetarum ære mixtarum congeries est* commercio detur *Ducatus*, sive non.

* Et sic Papa non dixit, *se acceptaturum esse unam libram parvorum Turonen loco unius Ducati*, sed, *quando sibi*, *Cameræ*, *aliis* in vim taxæ Apc licæ, *solvendæ sunt tot libræ parvorum Turonensium*, *idem esse*, *ac si ta set Papa*, *tot Ducatos solvi debere:* igitur *moneta significans*, nempe parvorum Turonensium, nequit solvi *in semetipsa*, sed in *suo signifi* quod est *Ducatus auri;* & si adhuc hodie currerent *Turonenses parvi*, dem bonitatis, cujus erant e. g. an. 1313., non sufficeret pro libra, in ris Apostolicis taxata, solvere 15. *vel* 20. *solidos* parvorum, sed tot, *u lore suo interno peræquarent currentem proportionem argenti ad aurum*, recentiore ævo nimis variavit.

VI. Quod autem Papæ *antiquitus* sumpserint *libram parvorum Tur sium*, & *Florenum auri de Camera*, pro rebus synonymis, in causa fuit; *ante medium Seculi XIV.* hæc duo *in ipso etiam commercio* sic æquivalebant pro *libra 15. solidorum Turon.* daretur *florenus parvus de Florentia*, Floren seu Moguntini, ponderis, & legis; ac vice versa *pro uno Floreno parvo de rentia* commutarentur 15. *solidi parvorum Turonensium.* *

* Hos 15. *folidos* olim *pro libra* computatos fuiffe, fupra oftendi §. IX. & XI. *Sect.* 1. Et *hoc fenfu* verum dixit *Rigantius* h. l. num. 3., quod *ex duodecim illis Turonenfibus argenteis, de quibus loquitur* Extravag. *Vas electionis* §. *porro* de Cenfib. int. com., *libra conftituatur;* non utique *libra ponderis* 12. unciarum, vel 20. folidorum, qui vulgariter dicuntur Germanis Loth; erant quippe *tantum unica uncia* noftras argenti 15. lotonum; fed *libra* Germanicorum *Hallenfium*, i. e. 240. Hallenfes, Heller, aut *libra parvorum Turonenfium*, computando hanc libram, non *per* 20., fed per 15. duntaxat *folidos numerales* parvorum, in unumquemque folidum 12. parvos conjiciendo: 15. igitur folidi fecerunt 180. parvos, æquivalentes uni moderno unciali Galliæ, ad quem fiftendum tantum requiruntur 120. petiæ de illis, quæ modo vocantur *folidi, fols,* in Gallia, & ideo pro *una tertia* meliores funt parvis Turonenfibus. Supradicti vero *Turonenfes argentei* quorum 12. æquivaluere uni floreno auri Sæc. XIV., penfarunt finguli 2. *fcripula legis* 15. *lotonum:* quilibet valuit 15. parvos Turonenfes: ergo *florenus auri, duodecim Turonenfes,* & 15. *folidi parvorum Turon.*, erat unum, idemque.

VII. Sed hoc poftea immutato, nihilominus Papa *in literis Apoftolicis*, & *rebus Cameram Apoftolicam concernentibus*, exprimens *libram parvorum Turonenfium* cenfetur exprimere *Ducatum auri de Camera.* *

* Imo vero, tefte *Rigantio* ad Reg. Cancel. 55. num. 18., de *moderno ftylo* Curiæ Romanæ omnis moneta in *Gratiis Apoftolicis*, in quibus de illa facienda eft mentio, reducitur *ad Ducatos auri de Camera*, & fic exprimitur, tam in *literis Apoftolicis*, quam in *fupplicatione*, licet per eand. reg. licuerit, valorem verum annuum beneficiorum exprimere per *Marchas argenti*, aut *Sterlingos*, vel LIBRAS TURONENSIUM PARVORUM, feu *Florenos auri*, aut *Ducatos*, vel *uncias auri*, feu *aliam monetam*, fecundum communem æftimationem. Antehac vero, fi dixiffes, beneficium valere 100. *libras parvorum Turonenfium*, putans *centies* 15. *folidos* eorum, five 100. unciales Galliæ, te decepiffes; nam Curia intellexiffet, tuum beneficium valere 100. Ducatos.

Additio. Huc etiam refer regulam Cancellariæ 72., quæ permittit *Vice-Cancellario* Papæ, ut ipfe poffit fignare fupplicationes de beneficiis, quorum *valor annuus* non excedit valorem 100. *Florenorum auri de Camera*, vel *totidem librarum Turonenfium parvorum:* poteft enim fignare, etiamfi valor annuus excederet 100. *unciales* Galliæ, & adhuc plures; dum modo *non* 100. *Ducatos*.

VIII. Ex quibus explicatis patet nunc, quantam pecuniæ fummam Extravag. *Salvator* 5. Joan. XXII. *de preb. int. com.* an. 1316. conftituerit Epifcopatui *Tholofano*, tanquam fufficientem, nempe *quinque millia librarum Turonenfium* annui reditus. *

* Loquitur Papa in *literis Apostolicis*, nec adjecit verba: *usualis moneta*; hin non intellexit tantum 5. millia *uncialium* Galliæ, sed 5. millia *Ducatorum*.

IX. Fluit quoque sponte interpretatio Constitutionis Benedicti XII., an 1336. ad promovenda Monachorum studia editæ, in *Tom. I. Bullarii magi* pag. 222. cap. 6.

* Nempe Monachus *extraneus*, qui *Theologiam*, vel *Jus Canonicum*, in aliquo Monasterio docet, accipiet, *præter victum, & vestitum* annue pro salario de ctionis pensionem, *quæ* 20. *librarum Turonensium parvorum summam non ex cedat:* Monachus *de monasterio* docens accipiet pro libris emendis, vel alii suis necessitatibus, juxta dispositionem Superioris, ultra victum, & vesti tum, annue 10. *libras Turonenses.* Et *cap.* 8. dabuntur Monacho, *extra mo nasterium* in *studio generali*, sive Universitate, legenti, *Magistro* in Theolo gia *sexaginta*, sed *Baccalaureo*, nec non *scholari* Theologiæ, *quadraginta* Doctori Decretorum, *jura canonica* in hujusmodi *studio* legenti, *quinqua ginta*, Baccalaureo autem, seu scholari Canonistæ *triginta quinque libræ Tu ronensium parvorum*, vel *earum valor* in alia moneta, *pro victualibus, vesti mentis, libris, & quibuslibet necessitatibus.* Quia Pontifex hic locutus est hinc dabuntur *totidem Ducati.* Sed, postquam interea *rerum pretia* sunt au cta; nec ubique sunt eadem; hinc *quoad monachos*, ad *studia generalia* mis sos, hæc constitutio teneri non potest hodie: quoad *Professores extraneos* qui docendi causa vocantur ad monasteria, Abbates solent *ipsa Bulla esse ge nerosiores;* quoad *Lectores* vero suos *de Domo* tanto *parciores;* quibus misel lis sufficit *honos Professuræ* cum suo tædio, & quies nocturna a matutinis nisi, cum Abbas, ipse doctus, studiorum amans est, & sic agnoscit penitius veritatem ejus, quod dicebat *Benedictus* XII. loc. cit., *per studium sacræ paginæ ad cognitionem excellentiæ divinæ familiarius perveniri, ac per agnitionem humani juris animum rationabiliorem effici, & ad justitiam certius efformari;* sicut *Trevirenses* nostræ Abbatiæ, tam prope, quam ultra Metropolim, talium Præsulum zelo feliciter in Domino cum eximiis suis PP. Lectoribus gaudent, & gloriantur.



IX. JO-

IX.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES,

SS. Theolog. & U. J. D. &c.

DISSERTATIO

INSINUATIONIS PRIMARIARUM PRECUM CÆSAREARUM NECESSITATEM ET EFFECTUM SISTENS.

Wirceburgi MDCCLXXVIII.

CONSPECTUS TOTIUS DISSERTATIONIS.

§. I. *Authores varii, qui jus primarum Precum Cæsarearum illustrarunt, indicantur.*

§. II. *Unica spica ex eorum messe relicta, sive* insinuationis necessitas, *hic legitur.*

§. III. *Insinuationis ab acceptatione distinguendæ notio sistitur.*

§. IV. *Aliqua ejusdem necessitas ab omnibus agnita ad suum effectum inter varios Doctores adhuc controversum reducitur ac determinatur.*

§. V. *Antipatroni sive necessitatem Insinuationis ad effectum ligandi potestatem Ordinarii collatoris negantes enumerantur.*

§. VI. *Eorundem argumenta præcipua referuntur.*

§. VII. *Adfirmativa sententia adseritur & luculentius explicatur.*

§. VIII. *Hujus Patroni laudantur.*

§. IX. *Eadem Imo. Generalibus sanæ rationis & juris principiis demonstratur.*

§. X. *IIdo. Argumentum ex* Cap. Duobus 14. de Rescriptis in 6to. *depromitur.*

§. XI. *IIItium.* ex Cap. Si capitulo 5. de Concess. Eccles. vel Præbendæ non vac. in 6to *deducitur.*

§. XII. *IVto.* Cap. Quia cunctis 1. eod. in 6to *adlegatur.*

§. XIII. *Resolutio difficultatum, quæ contra* defectum insinuationis *obmotæ fuerunt, ibidem occurrens ad insinuationem primarum Precum adplicatur;*

§. XIV. *Refertur pariter resolutio illarum, quæ* defectum acceptationis *ferire videbantur.*

§. XV. & XVI. *Quin tamen exinde nimii probatio adversus nostram sententiam retorqueri valeat.*

§. XVII. *Vtum. argumentum indultum Basileensis Concilii* SIGISMUNDO *Imp. concessum suppeditat.*

§. XVIII. *Vto. Indultum* NICOLAI V. FRIDERICO III. *concessum anno* MCCCCLI. *modo post* publicationem *Precum acceptationi Beneficii & obligationi Ordinarii locum tribuit.*

§. XIX. *Cui non adversatur alterum ejusdem Indultum de anno* MCCCCLIV. modum & solennitatem *insinuationis vel publicationis, eandemque collationi* subsequam *remittens.*

§. XX. & XXI. *Eadem intentio ex litteris* CALIXTI III. & *Indulto* INNOCENTII VIII. *pro* MAXIMILIANO I. *adhuc Romanorum Rege luculentius colligitur.*

§. XXII. *Neque obest omissio verborum illorum:* ex die insinuationis, *in posterioribus indultis observata, neque clausula:* anteferri iis, *qui in numerum Canonicorum jam essent recepti.*

§. XXIII. *VIImo. Diplomata Precum ejus expressione non indigent, dum ad Capitula diriguntur, & vacans tantum vel vacaturum posthac Beneficium Precistæ dari mandant.*

§. XXIV. *VIIIvo. Executoriales litteræ idem evincunt.*

§. XXV. *IXno. Insinuationum formulæ, quæ exhibentur, & Precistarum in insinuando mature ante vacationem Beneficii sollicitudo adstipulatur.*

§. XXVI. *Xmo. Praxis Consilii Imperialis Aulici & præjudicia suffragantur.*

§. XXVII. *Difficultates supra* §. *VI. recensitæ removentur.*

§. XXVIII. *Denique in casu cessionis vel transcriptionis Precum in alium novam insinuationem requiri concluditur.*

§. I.

§. I.

Actum agere videri possem nonnemini, qui primarum Precum Cæsarearum nomen fronti præsentis opellæ scholasticæ præfixum conspexerit. Innumeros enim esse Doctores maximi nominis nemo ignorat, qui Jus primarum Precum Cæsarearum, tanquam prærogativam singularem Augustissimo Imperatori veluti summo Ecclesiarum intra Imperii Romano-Germanici limites sitarum Advocato & Protectori ex antiqua & inveterata observantia delatam, eruditissimis lucubrationibus suis deduxerint, defenderint & illustrarint. Germanorum fere nullus est Juris Canonici interpres, qui in diversis licet Titulis Decretalium vel de Præbendis & Dignitatibus, a) vel de Concessione Præbendæ, b) vel de Institutionibus, c) de Jure Patronatus, d) aut in suis ad Institutionum normam, vel arbitrarie quoque efformatis Juris Ecclesiastici systematis e) peramplam illi sedem non constituerit. Ii quoque, qui in Jus Publicum Imperii Rom. Germanici commentati sunt, inter Jura Imperatoris vel Reservata

a) Engel Colleg. Univ. Jur. Can. Lib. III. Tit. V.
Wiestner Inst. Canon. Lib. III. ibid.
Schmalzgruber ibid.
Wagnereck in Commentar. Exeget ad Cap. XIX. ibid.
Pirhing Jur. Can. Lib. III. ibid. Sect. IX. §. VI. & VII.
Boehmer Just. Henning. Jur. Eccles. Potest. Lib. III. eodem.
Thomas Schmiz, Medul. Jur. Can. Lib. III. Tit. V. Quæst. IX.

b) & c) Idem Boehmer Inst. Jur. Can. Lib. III. Tit. VII. & VIII.

d) Pichler Jur. Can. Lib. III. Tit. XXXVIII. num. XXVIII. & IX.

e) Van Espen Jur. Eccles. Univ. P. II. Tit. XXV. Cap. IX.
Zech de Jur. rer. Eccles. Part. poster. Sect. III. Tit. X. §. 144. & seqq.
Ant. Schmidt Inst. Jur. Eccles. Tom. I. Cap. II. sect. I. & seqq. §. CCLII. seqq.
Franc. Schmier Jurisprud. Can. Civ. Lib. III. Tract. I. P. II. Cap. III. Sect. III.
Wolfg. Schmitt Inst. Can. Lib. III. Tit. XXXV.
Domin. Schramm Institit. Juris Eccles. Lib. II. §. 499.
Georg. Ludov. Boehmer Princip. Jur. Can. Lib. III. sect. IV. Tit. XIII.
Joan. Georg. Pertsch. Element. Jur. Can. Lib. II. Tit. XXX. §. 896.

vata vel Sacra id omittere nec voluerunt, nec potuerunt. *f*) Alii demum data opera singularibus libellis tractatibus aut dissertationibus scholasticis id deducere ac illustrare conati sunt. *g*) Alii variis occasionibus excitati idipsum adversus impugnationes aliorum ac præsertim, ubi Indulti Pontificii necessitas in utramque partem acerrime ventilata fuit, totis viribus tueri & defendere adlaborarunt. *h*)

§. II.

Sed integrum amplissimi hujus Juris ambitum uno veluti pugno hic comprehendere animum nobis haud esse, ipsa Rubricæ verba satis commonstrant. Immensam illud segetem offerret, quæ uberrimam aliis messem effecit, ex qua pauculas tantummodo spicas ab his relictas colligere proponimus. Non infrequens enim esse solet iis, qui integros Tractatus & Commentarios de uno Juris, præsertim Publici, sive profani sive Ecclesiastici argumento in lucem publicam edunt, ut quæstiones particulares connexas, præsertim privatorum Jura concernentes vel penitus negligant, vel obiter saltem ac leviter attingant, eas, quibus vel demonstrantur, probationes, aut quibus controverti possunt, difficultates quasi contemptui habentes. Quod ipsum de Jure primarum Precum Sacræ Cæsareæ Majestati debito commentantibus contigit. Ejus enim quasi amplitudine obruti aut mole fatigati, quæ ipsas Precistarum obligationes & jura

f) MOSER Deutsches Staatsrecht III. Theil. ates Buch Kap. XXXI.
HERMES Fascic. Jur. publ. C. XI. §. VI.
FREHERUS ad PET. DE ANDLO de Rom. Imper. Lib. II. Cap. IV. pag. 179.
LIMNAEUS Lib. II. Jur. Publ. pag. 9. §. 2. seq.
SCHWEDERUS Introduct. Jur. Publ, part. spec. Sect. I. Cap. V. §. XIII.
PAURMEISTER de Jurisdictione Lib. I. Cap. IV. §. XLI. seq.
BURC. GOTTH. STRUV. Corp. Jur. Publ. Rom. Germ. Cap. XI. §. 21.

g) BESOLD. Thesaur. pract. voce primariæ Preces pag. 763.
JOAN. A CHOKIER in Scholiis ad primarias preces.
AHASV. FRITSCH. Opusculorum variorum Part. I. Tract. V.
ERNEST. FRID. SCHROETER. GERH. VON STOCKEN. JOAN. EHRENFR. MAYER. ADAM. CORTREJUS. NIC. CHRISTOPH. DE LINKER. GEORG. HENR. AYRER. ANDREAS BRANDT.

h) MICH. HENR. GRIBNER, Diss. de prec. prim. Imp. citr. indult. Pontif. validis.
CONRAD. OLIGENIUS Diss. de primar. precibus Imperial. Friburgi Brisgojæ. 1707.

ra adtinent, levi vix digito movenda duxerunt. Scholasticis autem exercitaonibus & Dissertationibus, utpote brevius pertractandis, hoc magis proprium que opportunum videtur, ut particularia ejusmodi Themata plenius dedunt, solidius probent, ac eruditionibus illustrent. Quam ob causam præsens :c ad solam insinuationem Precum sæpe dictarum studiose restringitur ac iitatur.

§. III.

Quemadmodum autem Augustissimus Imperator Jus Precum suarum Cæ'earum exercere intuitu alicujus Ecclesiæ intra limites Imperii Romano-Gernici sitæ censetur, quando vigore illius nominat per litteras suas, quas Dima Precum primariarum vocant, *a*) Clericum quendam ad quodcunqûe Beficium in ea vacans vel vacaturum, quod Precista duxerit intra mensem a die tæ vacationis acceptandum, a Collatore Ordinario necessario admittendum l instituendum; ita *Insinuatio* Precum Cæsarearum actus recte definitur, quo minatus ejusmodi literas Cæsareas nominationis testes Ordinario Collatori ;itime præsentat & exhibet, quo illum de sui nominatione ab Augustissimo mentissime decreta edoceat. Plane vero hæc *insinuatio* ab *acceptatione Bene*i separanda venit, tanquam prorsus diversa, quæ vigore diplomatum Cæsarum intra mensem a die notæ vacationis necessario declaranda Precistæ inigitur. Hæc enim actus est, quo declarat Precista per Diploma Precum, e antea jam dudum quocunque demum tempore productum & oblatum, sihuic ipsi etiam declarationi simul adjunctum nominatus, se de Beneficio actu :ante provideri ab Ordinario Collatore, nullumque alium vacationis posteris casum expectare velle, sed nunc actualem Precum suarum executionem etere. Huic certus terminus, unius videlicet mensis a die notæ vacationis nputandi, est præfixus. *Insinuatio* hunc equidem excedere non potest *post* :ationem Beneficii jam inductam, *antea* vero nullum habet, ut vel statim vel ius quocunque demum tempore, tam vacante jam beneficio, quam necdum :ante, pluribus etiam post expeditionem Diplomatis annis, imo & post mor- n Imperatoris etiamnum fieri possit. *b*) Inde sequitur & altera Differentia, quod

a) Quod diplomata hæc Precum in Cancellaria Imperii expedienda Præcistæ intra trimestre spatium ibidem redimere teneantur, nisi eorum jacturam facere velint, docet JOANNES PHILIPPUS GODEFRIDUS V. GÜLICH, Wezlariensis in Dissert. Præside D. AYRERO Goettingæ anno 1752. edita §. 19. ad Cap. Cæsar. Art. 22. §. 7. seq. & præsertim 11. provocans.

b) Nam sicut alia gratiæ rescripta & Privilegia per mortem concedentis non cessant, re etiam integra, & præsentatio legitime facta a Patrono non exspirat, etsi is ante institutionem Præsentati e vivis discesserit; ita pariter primæ

quod acceptatio, ut cum effectu fiat, vacationem Beneficii actualem supponat. Nam uti Beneficium necdum vacans conferri non potest, juxta *Tit. de Concessione Ecclesiæ vel Præbendæ non vacantis*; ita nec cum effectu acceptari potest. Id quod ob eandem voti captandæ mortis alienæ occasionem amputandam disertis verbis *Cap. Ne captandæ 3. eod. Tit. in 6to.* prohibet. Insinuatio vero nihil habet incommodi, & aliquem, necdum licet vacante beneficio, effectum sortitur, quem paulo post plenius indagabimus.

§. IV.

Necessariam esse Precum Cæsarearum insinuationem, nemo sane est, qui dubitare possit. Tralatitium enim est, ea, quæ facti sunt, probanda esse ab adserente, qui in eo se fundat. Precista autem, qui in vim *nominationis* ab Imperatore obtentæ ad certam Ecclesiam ab ejusdem collatore admissionem & investituram petit, in hoc totum suæ petitionis fundamentum collocet, necesse est. Ejusdem proinde probatione supersedere haud poterit. Nullibi enim præsumptio quædam suffragatur, vel Cæsarem ad hanc præcise Ecclesiam Preces aliquas decrevisse, vel hanc numero personam easdem in sui favorem impetrasse. Atque hunc in sensum omnino quadrat adlegatum hanc in rem ab AHASVERO FRITSCHIO *a*) *Cap. Cum in Jure 31. de offic. & potest. Jud. deleg.*, quod nemo nisi de Mandato Sedis Apostolicæ (Majestatis Cæsareæ) „certus extiterit, exequi cogatur, quod mandatur.„ Veruntamen an ita sit necessaria, ut ea non facta Ordinarius libere conferre vacans beneficium possit, ita, ut comparente adhuc licet intra mensem Precista ea tamen collatio subsistat & retractari non valeat? dubitari aliquatenus potest. Sive aliis verbis: an ad hunc effectum insinuatio ista necessaria sit, ut libera alias collatoris potestas ab ea modo ligari incipiat, & ab isto tantum tempore facultas acceptandi intra mensem beneficium quodcunque vacaturum Precistæ concessa fundetur? Atque in hoc controversiæ præsentis cardo reponitur.

§. V.

primæ Preces, quæ si non fortius, saltem æquale, jus tribuunt. Praxin modernam Ecclesiarum huic adsertioni suffragari ostendit BRANDTIUS Cap. VII. §. I. sub Lit. b, ubi multas Preces a CAROLO VII. datas demum post ejus obitum in effectum deductas esse scribit.

Addatur GEORG. LUDOV. BOEHMER loco supra citato §. 547. not. c. adlegans Cap. 5. de Concess. Præbend. in 6.

EHRENFRIED. MAYER de Jure primar. Precum §. 114.

GEORG. AYRER Cap. 6. §. 12.

a) Opusc. Parte I. Tract. V. Cap. 5. Num. 17.

§. V.

Studiose omnino statum quæstionis, de qua agitur, arctioribus limitibus coarctandum & exactiori cum industria prævie determinandum esse existimavi. Ubi enim varios ex supra adlegatis Doctoribus, & vel Juris Ecclesiastici, vel Publici Imp. R. G. Commentatoribus aut Decretalium interpretibus pervolvere mecum constitui; illi, qui saltem insinuationis Precum meminisse dignati sunt, hac super quæstione ita secum invicem conspirare primo obtutu visi sunt, ut supervacaneum plane existimari potuerit, ejus discussioni prolixius immorari, aut eadem prælum non modo, sed & Lectoris eruditi patientiam frustra fatigare. Fateor enim adprehensum jam calamum abjicere me denuo voluisse. Sed ubi majori cum sedulitate eorum sensus intimus penetrari cœpit, hæsitare permultos, &, qui adfirmantes videbantur, nobisque consentientes, negantium potius numero adcensendos intellexi, aut hanc insinuationem cum acceptatione plane confundere, ut utramque indiscriminatim intra mensem fieri efficaciter censeant, sive illius Beneficii collatio, spatio ejusdem mensis adhucdum currente, jam perfecta fuerit sive non. Ita enim AHASV. FRITSCHIUS jam memoratus *a*) de insinuationis necessitate loquitur, ut *Executori* Precum eandem faciendam intelligat, de ea Ordinario facienda penitus sileat, præterea mensis tempus ad utrumque actum simpliciter determinet.

Ita FRITSCHIUM quoque intellexit, imo ejus authoritate in eadem castra se pertractum fatetur TOB. JAC. REINHARTH *b*) inquiens: „Ex „parte Precistæ, si Precum Cæsarearum effectu destitui nolit, requiritur, ut „*illas intra mensem* a die notitiæ Præbendam esse vacantem, Collatori Ordinario „*decenter exhibeat*, ac ut juxta earundem tenorem procedatur, petat, atque ur„geat. Quo *spatio menstruo elapso*, ... suæ negligentiæ imputare debet, quod „in præsentandis literis Cæsareis terminum præfixum non observaverit, qui „propterea usu introductus ac Precistæ præscriptus, ne diuturna Ecclesiastico„rum beneficiorum vacatio damnum inducat Ecclesiæ.

Negantibus etiam inter præcipuos adcensetur STEPH. GRATIANUS *c*) ex primariis Precibus, quas S. Cæsareæ Majestati a Summo Pontifice concessas supponit, adserit, „ita ademptam esse facultatem Capitulo aliis confe„rendi, ut omnis contraria provisio sit invalida, tanquam per istud mandatum

a) Opusc. cit. Cap. V. Num. 17.

b) In §. X. Diss. de potestate Precistæ preces Imperatoris per cessionem in alium transferendi. Erfordiæ anno 1730. publice exposita ab ABRAHAMO GOTTER GOTTSCHALCH.

c) Disceptationum forensium Tom. III. Cap. 478.

„Papæ sit affecta Præbenda, & sint ligatæ manus Collatoris. Non vero obstare, „quod non fuerit facta *præsentatio & insinuatio* primariarum Precum & mandati „Apostolici & nominationis, prout requirebatur ad hoc, ut afficiant collatio„nem Ordinarii.

Multo clarius hunc errorem suum prodit WIESTNER. *d*) Ubi enim de obligatione nominati acceptandi per se vel Procuratorem suum Beneficium loquitur, infert: „ac proinde Precum illarum Rescriptum *ante mensem finitum* „*insinuare* debet Collatori ordinario; ut facta per Ordinarium collatio juxta „sequentem numerum modo *post mensem Precistæ præjudicet.* Similibus plane verbis utitur PIRRHING, *e*) qui quidem ad authoritatem JO. CHOCKIER infra laudandi provocat, eique consentiens videri cupit; cum autem mensem integrum Precistæ eundem ad insinuandum tribuat, qui ad acceptandum currit, ejus mentem æque, ac vim verborum illorum: *alioqui Ordinarii collatoris manus non essent ligatæ*, se non adsecutum fuisse abunde prodit, & ideo negantibus a nobis merito adnumeratur. Eidem opinioni adhærere videtur, aut clarius saltem se non explicat P. WOLFG. SCHMITT *f*) in verbis: „Precista „ante omnia tenetur *intra mensem* Beneficium vacans acceptare *prævia insinua*„*tione* Ordinario collatori facta. Aeque dubia est ANDREAE BRANDII sæpe laudati hac super re decisio, *g*) ut enim Quæstionem Juris non adtingat, ad praxin modernam tantum provocat, quam tamen *cautelæ* potius *prudenti*, quam *absolutæ Juris necessitati* tribuit. *Ligatam* enim Ordinarii collationem *per solam precum expeditionem existimat.* Ut autem *certius* ligetur, insinuationem *prævie* faciendam ex *praxi* suadet.

Maxime denique miramur, huic Doctorum classi accedere voluisse JUSTUM HENNINGIUM BOEHMERUM, qui in *Jure Eccles. Protest.* nullam *insinuationis* Precum debitæ mentionem facit; in suis *Institutionibus* vero *Jur. Can. h*) præsentationem, quod idem est, ac insinuationem, æque ut acceptationem *intra mensem* a die notæ vacationis sufficere existimat. Cui & Vindobonensis Antecessor PAULUS JOSEPHUS a RIEGGER consentit *i*) inquiens: „Et quidem facta legitime precum *insinuatione*, quod *intra mensem* a die cog„nitæ vacationis *fieri debet*, declarataque beneficii acceptatione, is est primaria„rum precum effectus, ut Precista omnibus anteponendus sit.

§. VI.

d) Inst. Can. lib. III. Tit. V. num. 176.

e) Jur. Can. Method. lib. III. Tit. V. Sect. IX. num. 377.

f) Inst. Can. lib. II. Tit. XXXV. §. XI.

g) Dissert. adleg. C. VI. §. VI.

h) Lib. III. Tit. VII. & VIII. §. XXII.

i) Inst. Jurisprud. Eccles. Lib. I. Sect. III. Cap. III. §. DXLIV.

§. VI.

Negativa proinde ſententia non omni fundamento penitus deſtituta cuiquam videri poterit, cui viri ejusmodi eruditione percelebres & inter hos RIEGGERUS ac JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS, plurium adeo Archiviorum Eccleſiaſticorum aut Capitularium perſcrutator, ſuum calculum adjiciendum putarunt. Multiplex quippe ipſis ratio ſuffragari videtur.

I. Hoc ipſo enim, quod Preciſtæ terminus integri menſis conceſſus dignoſcatur, intra quem ipſi beneficium aliquod vacans acceptare vel non ſit permiſſum; etiam inſinuatio Precum ſuarum ad hunc effectum permiſſa cenſeri debebit, cum ad eundem finem tendat.

II. Collatio ante menſem elapſum ab Ordinario facta per acceptationem poſteriorem Preciſtæ retractari poteſt; cur non etiam per inſinuationem tum modo factam? Inſinuando enim ſuam acceptandi voluntatem in tempore per Diploma precum diſerte conceſſo abunde declarat.

III. Efficax præprimis argumentum videtur, quod ex ipſa Juris primarum Precum origine & Jure communi eidem adplicato deducitur. Certum enim a pluribus admittitur, idem Juris primarum Precum Cæſarearum eſſe initium ævumque, quod commendationum, poſtea præventionum, ac denique reſervationum Pontificiarum, atque inter has illius, quæ *Juris ſcripti, vel clauſa in corpore Juris communis* dicitur. Nam & Summos Pontifices ab initio ſolis precibus apud Epiſcopos & alios collatores Ordinarios uſos fuiſſe conſtat, ut hi nimirum illis Beneficia conferrent, quos ipſi commendandos duxerant. Has autem in mandata demum degeneraſſe, ea tamen cum modeſtia etiamnum retenta, ut hæc in eadem Eccleſia non iterarent, ſed contenti eſſent, ſi vel ſemel iis eſſet ſatisfactum. His demum reſervatio ſucceſſit mox memorata, qua beneficia quæcunque & quarumcunque Eccleſiarum & quotiescunque per obitum Beneficiati in Curia vacantia ad ſolitariam Pontificis collationem avocata ſunt. Ne tamen hæc nimis diu Ordinariorum poteſtatem impediret, menſis tempus præfixum fuit, quo elapſo nulla amplius reſervatio iisdem obſtaret. Idem exemplum Pontificum Imperatores ſecuti initio nudis precibus agendum ſibi duxerunt, illud quippe a Collatoribus ordinariis ſibi haud denegandum fore rati, quod Papæ precibus indulgere ſolebant. Nec tamen ita hi ſtringebantur, ut neceſſario iis parendum eſſet; ſed tanquam nudæ preces & commendationes ab admiſſione eorum arbitraria pendebant, niſi regulæ prudentiæ aliud ſuaderent, prout obſervant NATAL. ALEXANDER a) & LUDOV. THO-

a) Hiſtor. Eccleſ. ad Sæc. XI. & XII.

THOMASSINUS *b*), ESPENIUS. *c*) Vocatæ ſunt primæ preces, non tantum, quod ſub prima Regiminis ſuſcepti auſpicia plerumque illas dirigere, ſed vel maxime etiam, quod ſemel tantum per vitam ſuam in ſingulis Eccleſiis, more Pontificum, iis uti ſolerent. In Jus ſtrictum demum jam ſæculo XIII., more itidem Pontificum, id extulerunt, dum ad antiquam & inveteratam conſuetudinem provocarunt *d*); imo & comminationes ac ſanctiones pœnales addiderunt. *e*) Ne igitur perpetuo Ordinariorum collatio impedita foret, congruum omnino fuit, ut certus etiam his terminus præfigeretur, qui rurſus idem proviſionibus Papalibus quoad Beneficia per obitum in Curia vacantia alias præfixus communis redditus fuit hiſce precibus Cæſareis, ut inde maxima earum cum reſervatione Juris communis analogia non inepte inferatur, ex qua & illud inferendum ulterius videtur, quod, ſicut Bullas Pontificiæ proviſionis ſuper Beneficiis in Curia per obitum vacantibus intra integrum illum menſem inſinuari ſufficit ad plenum inſtitutionis effectum obtinendum, & inſinuatio hæc licet poſterior præcipitatæ & attentatæ prius Ordinarii collationi præferri ac prævalere debet, ita etiam inſinuatio Diplomatis primarum Precum Cæſarei intra menſem illum acceptationi præfixum facta ſufficiens cenſeri, imo & collationis alteri interea prius factæ retractationem operari debeat. Hujus argumenti vim JUSTUS HENNING. BOEHMER paucis verbis ita velut uno in pugno comprehendit *f*) „Effectum vero tunc demum habent preces, ſi „intra

b) De Diſciplina vet. & nov. Part. II. Lib. I. Cap. LIV.

c) Jur. Eccleſ. Univerſ. P. II. Tit. XXV. Cap. IX.

d) RUD. I. Literas referunt Clariſſ. D. WÜRDTWEIN Subſid. Diplom. T. II. n. I. LUNICHIUS in Arch. Imp. Part. Gen. Cont. II. pag. 84. quæ conſuetudinem hanc ita adſerunt, ut Ordinarii Preces admittere *teneantur*.

e) Similes Comminationes ALBERTUM I RUDOLPHI filium jam intentaſſe duo ejusdem Diplomata teſtantur. Unum ad WIEBOLDUM Colon. Archi-Epiſc. refert WÜRDTWEIN loc. cit. ibi: Nequeuntes igitur propter aliquorum pertinaciam *Jus noſtrum & imperii* prætermittere, tuæ damus ſinceritati ſub oblentu gratiæ noſtræ authoritate Regia in Mandatis, quatenus tam authoritate tua Ordinaria, quam nobis pro-Juribus noſtris & Imperii conſervandis petimus impertiri, quam etiam authoritate regia, ut ſingulas Eccleſias, Collegia, perſonasque ſæculares tuæ civitatis & diœceſis ſe noſtris Precibus Jure fulcitis contumaciter, ut præmittitur, opponentes, viis & modis, quibus earum videaris fore pertinaciam facilius reſtringendam, compellas & inducas &c. Alterum ad Capitulum Aquisgranenſe anno MCCCVI. datum exhibet GUDENUS Cod. Diplom. Tom. II. pag. 980. Alioquin ſcire poteritis, quod contemtum librabimus pro contemtu, & nihilominus vias & modos excogitabimus, per quos hoc, quod petimus, ordinare vos contingat.

f) Inſt. Jur. Can. Lib. III. Tit. VII. & VIII. §. XXII.

tra mensem a die notæ vacationis præsentatæ fuerint, æque ut Juris est in andatis Papalibus de providendo ex Juris Canonici principiis *Cap. 3. de 'ebendis in 6.* relatis.

IV. Aeque supervacanea iis videtur insinuationis quoad Diploma prima-um Precum requisitio ante mensem, quam quoad provisionem Pontificiam eficii per obitum in Curia vacantis. Nam sicut ibi jure communi nota est ervatio & Præbendæ sic vacantis adfectio; ita quoad Preces, Cæsare semel :lo, ex inveterata & approbata per totam Germaniam consuetudine idem abunde constare. Atque hoc argumento potissimum utitur STEPH. GRA-ANUS *g*) *verbis:* „Notum erat tunc temporis in tota Germania, Cæsa-am Majestatem habere Indultum primarum Precum, illoque usam in aliis :clesiis Germaniæ. Unde cum tam Collator, quam Provisus id non igno-verint, non erat opus alia certioratione.

V. Adjungit idem, omnem tolli difficultatem propter Decretum irritans ulto sacræ Cæsareæ Majestati per Summum Pontificem concedi alias solito exum, *h*) per quod dicatur Præbenda adfecta, etiam ante præsentationem rarum, tanquam emanaverit a Summo Principe & liget etiam ignorantes.

VI. Nec deest exemplum, videlicet L. B. DE VENNINGEN quondam o MDCXIV. Precistæ Cæsarei ad Ecclesiam Cathedralem Spirensem, ubi tra præcipitatam nimium Ordinariorum, lapsum totius mensis non exspe-ntium, Collationem querela ad Augustissimum Cæsarem delata, *i*) ejusdem-

 que

) Loc. supra cit. num. 2. & 3.

) Tenor hic esse solet: Nec non irritum & inane decernimus, quidquid secus super præmissis omnibus & singulis vel eorum aliquos quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

) Contigit enim Spiræ per mortem JOAN. FRID AB HELDINGSHAUSEN 20ma mensis Februarii anno MDCXIV. defuncti Præbendam Eccles. Cathed. 22da ejusdem mensis ab Illustrimo Capitulo MELCHIORI DIETERICO DE BÜRN per D. ARNOLDUM DE WÖLFELD nominato conferri, ad quam deinde 20ma Martii Preces Cæsareas MATTHIAE Imperatoris L. B. DE VENNINGEN exhibuit. Hoc vero non admisso, supplica ejusdem nomine a Tutoribus Imperatori oblata inter reliquas gravaminum causas hanc Collationis ante mensem elapsum festinationem recenset. Verba hæc sunt: E. K. M. können wir allerunterthänigst nicht umgehen, was gestalt Dieselbe nach Weiland des von Heldinghausen gewesenen Domherrn zu Speyer seligen im jüngstverwichenen Monat Februario erfolgten tödtlichen Abgang zu den erledigten Canonicat daselbst unsern jungen Vettern und respective Pflegsohn, Adolphen von Veningen, innerhalb Monats Frist nach erlangter Wissenschaft solchen Todesfalls, und also intra legitimum tempus primarias Preces allergnädigst conferirt, und Kraft derselben Ihm Posses, und was derselben anhängig, ohne alle Contradiction, wie sich vermög Derselben und der

der römischen Kaiser wohlhergebrachten Gerechtsamkeit gebühret, zu geben, ernst lich und mit scharfer Commination befohlen, wie solch E. K. M. darüber aller gnädigst ertheiltes Diploma seines mehrern Innhalts klärlich ausweiset. Ob nun wohl höchstgedachtes Diploma einem Wohlehrwürdigen Domkapitel am 20 Martii hernacher, und also noch innerhalb obernannter Frist, gebührlich insinuiret, und von demselben acceptirt, auch förders, wegen damals gegebener Suspension Erklärung den 8ten folgenden Monats Aprilis um schuldige Vollziehung desselben angehalten worden, der zuversichtigen billigmäßigen Hoffnung, es würde dieselbe auch ohnverweigerlich folgen, und E. K. M. kundbares wohlhergebrachtes und von päbstlicher Heiligkeit bestättigtes Jus in kein Disputat gezogen werden; so seyn wir doch, über alle solche Zuversicht, mit ganz abgeschlagener Antwort mit Fürwendung allerhand unbeständigen, und E. K. M. ganz nachtheiligen, zu ganz böser ärgerlichen Consequenz reichenden Ursachen abgewiesen worden.

Ad refutandam præcipuam exceptionem Illustrissimi Capituli ita prosequitur: Zum andern haben vielgedachter Kais. Maj primariæ Preces vel Jus illas conferendi eine gewise determinirte Zeit, nämlich eine Monats-Frist a tempore notitiæ welche nothwendig erwartet und præcise observirt werden muß. Dieweil dann selbige Zeit von E. K. M. allergnädigst observiret, und von Dero proviso mit der Insinuation gehalten worden, so hat Dieselbe ja billig ihren Vorzug, und hat deren zu Abbruch immittels nichts wirkliches vorgenommen werden, oder auch, so was fürgenommen, im wenigsten præjudiciren können.

Und selbiges fürs dritte um so viel desto mehr, dieweil bekanntlich und wahr, daß man auch mit angeregter vermeinter Possession also præcipitanter verfahren, daß dieselbe stracks folgenden Morgens, als der Herr von Heldingshausen verschieden, und noch unbegraben ob der Erden gestanden, bey Licht und in aller früh properirt, und mit einer sonderbaren bey dem Stift Speyer ungewöhnlichen Geschwindigkeit E. K. M., Deren Jus, denen die dazu geholfen, nicht unbekannt gewesen, hat wollen præveniren.

Conclusio denique subjungitur: Wann nun leichtlich abzunehmen, daß durch solch unbillig Verweigeren nichts anderes gesucht, dann wie E. K. M.... das Utile præsentandi tempus unius mensis a die notitiæ benommen, und dieselbe jederzeit durch schlüpferige Geschwindigkeit prænominirt und also in effectu darum gebracht würden, solches auch bey andern Hohen Erz-Bistum und Nebenstiftern durch das ganze Römische Reich E. K. M. und Dero an dem Reich nachkommenden Römischen Kaisern zu ganz nachtheiliger Consequenz in Acht genommen und practicirt werden möchte; Also haben wir obliegender Schuldigkeit nach länger Umgang nicht haben können, E. K. M. dessen allerunterthänigst zu berichten, und inständigsten Fleises zu erbitten rc.

Reverendissimi & Celsissimi Episcopi Philippi Christophori Protestatio & inhibitio per Deputatos insinuata testante Protocollo Capitulari de XXV. Februarii MDCXIV. eandem causam late prosequitur. Wann nun aber nächstvergangenen Donnerstag den 20. dieß Jahr gegen Nachtzeit der auch würdig unser lieber Andächtiger Joan. Frid. Heldingshausen gewesener Kapitular allhier die Schuld der Natur bezahlt ... und dann durch solch tödtlichen Hintritt sein gehabtes Canonicat und Præbend der Römisch-Kaiserlichen Majestät unsern allergnädigsten Herrn infra mensem factæ vacationis einzig und allein zu confe-

rirei

e caffatio fub comminatione pœnarum petita, iftaque petitio Cæfareis juri-
s omnino conformis reputata & laudata fuerit. k)

VII. Maxime autem huc facere iis videtur Capitulorum praxis & con-
etudo, quæ foleant in qualibet poft electionem novi Imperatoris contingente
neficiorum vacatione, dum Ordinarii vel Turnarii a fe nominatos, vel, ut
cant, provifos ad inftitutionem Canonicam ac receptionem folennem in nu-
erum Canonicorum & corporalis poffeffionis adprehenfionem præfentant,
i nullus adhucdum Precifta comparuit, aut aliquod Diploma nominationis
efareæ exhibuit, Collatorem & Collatarium recens recipiendum prius mo-
re de periculo, quod a Precifta imminere iis poffit, idque iis totum com-
ittere. Hac ipfa proin cautione adjecta agnofcere haud obfcure videntur,
eces licet necdum infinuatas Collationi Ordinarii antea factæ obeffe ac præ-
valere

riren heimgefallen, dargegen aber wir vernommen, daß ehe und zuvor der todte Körper noch bekleidet, und über der Erden gestanden, nämlich Samstags den 22sten dieses Morgens gar frühe zur Mettenzeit, allem Ersehen nach zu Eludirung höchst gedachter K. M. Hoher Gerechtigkeit, einem andern vermeinte Posses de facto gegeben und wiederfahren lassen, so haben wir als ihr vorgesetztes wachendes Haupt, diesen Proces ganz ungern vernommen, alldieweilen wir in der Vorsorg stehen müssen, höchstgemeldte Kais. M. solche Geschwindigkeit Ihnen vor höchsten Despect, und Schmälerung Ihres habendes Kais. Juris anziehen, auch solche zu Nöthigung unserm Stift insgemein von König und Kaisern hocherworbenen Privilegien und Freyheiten zu höchstem Nachtheil ausschlagen mögten, als hätten wir unseres tragenden Amts halben nit unterlassen können, sie in Gnaden zu erinnern und zu ersuchen, der vorgegangenen eigenthätigen Intrusion (so von unserm Domcuster Arnold von Wölfeld vornemlich hergeflossen, und den Strafen, so darauf erfolgen mögten, unser Domkapitel sich nicht theilhaftig machen, sondern alles den intrusum auf einen oder andern Weeg ausfechten lassen sollten, wie wir dann zu unserer Salvation, das geringste nit mit diesem Werk, es wäre dann Sach, uns ein anders von Ihrer Maj. anbefohlen würde, zu thun, auch in vorgegangene vermeinte Possession nit gehelen, sondern per expressum vor Euch Notario und Gezeugen dagegen protestiret und contradicirt haben wollen, und solchs um so viel desto mehr, damit Jus Cæsareum integrum und unser anbefohlenes Stift vor Kais. Ungnaden und Strafen, so viel an uns, verwahrt bleibe.

k) Refcriptum Auguftiffimi Cæfaris MATTHIAE expeditum die XXI. Junii ejusdem anni Epifcopi prææmemorati in tuendo Jure Cæfareo Zelum mirifice dilaudat: Wie uns nun von Deiner Andacht zu sondern angenehmen Gnädigsten Gefallen reichet, von Dero auch gar recht und löblich geschiehet, daß Sie die Beschütz- und Erhaltung angedeuter Precum primariarum als unser ansehnliches Jus und Regal in so fleißiger und Sorgfältiger Acht haltet; allso wollen wir es gegen Deine Andacht mit Kais. Gnad und allem guten zu erkennen nicht unterlassen.

valere posse, dummodo posthac intra currentem etiamnum mensem acceptationi Beneficii præfixum insinuentur & exhibeantur. *l*)

§. VII.

Verum adfirmativa opinio omnino præferenda venit, quæ insinuationis necessitatem ita statuit, ut collationem Ordinarii præcessisse debeat, alias acceptandi vel etiam petendi beneficium, quod antea vacavit, nulla amplius, eodem licet mense adhuc dum pendente, supersit facultas. Iste nimirum eidem tribuitur effectus, ut manus Ordinarii collatoris tum modo in conferendo ligentur, quæ ante insinuationem liberæ adhucdum sint, & expeditæ. Unde hac necdum facta, si Ordinarius alteri Beneficium contulerit, collatio hæc perfectum collatario jus in re tribuit: quod superveniens postmodum Precista, suumque diploma nominationis, licet prius expeditum, serius autem proferens auferre nequit, siquidem ad Vacaturum quodcunque Beneficium nominatus nullum jus habet petendi id, quod legitime jam collatum invenit ab eo, qui potestatem adhucdum expeditam habuit, adeoque quod vacans non amplius existit.

§. VIII.

Antecessores ac duces habemus maximi sane nominis viros. Hanc enim in adfirmantium classem præivit JOANNES CHOCKIER *a*) disertissime men-

l) Similis cautio ab ipso Reverendissimo Capitulo Spirensi L. B. DE BÜRN injuncta fuit teste Protocollo Capituli de xx. Februarii. MDCXIV. Weil man dieß Orts kein Verhindernuß weiß, auch kein Contradictor &c. da dann Er tanquam constitutus Procurator *indemnitatem* angeloben, Statuta erlegen und Juramentum præstiren würde; müsse man Ihme possessionem nicht zu versagen; dedit fidem meine Herrn aller Anspruch Schadlos zu halten, die Statuta erlegt und Juramentum præstirt in præsentia testium &c.

Et juxta Protocollum de xxv. Februarii ejusdem anni: Darauf Kapitel begehrt, welches den 3ten Morgen post obitum gehalten auch constitutus Procurator erschienen mit Bitt seinen Principalem ad possessionem zu promoviren, wollte alles præstiren und leisten, was beym Stift herkommt. Dieweil nun Documentum Capituli vorgelegt, auch von unsern löblichen Vorfahrern Vermög der Protocolle Niemand die Possession verweigert, als hat man Ihn præhabito Capitulari Consensu, der zu gewöhnlicher Stund ergangen, sub summo sacro ad Possessionem in chorum inducirt, und nit Clandestine, oder sonsten, wie Ihr Fürstl. Gnaden mögten berichtet seyn, zugelassen, nichts destoweniger aber, a D. Procuratore gemelts H. von Bürn *Cautionem de indemnitate* angenohmen.

a) In scholiis ad prim. Prec. Imp. Sect. IV. ad verba indulti Pontificii: *duxerint acce-*

ıentem suam exprimens: „Sed utrum opus sit insinuatione gratiæ Precum *an-*
'e mensem? Ita videtur. Nam alias *Ordinariis manus non essent ligatæ*, posset-
ȷue conferre occurrente vacatione.„ Eidem adstipulatur AYRERUS *b*) &
ıi eundem Præsidem habuit, quem & ducem sequitur JOANNES PHILIP-
US GODEFRID. v. GÜLICH *c*) verbis: „hic quoque Jura vigilantibus
cripta sunt. Quocirca Diploma Precum Cæsareum tempore locoque con-
;ruo Ordinariis collatoribus *insinuare*, *vacansque* speciatim Beneficium intra
nensem a die notæ vacationis accipere vel ipse vel per alium debet.„ Acce-
t illustris PETRUS ab ICKSTATT *d*) adfirmans „Ordinariis Collatoribus
Jus conferendi Beneficia non esse ademptum, quamdiu non constat, Precistam
ıuendam Cæsareum adesse. Candidato igitur per Preces nominato incumbit,
ıt Ordinario Collatori *ante Beneficium vacans* Preces sibi ab Imperatore conces-
ıs esse indicet, quo *hic resciat in casu vacantiæ* manus sibi esse ligatas. Actus
utem, quo Candidatus Preces Primarias ab Imperatore sibi concessas Ordi-
ıario Collatori indicat, *insinuatio* primariarum Precum dicitur.„ Nec præ-
rmittendus est Clar. D. SCHULTHEIS *e*) cum P. DOMINIC. SCHRAMM
pra memorato, qui tamdiu liberas, etiam intra mensem, Ordinarii manus
e existimat, quamdiu Precista Rescriptum Cæsareum Episcopo vel respective
ıpitulo collegialiter congregato non præsentaverit. *f*) Maximum demum
ındus his omnibus addit GEORG. LUDOV. BOEHMER *g*) ita differens:
Cum porro primæ Preces simul contineant mandatum de providendo ad Or-
linarium Collatorem directum, vim *prius non habent*, quam huic *sint insinua-*
æ.... *Facta* autem *semel Precum insinuatione*, intra mensem a die vacationis
„Bene-

acceptanda. Ubi etiam addit, non sufficere, si insinuatio fiat per æquipol-
lens, adlegans GERMON, Tract. de indultis Cardinalium n. 37.

Idem quoque eadem Sect. IV. ad argum. ex Concordatis objectum re-
spondet, saltem Potestatem Ordinarii non esse ligatam, antequam Preces de-
bite insinuatæ fuerint, prout etiam valet Collatio Ordinarii, antequam ipsi
mandatum de providendo alicui a Summo Pontifice concessum insinuetur.

b) AYRER Comment. de Jure Prim. Precum.

c) Differt. Præside eodem AYRERO Gœttingæ MDCCLII. edita §. 22.

d) Differt. ejusd. argum. anno MDCCLXX. Ingolstadii luci publicæ data §. 73. & 74.

e) Diff. ejusd. argum. a D. WEBER Moguntiæ anno MDCCXLV. publice exposita Cap. III. §. III.

f) Institut. Jur. Can. supra laud. §. 501.

g) Princip. Jur. Can. Lib. III. Sect. IV. Tit. XIII. §. 547.

„Beneficium alteri valide conferri non potest. Qua in re ipsummet Patrem suum summe alias venerandum & a nobis supra laudatum, veritatis amore magis, quam filiali ductus, deserendum putavit.

§. IX.

Tantorum sane Virorum non eruditione tantum theoretica insignium, sed qui negotiorum etiam publicorum experientia & praxi exercitati magis noscuntur, unanimi consensu & authoritate ponderosa jam satis tuta stare posset nostra sententia. Quia tamen ipsi sola adsertione contenti vel plane nullas aut saltem admodum paucas adferri sui rationes indigitarunt; enucleatius istas ex suis diversis fontibus deducere operæ pretium existimatur, ut plena convictio adferatur. Plane enim confidimus, fore, ut his penitius discussis quiscunque rerum gnarus nobiscum conclamet, ab iis, qui negantium partes pertinacius sectantur, fluctus in sympulo studiose excitari voluisse. Tam expedita nimirum insinuationis istius necessitas illucescet, si vel sola sanæ rationis & generalia Juris principia consulantur. Hæc enim satis conveniunt voluntatem imperantis cujuscunque nihil operari, quamdiu sola mente recondita conquiescit; aut quæ scriptis etiam consignata fuerit, eos, quibus obligatio aut onus quodcunque imponitur, non antea obligare, quam iis fuerit debito modo manifestata. Inde est, quod in legibus communibus universæ cuidam communitati sive Civitati latis requiratur *promulgatio* tanquam actus, quo ad notitiam legis perducuntur ii, quibus per ipsam obligatio constituitur; atque hanc communitati factam esse sufficit. Magis autem hæc notitia necessaria est in legibus, quas speciales vocant, ut Rescripta sunt, Mandata, aut Privilegia. Actus vero, quo hæc in notitiam deducuntur earum personarum vel singularium vel moralium, quas concernunt, *insinuatio* aut *intimatio* dici solet. Nec enim Mandatis aut Privilegiis illi morem gerere possunt, quibus aliquid præcipiunt, nisi eorum in notitiam devenerint.

§. X.

Suffragantur bene multa Juris positivi Pontificii exempla, ubi perfrequens Rescriptorum ad conferenda Beneficia ecclesiastica mentio occurrit, præsertim ex Sexto Decretalium BONIFACII VIII. excerpta. Et primo quidem ad *Cap. Duobus 14. De Rescriptis in 6to*, quod INNOC. IV. tanquam Auctori inscribitur, non incongrue provocari hic poterit. Hoc enim de duobus provisis Pontificiis in data concurrentibus tres diversas considerationes statuit. Harum *prima* est, si uni tantum mandatum sit conferri Præbendam a Delegato quodam Executore; alteri vero a Pontifice hæc ipsa vi literarum Papalium

palium actu collata fuerit. Prior diceretur habere solum Mandatum de providendo, sive Rescriptum *gratiæ faciendæ*, vel Rescriptum gratiæ in *forma* tantum *commissoria*, sive *Dignum*. Alter vero *actualem provisionem*, vel Rescriptum actualis provisionis *in forma gratiosa*, vel *gratiæ jam factæ*. Præferendum um esse posteriorem statuitur, licet prior suas literas jam antea præsentasset, no jam investitura donatus, & in Canonicorum numerum quoque esset receptus. *Altera* dein *consideratio* diversa adlegatur, si duo in data concurrentes uoad *formam Rescripti* æquales sint, & uterque simul vel *mandatum de providendo*, vel *Rescriptum in forma gratiosa* sive actualis provisionis obtinuerit. Tum rior tempore potior jure censetur, & ad præsentationem sive insinuationem terarum respicitur, id est, qui prior literas suas Ordinario insinuaverit, alteri præfertur, quamvis ante præsentationem alterius necdum in Canonicum sset receptus. *Tertia consideratio* demum, si iidem in forma literarum pares imul quoque eodem tempore insinuarent & præsentarent suas literas. Tum ptio & electio ipsimet Ordinario Collatori, vel integro Collegio, ad quod ertinet dispositio, salva & integra relinquitur, adeo, ut non receptus vel non lectus penitus etiam pro futuro effectu literarum suarum careat, nisi aliunde robetur ampliorem fuisse Rescribentis Pontificis intentionem. *Posteriores* duæ *nsiderationes* ad præsentem scopum non pertinent, ubi quæstio nobis est de *versis* gratiam concedentibus, Ordinario videlicet & Imperatore. Capitulum ero adlegatum *eundem* concedentem Pontificem supponit. Tum *data*, in qua uo Impetrantes conveniunt, identitas difficultatem ibidem suscitat, quæ duium utriusque Jus facit. Nam Rescripta gratiæ priora, de quibus constat, osterioribus prævalere, expeditum est. Tacite enim iis haud derogatur. *a*) lic vero *datas* manifeste *diversas* supponimus, *priorem* videlicet Diplomatis æsarei Primariarum Precum, *posteriorem* vero Collationis vel Provisionis Orinarii. Unde prima tantum consideratio præsenti nostro scopo ac themati ongruit, atque eatenus suffragatur, quod actualem Collationem Mandato de rovidendo quoad Datam concurrenti præferendam statuat, eoquod illa perfectum Jus in Beneficio tribuat. Certum enim est, Preces ejusmodi Cæsareas uudam esse nominationem, vel Mandati speciem, quod necdum Jus aliquod Nominato in Beneficium tribuit; & sic *Mandato* duntaxat æquiparari, eoquod Ordinarius tantum jubeatur ac reapse quoque teneatur conferre Beneficium 'recistæ, si vacet, imo ad id etiam per constitutos simul Executores compelli ossit. *Collatio* vero actualis ab Ordinario libere suo Proviso antecedenter facta,

a) Conf.: *Cap.* Capitulum S. Crucis xxx. *de Rescriptis Cap.* Hi qui *Cap.* Eum, qui. *de Præbend. in 6.*

cta, tanquam undequaque valida, jam Jus perfectum in re tribuit, quod per Mandatum vel Nominationem non amplius auferri potest. *b*)

§. XI.

Evidentior est, quæ in Cap. *Si Capitulo 5. de Concess. Eccles. vel Præb. non vac.* ibidem in 6to reperitur, dispositio. Hoc enim diserte statuit: „Si „ad Capitulum, ad quod collatio Præbendarum pertinet, a Pontifice Mandatum de providendo directum fuerit, per solam illius præsentationem Capitulo „ipsi factam, absque alia etiam Executoris insinuatione, inhibitione, seu reser„vatione beneficium, pro quo conferendo scriptum extitit, adeo adfectum esse, „ut de illo alteri facta Collatio non obtineat firmitatem.„ Si igitur præsentationi vel insinuationi ea tribuitur vis & efficacia, ut potestatem Ordinarii liget & impediat, quamdiu hæc facta non fuerit, libera illa & expedita remanet. Quod ipsum tanto magis ad eam Mandati de conferendo speciem pertinet, quam Preces Cæsareæ in se continent; eoquod istæ potestatem sacram Prælatorum de constituendis Ecclesiæ Ministris, id quod hodie per Collationem Beneficiorum fieri adsolet, nullatenus adtingant, sed nudum ejus exercitium limitent per nominationem personæ Precibus Cæsareis munitæ, ut, nisi huic Beneficium conferatur, injuste tantum illa exerceatur, & pœnis adigi nunc Ordinarius possit, ad hanc præcise personam servatis servandis necessario admittendam & investiendam.

§. XII.

Plenissime tandem *Cap. Quia cunctis. 1. eod. Tit. in 6to* de hac controversia non modo statuit, sed etiam plerisque, quæ ex adverso obmoveri possunt, & tum obmotæ reapse fuerunt, difficultatibus satisfacit. Ejus enim dispositio quoad substantiam scite & eleganter præmisso Summario paucis his verbis comprehenditur. „Si mandatur alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxe„rit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem Ordinarius con„fert, tenet ipsius collatio.„ *Primaria* hujus decisionis ratio sane huc pertinet, & in *defectu insinuationis* ponitur, quod videlicet illa vel plane non facta fuerit, vel non rite illi, cui debebatur. Facta enim fuerat Capitulo Ecclesiæ Carnotensis mortuo Episcopo, ad quem collatio Dignitatis vel Præpositurae spectabat. Et quamvis Episcopus postmodum electus tanquam Canonicus tum præsens fuerit Capitulo, hæc tamen tanquam insufficiens declaratur ad potestatem ipsius, qua Episcopi & Ordinarii Collatoris Præpositurae aufferendam aut ligan-

b) Ita argumentatur supra laudatus Chokier loc. cit. ad verba: *Cum in quibusvis etiam Ordinariis*, inquiens, in Precibus non fieri Collationem Canonicatus; sed tantum in futurum *mandari nullo jure de præsenti Precistæ collato.*

ligandam. Integram proinde ignorantis vel non requisiti Episcopi potestatem in conferendo adhuc perstitisse ante insinuationem debito modo factam, ac proinde Collationem vigore potestatis hujus effectuatam undequaque in actu primo non tantum validam, sed quoad ipsum quoque exercitium irretractabilem & irrevocabilem esse statuit Pontifex. Idem proinde æquali vel potiori Juris argumento ante insinuationem rite factam illius Mandati, quod Preces Cæsareæ in se continent, statuendum esse nemo non videt. *Alteram* decidendi rationem summus Pontifex in *defectu acceptationis* conlocat, quæ tanquam conditio præcedere debuerit, ut Ordinarius alteri conferre non posset. De qua vero ratione paulo inferius separatim discurrendum erit.

§. XIII.

Difficultates, quas Pars adversa obmoverat, & Pontifex removet, eædem sunt, quæ nostræ opinioni de necessaria Primarum Precum prævia insinuatione ad effectum constringendi Ordinariorum potestatem adversari possent. Unde earum remotio & nobis proderit.

I. Primum enim opposuit, ignorantis etiam Episcopi vel Ordinarii potestatem posse ligari, sicut privilegium ignorante Episcopo a Pontifice alicui concessum, ne ab eo possit excommunicari, vim suam habeat, licet non insinuatum, quia hoc ipso potestas excommunicandi impetrantem Episcopo esset adempta. Deinde

II. Differentiam esse inter Legem, & inter speciale Mandatum, Indulgentiam, Indultum & Privilegium, quæ tantum nota illis, quibus vel in quorum favorem conceduntur, sicut Sententia judicialis etiam contra ignorantem vim suam habere possint. Speciale autem certe esse tale Mandatum, de conferenda alicui præbenda, quam acceptandam duxerit. Ad hæc

III Mandata ejusmodi de conferendo vel providendo munita esse clausulis irritantibus & inhabilitantibus, quibus irritum & inane declaratur, quidquid contra simile Mandatum a quovis Ordinario contigerit adtentari, adeoque collationem, quam Episcopus vel quilibet Ordinarius post tale Mandatum vel decretum irritans, (sive illud ignoraverit, sive non) de Beneficio per se vel alium fecerit, non valere.

Respondet autem Pontifex, aut replicationem potius a proviso per Ordinarium propositam adprobat.

Ad I. Eoquod privilegium alicui de se non excommunicando concessum ex natura sua jam omnem excommunicandi potestatem ab Ordinario auferat, & aliter utile esse non possit. Secus autem sit in Mandato alicui concesso de

 pro-

providendo de Beneficio vel certo vel incerto; quod ante insinuationem, prohibitionem, vel interdictum, aut decretum irritans ab Executore speciatim interpositum necdum potestatem suam Ordinario auferat. Hæc enim duo simul consistere posse, ut Ordinarius suam potestatem adhuc retineat, & alter Mandatarius sive Executor eandem a Pontifice simul obtinuerit; cum Pontifex non plus concessisse videatur, quam ipsemet habeat. Ea autem potestas, quam Pontifex concurrentem cum Ordinariis juxta principia Decretalium in conferendis beneficiis habet, intactam & salvam relinquit potestatem Ordinariorum, quousque saltem Executor alius per Mandatum de providendo conferendi potestatem nactus per insinuationem aut Decretum aliquod speciale interpositum, & iis intimatum, eandem non ademerit, vel ad se avocaverit, vel ipsemet Pontifex specialem suam auferendi & irritandi voluntatem luculenter expresserit, cum tunc demum satis super hoc concedentis intentio agnoscatur. Unde

Ad II. Generale axioma de valore privilegiorum etiam contra ignorantes restringit ad ea, ex quorum vel tenore vel natura & indole talis concedentis intentio sufficienter colligatur, sive quæ non aliter effectum aliquem sortiri possent.

Ad III. Decreti irritantis, quod Pontifex in Mandato illo adjectum fuisse non diffiteri videtur, vim & efficaciam ex eo removet, quod hoc tantum conditionatum fuerit, sive postquam Impetrans etiam Præbendam illam vacantem acceptasset. Hac acceptatione necdum facta, tanquam conditione non existente, mandatarium Executorem necdum habuisse delegatam sibi a Pontifice conferendi potestatem, multo minus Ordinario suam ademptam vel irritatam fuisse; adeoque concludit: „Unde cum sæpe dicta Præpositura fuerit tibi (ante„quam illam idem D. acceptaret) Episcopi auctoritate collata; hujusmodi col„latio talis Mandati nostri (*conditionate irritantis*) prætextu, etiamsi prius illud „Episcopus ipse scivisset, non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte „Decretum ad Præbendam seu Dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, „referri debebat; alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquem ad„strinxisset.

§. XIV.

Exinde *altera* decidendi ratio, qua Pontifex ad sustinendam & præferendam Ordinarii collationem permotum se adserit, colligitur, *defectus* videlicet *acceptationis*, quæ in Mandato (per modum prævie requisitæ conditionis) injuncta eidem videbatur. Huic itidem rationi objectiones quasdam a parte adversa oppositas removet. Primum enim obmotum: quod, quamvis Præbenda vel Præpositura nec dum a D. acceptata fuisset, conferri tamen vel ideo ab Ordinario non potuerit, quia saltem D. habuerit jus acceptandi, cui juri non

non potuerit Ordinarius præjudicare; atque ne præjudicaret, prius ipsum D., an acceptare eandem vellet, requirere debuerit. Hoc autem omisso, collationem istam tanquam juri per mandatum quæsito contrariam sive injustam saltem irritari & retractari debere. Atque hoc ipsum paritate ex Jure Civili mutuata illustratur. Si videlicet cuipiam unus ex duobus servis, quem ipse duxerit acceptandum vel eligendum, legatus fuerit, hæres non amplius alterutrum alienare vel manumittere potest ante optionem vel electionem legatarii, aut si id facere adtentaverit hæres, legatarius econtra manumissum vel alienatum eligere voluerit, manumissio vel alienatio irritatur vel retractatur. Ergo, inferebatur ex parte adversa, Præbendæ collatio ab Ordinario eodem Jure retractanda videtur, quia postmodum illam Mandatarius acceptat, & suum acceptandi Jus salvum retinuit.

Resolvit autem & hanc difficultatem Pontifex respondendo, Jus acceptandi esse, quamdiu vacat, & quando acceptatio collationem prævenit. Non autem propterea collationem Ordinarii impediri. Hoc enim alias nimis incongruum fore, si alicui pro tota Diœcesi vel Provincia Mandatum de obtinendo Beneficio, quod acceptandum duceret, concessum esset, propterea omnes Ordinarii cum gravi Ecclesiarum detrimento & prolixa nimis collationis Ministeriorum Ecclesiasticorum dilatione ac prorogatione impediti essent, vel ante collationem talem Mandatarium requirere tenerentur. Hanc autem irritationem locum habere, si vel tempore vacationis acceptatio Impetrantis adhuc collationem Ordinarii prævenisset, aut acceptatio quoad primo vel secundo vacaturam in specie jam ante vacationem actualem declarata fuisset. *a*)

Ad instantiam ex legatis alternativis & optioni Legatarii commissis deductam Respondet Pontifex distinguendo inter datam optandi facultatem per actus inter vivos seu Contractus, & inter datam in ultimis voluntatibus. Nam si promissa fuit, vel vendita res certa sine traditione, ac postea tertio traditur, iste dominus efficitur, nec potest ab ipso amplius avocari. Atque si hoc de re certa procedit; multo potius in re incerta locum habebit, utpote si promittitur vel venditur ex multis rebus una, quam duxerit promissarius vel emptor eligendam, valet illarum rerum traditio alteri facta. Quoad facultatem vero optandi in ultimis voluntatibus datam subdistinguit inter legata jam *extantia* vel *futura*. Glossa nimirum legatum extans de præsenti vocat: *Lego Titio unum de servis meis, quem elegerit.* Futurum vero: *Lego Titio unum fœtum nasciturum de grege, quem eligere voluerit.* Quoad Legatum de præsenti a tempore aditæ hæreditatis rei legatæ dominium in legatarium transire intelligitur, ut nec hæres servum sub conditione legatum manumittendo liberum efficiat. Secus

a) Conf. *Cap.* Executor 4. *Cap.* Si soli Ordinario 6. *de concessione Præb. vel Eccles. non vac. in* VI.

cuis autem est in legatis futuris, ubi dominium est hæredis vel alterius, istoque casu non transit nisi per traditionem. Tenetur tantum hæres personali actione ex testamento. Et sicut dominium rerum pure in patrimonio hæredis existentium ad legatarium non transit, sic neque testator illas potuit subjicere restitutioni vel optioni, quin hæres valide eas alienare, aut earum dominium in alium transferre queat. Addit Pontifex & alteram rationem, quod in *extantibus* certus terminus ad optandum a tempore mortis adsignari possit, non in *futuris*. Legatis proinde hisce futuris Mandati, de quo sermo fuit, formam similem esse pronuntiat.

§. XV.

Sed vereor admodum, ne istius partis Capituli adlegati ad primas Preces adplicatio plus probet, quam intendamus. Sequeretur enim, *facta* licet *insinuatione*, si tamen necdum *acceptatio* Precistæ post vacationem Præbendæ accesserit, æque validam fore collationem Ordinarii, nec ullatenus retractari posse. Hoc autem sustineri non posse sine maximo Jurium Cæsareorum præjudicio ac detrimento, facile quilibet perspiciet, ipsa etiam quotidiana experientia comprobante, imo ipsismet Ordinariis id nequaquam controvertentibus, cum nemo hoc casu ante elapsum mensem, qui ad acceptandum in Diplomatis Precum præfigitur, vacans Beneficium conferre unquam audeat.

Attamen facilis ex ipsis hujus Capituli verbis est Responsio. Nam quantum ad valorem collationis *in habitu* vel *in actu primo & ipso Jure* attinet; lubens eandem validam pronuntio, cum ab eo procedat, qui conferendi facultatem habet. Quod *autem impedita* sit, *post insinuationem*, vinculo quodam & compede, hoc illius exercitium sive actualem collationem tantum injustam reddit, & consecutive ad instantiam Precistæ jus ex Precibus suis habentis retractandam vel authoritate Judicis irritandam; Sicut electio a majori parte Capituli facta ad instantiam unius non vocati & de contemptu agentis authoritate Judicis vel Superioris revocatur & cassatur; Hoc autem non agente aut reclamante subsistit, nec ejus iteratione opus est. Simile exemplum adeo in Jure Patronatus, quod ipsum Jus commune canonizavit, exhibetur. Collatio enim Beneficii Jure Patronatus adfecti ante nominationem Patroni libere cuicunque personæ ab Ordinario facta valet, quamvis injusta sit & ad instantiam Patroni retractabilis. Hoc enim tacente, aut termino Juris frustra elapso convalescit, vel rectius integrum robur suum sine ulla reiteratione retinet. *a*) Eccur non idem Juri Primarum Precum adcommodandum veniat?

§. XVI.

a) Subtiliter non minus quam solide desuper ratiocinatur CAROL. MOLIN. in Comment. ad Regul. Cancell. *de infirmis resignant.* num. 60. Hæc est vera &

§. XVI.

Attamen retractari non posse collationem Præbendæ ab Ordinario alteri fa-

& communis Sententia, & imperite loquuntur Doctores, qui dicunt collationem Ordinarii reconvalescere consummata negligentia Patroni, & deterius labuntur, qui putant hujusmodi collationem, Patrono intra tempus veniente, annullandam esse per Sententiam & causa cognita; hoc est enim contra textum rotundum in C. Decernimus XVI. Q. 7. ubi ad præsentationem Patroni infra tempus venientis de novo ordinatur Ecclesia, non obstante priore Ordinatione Episcopi, tanquam ipso facto tunc demum irrita fit, videlicet Patrono debite præsentante: debet enim textus ille integre & cum sua causa accipi, & sic probat, quod Patrono negligente remanet valida non in vim taciti consensus Patroni, nec quasi superveniente causa confirmante, ut Doctores vulgo male loquuntur, sed ex *primitiva sua & ordinaria virtute & potestate, & sic diserte & proprie loquendo*, non reconvalescit, sed non resolvitur.

Idem num. 64. Aut vero Episcopus expectavit Patronum per totum tempus Juris, & tunc etiam libere providebit, non proprie ex novo Jure quæsito & ad se devoluto, sed jure suo primitivo, quod hactenus habebat non liberum, sed nunc liberum habet remoto servitutis obstaculo. Quamvis enim, pendente illo obstaculo vel impedimento, non cucurrerit ei tempus Concilii Lateranensis, de quo in Cap. Nulla 2. & in Cap. Quia diversitatem 5. *de Concess. Præbend in 6.* valet collatio, sive facta sit infra semestre Ecclesiastici, vel infra quadrimestre Laici Patroni, sive facta sit ultima die anni vel secundi semestris vacationis in Ecclesiastico, vel ultima die decimi mensis in Laico, quia utroque casu non confert Jure devoluto, sed proprio & primitivo, quamvis priore casu Jure nondum libero, sed commutabili, secundo vero casu Jure libero & incommutabili. Porro quamvis Ordinarius Episcopus, pendente Patroni tempore, mero quodam Jure conferre possit, non tamen ob id gravari potest, nec anticipare tenetur, ne periculum subeat actus nugatorii; imo non solum non tenetur, sed nec debet de honestate, ne quid admittat, unde postea verecundetur. Ut in C. Decernimus XVI. Q. 7. &c. Atque hanc doctrinam ad Præbendas inferiorum Collatorum & Capitulorum adplicat ibid. num. 75. & sic quemadmodum in Beneficiis Patronatis statim quidem valet libera collatio Episcopi contra omnes, sed resolubiliter respectu Patroni tantum; ita hic statim quidem valet collatio Episcopi contra omnes alios a Capitulo, sed resolubiliter respectu ipsius Capituli. Alioquin nisi Capitulum Jus suum pro hac vice remittat, & collatarium Episcopi sine alia præsentatione & collatione recipiat, resolvetur collatio Episcopi &c.

Addi meretur sæpe laudatus Chokier *Tr. cit. Sect. V.* adverba: *anteferri*, inquiens: Si Ordinarius conferat beneficium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula: *Decreti & institutionis*, subsistet collatio, si Impetrans sua non utatur gratia, & si habens clausulam *anteferri*, ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia, eo repulso, sublatum est impedimentum quoad primum.

factam præterito Precista, qui Preces suas jam insinuavit, sed Præbendam tantum antea nondum acceptavit, frustra & perperam omnino ex relatis hactenus adlegati Capituli verbis inferretur. Ex iisdem enim modo memoratis Mandatum aliquod *indeterminatum* intelligi abunde colligitur. Ad hoc enim incommodi illius ratio pertinet, quod alias diuturna Ecclesiarum vacatio cum gravi detrimento pertimescenda sit, vel Ordinarii quocunque vacationis casu ad explorandam prius Impetrantis providendi voluntatem obligarentur. Preces econtra Cæsareæ abunde satis ad certam Ecclesiam & certum tempus *determinatæ* ex ipso tenore suo dignoscuntur & conspiciuntur. Nam certum, mensis videlicet a nota vacatione computandi, tempus præfigitur, quod post factam semel precum insinuationem expectare, sicut in vacatione Beneficii per obitum in curia, ita & intui u Juris Precum Cæsareæ Majestati in recognitionem supremi Muneris Advocatiæ & Protectionis Ecclesiarum Germaniæ adserti tam grave & exosum videri non potest, præsertim cum prævia voluntatis Precistæ exploratio hoc ipso non injuncta sit, sed remissa, vel potius per expectationem temporis ejusdem perbrevis sine gravi Ecclesiarum detrimento suppleta censetur. Unde, quamvis ante acceptationem ex supra deductis collatio Ordinarii tanquam in *actu primo* valida sustineri possit; certum tamen manet, eandem ad instantiam Precistæ, qui antea insinuavit, & currente adhuc mense suam vacantem Præbendam acceptandi voluntatem declarat, *retractari* & *cassari* omnino debere. *a*)

§. XVII.

Satis sane concludentia & efficacia videri possunt hæc argumenta ex natura rei ac Jure communi Canonico deducta, & ex Mandatis Pontificiis de providendo ad Primariarum Precum Cæsarearum Diplomata, quæ species similium Mandatorum sunt, translata. Pleniorem tamen evidentiæ lucem constituunt ea, quæ ex domesticis & propriis Precum Primariarum instrumentis eru-

a) Ita similia Mandata ipsemet Pontifex interpretatur, & adjectionem certi temporis Impetranti admodum favorabilem esse declarat in *Clem. Un. de Concess. Eccles. vel Præb.* inquiens: „Secus autem fore censemus, cum decreto „apposito alicui provideri mandamus de Beneficio, quod *intra mensem* a va„cationis notitia duxerit acceptandum, ut appositio *mensis ejusdem aliquid* „*adferat impetranti.* Ex quo ita ratiocinatur Koenig *Princip. Jur. Can.* Lib. III. Tit. VIII. num. 25. ibi: „*Si in diem* quasi gratia detur, aut si „mandetur de Beneficio conferendo, quod quis *intra mensem* duxerit acce„ptandum, & una apponatur Decretum irritans, tunc enim Beneficium red„ditur affectum non minus, quam si pure mandatum esset. Siquidem ad„jectio certi temporis non suspendit effectum clausulæ irritantis, sed in fa„vorem Impetrantis facta censetur, quatenus non statim voluntatem suam „declarare, sed per totum mensem deliberare possit.

nuntur. Indulta huc præcipue conducunt, quæ Imperatores quidam ad [L]EOPOLDUM usque obtinuerunt & admiserunt. Controversiam dudum alias [ag]itatam de necessitate Indulti, nunc amica utriusque Aulæ, tam Pontificiæ, [t]am Cæsareæ, compositione sopitam a) resuscitare hic animus non est. Sive [ill]im necessaria ita sint, ut sine iis Jus hoc Imperatori non competat, sive ab[un]dantioris cautelæ aut facilioris executionis causa post Precum expeditionem [ad]versus renitentes Ordinarios, aut adversus vitilitigantes expectativarios Se[di]s Apostolicæ, vel nominationes utiles impetrata fuerint; (quod posterius [plu]rimorum Indultorum tempus sive data, tum occasio, scopus & tenor satis [osten]dit) utroque tamen ex intuitu argumento inde pro necessitate insinuationis [de]ducto eadem vis & efficacia inest. Primum autem, quod certis & indubi[ta]is documentis expeditum ostenditur, b) illud merito commemoratur, quod [Pa]tres Basileenses Imperatori SIGISMUNDO ad ipsius instantiam plenissime [in]dulserunt. c) Hoc enim gratiis expectativis & reservationibus Pontificiis aut [m]andatis de providendo sub quacunque amplissima forma & clausulis antelatio[nu]m vel anteferri vel irritantibus concessis ita uberrime derogat, ut Precibus

S s 2 Cæsa-

a) Conf. Literæ FRANCISCI I. Imp. de anno 1747. ad Elect. Mog. & CLEM. XIII. ad Capitula Germ. de admittendis Precibus JOSEPHI II. gloriosiss. imperantis de anno 1766. apud WÜRDTW. l. c. Nro. 57. & 58.

b) Quod enim RUDOLPHO I. Imp. a Greg. X. Rom. Pontif. concessum. OLIGENIUS refert Differt. cit. §. 19. solius DURANDI Speculatoris, coævi licet, & JOA. ANDR. ejusdem Scholiastæ fide insufficienti nititur, cum ejus tenorem neuter exhibeat, & facile Diploma Precum ipsum hodiedum superstes privilegii hujus nomine intelligere potuerit. Minus efficax est CENNII argumentum & in petitionem principii recidit, dum jam vestigium indulti in Diplomate Precum CAROLI IV. deprehendisse sibi visus est, in quo CAROLUS non tantum ad consuetudinem, sed etiam ad Jus provocat, ex quo ipse conclusione plane incohærente infert, jam tum indulto roboratum illud fuisse. Sane si ex opposita *Juris* voce *indultum* erui posset: multo melius sine dubio CENNIUS a RUDOLPHO ejus originem repetiisset, cum jam hic Imperator in Epist. 16., quam in Codice Rudolphino ipse CENNIUS produxit, Jus istud antecessoribus divis Imperatoribus & Regibus contulisse consuetudinem adfirmet, idque nullum latere angulum profiteatur; imo & Filius ejusdem Rex Rom. ALBERTUS in Rescripto ad Capitulum Aquisgranense ob neglectas primas Preces anno 1306. dato. apud VAL. FERD. de GUDENUS Cod. Diplom. Tom. II. p. 989, *Jus nobis & S. Rom. Imperio debitum, quod ex primariis Precibus* nostris nobis competere ex antiqua & approbata consuetudine dignoscitur, vocaverit, & comminationes indignationis Cæsareæ addiderit. Certe *consuetudinem.* Jus vel privilegium, *quod est Jus singulare*, tribuere posse nemo est, qui dubitet.

c) Refert etiam illud Clariss. WÜRDTWEIN loc. cit. pag. 40. & MOSER im Staats Recht loc. cit.

Cæsareis, licet posterius expeditis, nullatenus prævalere aut præjudicare debeant. Hanc tamen exceptionem satis luculenter adjicit, si tempore insinuationis Precum *res adhucdum integra*, aut ipsa *collatio* in vim expectativarum illarum non jam *perfecta* fuerit. Hoc enim diserta verba & adjecta conditio satis enuntiant. „Quibus omnibus etiam auctoritate Apostolica & motu proprio „vel alias sub quacunque forma vel expressione verborum, gratiis, indultis, „prærogativis, privilegiis & antelationum clausulis, seu irritantibus decretis „Beneficia hujusmodi expectantibus a dicta Sede quibusvis personis quoquomodo „concessis seu imposterum concedendis, etiamsi clausulas expresse dictis Precibus derogatorias, etiam eas specifice & expressius nominando continerent, „prædictas personas, pro quibus Preces vel nominationes hujusmodi pro tempore, ut præmittitur, dari contigerit, *si Preces* vel *nominationes præfatæ antedictis Ordinariis vel Collatoribus, priusquam eis de acceptatione nec non provisione, „siquas obtentu gratiarum expectativarum hujusmodi fieri contigerit, legitime constiterit, ipsis publicatæ & intimatæ extiterint*, in assecutione beneficiorum hujusmodi volumus anteferri, nec non literas gratiarum expectativarum ac reservationum ac processus earum vigore habitos pro tempore, & omnia inde secuta ad Beneficia ipsa per dictas personas pro tempore acceptata expresse volumus ullatenus non extendi, quin imo ipsis quoad Preces seu nominationes „hujusmodi dicta authoritate penitus derogamus, & derogari volumus per „præsentes. Et sane si Patres Basileenses ipsas adeo expectativas Pontificias, quas odiosas habuerunt, & ideo imposterum penitus eliminandas statuerunt, hoc favore dignas putaverint, ut *collatio* vigore earundem *ante insinuationem* Precum facta valida & irretractabilis esse deberet, atque ipse adeo Cæsar SIGISMUNDUS nihil in eo iniquum suisque juribus adversum aut derogatorium deprehenderit; majori sane favore digna utrisque visa fuit Ordinarii collatoris, tanquam Jure primævo tuti, provisio *insinuationem* ejusmodi *antecedens*.

§. XVIII.

Inter Pontifices, quem Indultum Primarum Precum Imperatori concessisse certo constat, primus NICOLAUS V. extitit. Hic enim post Concordata simili Indulto FRIDERICUM III. munivit, cui ansam dedisse Ordinariorum post Concordata renitentiam haud difficulter crediderim. Eadem enim obstare causabantur divisis inter Pontificem & Ordinarios omnibus mensibus, imo & expectativis in eorum favorem sublatis, quibus posthac gravari a Sede Apostolica non deberent, adeoque & Preces Cæsareas, quæ, cum ad vacatura Beneficia porrigi soleant, vera earundem species essent, non amplius subsistere posse contendebant. In perampla propterea forma, ac pro quibuscunque vaca-

vacationis mensibus id concessit anno MCCCCLI., quam LUNIGIUS, a) & clariss. WÜRDTWEIN b) exhibent, & personatus OLIGENIUS c) refert. Sed idem Pontifex insimul, quod ad rem nostram pertinet, ad effectum Precum consequendum, earum *insinuationem & publicationem* rite faciendam diserte prærequirit in verbis: „quæ (Beneficia) personæ, pro quibus Preces sive no„minationes hujusmodi factæ fuerint, quatenus hujusmodi Preces ad illa se ex„tendant, *post publicationem ipsarum Precum sive nominationum eo modo, quo et„iam alia Indulta super Ecclesiasticis Beneficiis conferendis quibusvis* personis con„cessa vel concedenda publicari volumus, *faciendam*, infra mensem, postquam „ipsa vacatio Beneficiorum hujusmodi innotuerit, duxerint acceptanda.„ Nihil sane illustrius, efficacius nihil in rem nostram expectari poterat, quam dilucida hæc Pontificiæ intentionis mentisque declaratio. Insinuationem enim Precum sive nominationum tanquam conditionem necessariam, sine qua nullum habere deberent effectum, luculentius requirere non potuisset, quam ubi nonnisi *post* illam acceptationi, & consecutive obligationi Collatoris Ordinarii ad conferendum locum tribuit; illa vero prævie facta modo mensem ad acceptandum Beneficium vacaturum prodesse statuit.

§. XIX.

Verumtamen, inquies, huic Indulto mox aliud ejusdem NICOLAI V. anno MCCCCLIV. in ampliorem ejusdem ERIDERICI III. favorem concessum successit, quod prius illud in §. antecedente mox relatum, speciatim quoad hanc insinuandi vel publicandi necessitatem revocasse, eamque penitus remisisse videtur. Hanc ipsam enim ceu ansam primariam revocationis innuit Pontifex verbis: „Cum autem, sicut accepimus, pro eo, quod in dictis nostris „posterioribus Literis in effectu inter cœtera voluimus primarias Preces per „dictum Imperatorem faciendas ad Beneficia Ecclesiastica se extendere *post pu„blicationem* ipsarum *eo modo*, quo etiam alia Indulta super Ecclesiasticis Bene„ficiis conferendis quibusvis per Nos concessa vel concedenda publicari volui„mus, faciendam &c. &c. nominatis, seu primarias Preces hujusmodi haben„tibus in assecutione beneficiorum expresse fuerit præjudicatum, & præjudice„tur, quum plures ex nominatis & habentibus Preces hujusmodi in assecu„tione Beneficiorum illarum vigore facienda impediti, quidam etiam diversis „litibus involuti & fatigati extiterunt laboribus & expensis, involvunturque „indies magis & fatigantur. Nos non obstantibus prædictis & quibusvis aliis „con-

a) Tom. I. Spicil. Eccles. pag. 337.

b) Subsid. Diplom. Tom. II. num. XV. pag. 337.

c) Differt. cit. §. 37.

„contrariis in dictis posterioribus Literis nostris contentis Clausulis, quæ, si „quæ sint in iisdem, præter mentem nostram appositæ extiterunt, etiam ab „ipsarum Literarum Data, ac ex post nostræ intentionis fuit, prout & adhuc „existit, quod nominati seu primarias Preces habentes hujusmodi omnibus & „singulis aliis .... in assecutione quorumvis Beneficiorum per eos vigore no„minationum seu Precum & nostrarum & Prædecessoris Literarum prædicta„rum facienda præferrentur & præferantur .... Volumus autem, quod ipsi „nominati & primarias Preces habentes Canonicatus & Præbendas & Beneficia „&c. sub eorum nominationibus seu precibus comprehensa, si vacabant, va„cant, vel insimul aut successive vacabunt, alias juxta dictarum Precum teno„rem atque formam acceptare & Precum hujusmodi executores de illis sibi „providere, & omnia alia in præmissis quomodolibet opportuna facere & ex„equi possint & valeant.„ Sed si accuratiori oculo & intimius hæc NICOLAI V. retractatio perspiciatur & discutiatur, substantiam insinuationis alicujus *previæ* nullatenus tangit, sed a publicationum certis tantum solennitatibus & temporibus per speciales suas Ordinationes & Cancellariæ Regulas sub pœna nullitatis Expectativariis alias præscriptis Precistas absolvit. Solennitatis enim ejusmodi per anteriorem aliquam NICOLAI V. constitutionem requisitæ exemplum adlegatur, „quod singuli, *postquam* Beneficia Ecclesiastica vigore gra„tiarum expectativarum *acceptassent*, ex tunc infra unius mensis spatium eis „de dictis beneficiis rite provideri, ac subsequenter *infra tres alios menses* im„mediate sequentes acceptationes & provisiones hujusmodi certis locis, diebus, „& quibus inibi etiam expressis *publicari*, nec non *infra annum* similiter inibi ex„pressum illas ac *dictas publicationes* ipsorum beneficiorum possessoribus, si qui „tunc, alioquin quamprimum foret, *intimari facere*, vel suo Jure, si quod eis „in dictis Beneficiis competere putarent, *judicialiter experiri* deberent &c.„ Item alia Constitutio memoratur, qua ordinatum fuerit, „quod omnes & sin„gulæ concessiones & litteræ ... personis, cujuscunque status aut dignitatis „extiterint, etiamsi Regali ... præfulgerent dignitate, editæ, seu concessæ, „aut inposterum edendæ, seu concedendæ, per quas expectativarum, specia„lium Reservationum seu aliarum Gratiarum beneficialium effectus in genere, „in quibusvis Provinciis, Diœcesibus & Ecclesiis quomodolibet impediretur, „*in ipsorum locorum Cathedralibus Ecclesiis coram testibus & Notario, qui copiam fa„cultatum petentibus concedere teneretur, solenniter publicarentur &c.* Atque hac itidem Constitutione abolita, rursus ejusdem quoque *publicationis solennitas* post acceptationem & collationem *subsequa* ex Regulis Cancellariæ & specialibus Constitutionibus Pontificiis Extravagantibus inducta & constituta remittitur, econtra vero *substantiæ* insinuationis ante collationem *prævia* ex natura rei & Juris Communis Decretalium supra deductarum præscripto necessaria nullatenus aboletur.

§. XX.

§. XX.

Porro hanc fuisse mentem NICOLAI V. subsecutæ postmodum CALIXTI III. Literæ eidem Imperatori FRIDERICO III. redditæ luculentius testantur. Nam cum vel Ordinarii quidam adhuc Concordatis & concessis ibidem liberæ suæ collationi alternis mensibus tenacius insistentes, vel alii expectativarii & mandatarii antelationum prærogativas ambientes Literas NICOLAI sub-it obreptionis arguerent; eodem paulo post rebus humanis exempto, FRIDERICUS III. ad Successorem ejus CALIXTUM III. rem detulit, & Bullam Concordatis æque, ac aliis omnibus Constitutionibus Pontificiis, Regulis Cancellariæ, Mandatis & Clausulis derogatoriam obtinuit Anno MCCCCLV. Qua ipsa tamen insinuationis substantia, utpote ex rei natura necessaria & per Jus Commune, non vero per Extravagantes Constitutiones aut Regulas Cancellariæ præcepta nullatenus adtingitur. „Volentes, inquit, quod personæ „istæ, pro quibus Preces hujusmodi sunt porrectæ, seu porrigentur in futu„rum . . . omnibus aliis . . . præferantur, ac possint, & debeant anteferri, „etiamsi per Regulas, vel Ordinationes seu Literas nostras etiam cum interpo„sitione Decreti irritantis aliud statueremus. . . Et quod tam Imperator, „quam habentes Preces hujusmodi, ac desuper eis concessæ Preces & Literæ „ad cujusvis Constitutionis, Ordinationis, seu Regulæ per Nos editæ, vel publicatæ, seu imposterum edendæ vel publicandæ, *solemnitatem*, *restrictionem*, *formam*, vel *satisfactionem seu observantiam* minime teneantur, nec ipsæ Preces sub illis comprehendantur quoquo modo.

§. XXI.

Eadem Antecessorum mens ex Successoris INNOCENTII VIII. Literis aperta plane ac evidens redditur. Nam & iste Pontifex MAXIMILIANO I. adhucdum Regi Romanorum, vivente Patre suo FRIDERICO III., electo eandem securitatem plenissimam adversus omnes ejusmodi Constitutiones, Expectativas anteriores & Mandata, aut Clausulas antelationum, *anteferri* vulgo dictas, præstitit Indulto VII. Kalendas Augusti Anno MCCCCXCII. dato declarans, quod, quicunque habentes Preces hujusmodi, ac desuper eis concessæ Literæ *ad cujusvis Constitutionis*, *Ordinationis*, *seu Regulæ Cancellariæ* per Nos tunc editæ, seu publicatæ, seu in antea edendæ & publicandæ *solennitatem*, *restrictionem*, *formam*, *satisfactionem* seu *observantiam minime tenerentur*, *nec ipsæ Preces sub illis comprehenderentur quoquo modo*, ac etiam minime teneantur aut comprehendantur in futurum.„ Quam parum vero insinuationis ex natura rei & ex Jure Communi, uti supra prolixe satis deduximus, requisitæ necessitas remitti voluerit, ejusdem Indulti ulterior contextus demonstrat, dum hæc ipsa

ipsa tanquam terminus adsignetur Ordinariis, post quem non liceat iis amplius expectativariis quibuscunque etiam anteriores Literas habentibus Beneficium aliquod in præjudicium Precistarum conferre; atque hoc ipso simul ostendit, collationem, quæ *ante insinuationem* vel expectativariis Pontificiis, vel aliis quibuscunque facta fuerit, tanquam validam simul & efficacem, sive irretractabilem agnosci, in verbis: „Et quod etiam post Datam singularum priorum Literarum nostrarum concessæ per præfatum Regem Preces prædictæ & inposterum concedendæ quandocunque *ex die insinuationis* earundem dictis Collatoribus & collatricibus factæ Beneficia Ecclesiastica sub illis comprehensa, *quæ postmodum hactenus vacaverunt*, & *imposterum pro tempore vacabunt*, & infra unius mensis spatium, postquam illarum vacatio illis, pro quibus Preces ipsæ porrectæ fuerunt, vel inposterum porrigentur, aut eorum Procuratoribus innotuerunt, vel innotuerint inposterum, per se, vel per eorum Procuratores, acceptata fuerunt, & acceptabuntur in futurum, vigore Precum Regiarum hujusmodi eis, quibus ipsæ fuerunt pro tempore concessæ, & qui illa hactenus acceptarunt, & inposterum acceptabunt, conferentur & censeantur affecta adeo, ut alteri conferri, seu alias de illis disponi in præjudicium Preces ipsas prosequentium nullatenus quavis ordinaria auctoritate potuerit sive possit." Ubi & istud sedulo animadvertendum, insinuationem istam præviam, & acceptationem subsequam studiose distingui, & priori nullum, posteriori vero mensis terminum a die vacationis notæ computandum præfigi; aut potius sicut mensis spatium post vacationem notam elapsum terminus finiendæ ea saltem vice obligationis Ordinariorum statuitur, ita insinuatio tanquam terminus inchoandæ eorundem obligationis adsignatur. Præterea INNOCENTIUS VIII. Literas ab Antecessore suo NICOLAO V. Imperatori FRIDERICO III. concessas, quas insinuationis faciendæ disertam mentionem fecisse antea vidimus, plenissime quoad integrum suum tenorem, ac si de verbo ad verbum expressus esset, confirmat, & ea omnia, quæ illis non obstare a NICOLAO V. declaratum fuit, nec suis obstare declarat. a)

§. XXII.

a) Conf. apud Clariss. D. WÜRDTWEIN loc. cit. pag. 98. his verbis: Ut in assecutione quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum, quarumcunque qualitatum fuerint, sub literis eis per eundem MAXIMILIANUM Regem concessis comprehensorum omnibus & singulis antelationibus, prærogativis, Decretis, Declarationibus, suspensionibus, exceptionibus, derogationibus & clausulis in quibuscunque literis facultatum nominandi præfato FRIDERICO Imperatori tam per felicis recordationis NICOLAUM Papam Quintum, quam quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros concessis, quarum omnium tenores & affectus, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, haberi volumus pro expressis, gaudere, uti & potiri libere & licite valeant in omnibus & per omnia perinde, ac si antelationes hujusmodi

§. XXII.

Ulterius quoque exinde consectarium efficitur, nihil obesse, quod postea ra Indulta inde a LEONE X. usque ad URBANUM VIII. quoad tenorem im, paucis exceptis, satis concordantia Clausulam illam hactenus toties iteam · *ex die insinuationis earundem*, penitus omiserint, imo quod majus est, o ab insinuatione & publicatione facienda Precistas eximere & eliberare viatur. Nam eadem & hic *responsio* recurrit, *solennitates* ac *formalitates* insiitionis & publicationis, ejusque post acceptationem *subsequa vigore Regulæ* quarundam *Cancellariæ* requisitas remitti, non *substantiam* insinuationis & 'em in ordine ad acceptandum *præviæ*, vel durante adhuc Beneficii vacatione *ptationem concomitantis* intelligi, cujus necessitas ex *natura rei*, & *Juris comis* Decretalium præscripto injungitur & comprobatur. Denotant hoc enim verba, quibus LEO X. *a*) utitur: „Non obstantibus *Nostris* de non utendo atia expectativa ...., de insinuatione & publicatione ac diligentiis per acceantes desuper faciendis ..... ultima Aprilis, & XX. Januarii & 1*ma* Decemis, 28*vo* Junii mensium diebus ... & aliis quibuscunque *in Cancellaria Apolica quandocunque publicatis.* & publicandis ac aliis Constitutionibus & Ordiionibus Apostolicis .... &c.„ Similibus quoque intermedii Pontifices & ique URBANUS VIII. formulis se explicant. *b*) Atque id ipsum laudatus supra JOANNES a CHOKIER, qui scholia sua in primarias Preces ipsi Augustissimo Imperatori FERDINANDO II. & tribus Electoribus Eccleicis dedicare ausus fuerat, tanquam veridicus mentis Pontificiæ & Cæsareæ ntionis Interpres ac indagator censuit & scite animadvertit. Nam cum ipse loco supra citato *c*) insinuationis præviæ quoad substantiam suam indispenlem necessitatem nobiscum luculentissimis verbis adseverasset; *Sect.* tamen *de Clausulis non obstantiarum* ad verba: *De insinuatione* has Indultorum exssiones de sola *publicationis solennitate* interpretatur, ita ratiocinatus: „Patet hoc textu insinuationis & publicationis *insinuationem* (solennitatem rectius) missam esse, sed eam relinqui arbitrio nominati. Ideo, quæ ex quadam „EUGE-

di per eos specialiter emanassent, motu, scientia & Authoritate prædictis Concedimus pariter & indulgemus, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in literis præfato FRIDERICO Imperatori super hoc concessis prædictis concessum est non obstare.

) Apud WÜRDTWEIN Subsid. Diplom. T. cit. pag. 110.

) Apud eundem loc. cit. pag. 278.

Differt. præsent. §. 8.

„Eugenii Papæ IV. Regula *de solennitate publicationis* gratiæ expectativæ con-
„sulendo scripserunt Abbas, Phil. Corn., Ludov. Rom. & alii, hujus
„Indulti dispositionem minime afficiunt.

Occurrit autem in his & alia Clausula: „*Anteferri volumus* quibuscunque .... expectantibus, etiamsi in quibusvis Ecclesiis *in Canonicos recepti fuerint*.„ vel derogatur in favorem personarum Preces Cæsareas obtinentium omnibus aliis antelationum prærogativis quibuscunque aliis concessis, & similibus derogatoriis Clausulis, quæ nullis, quo minus præsentium (id est, Indulti) succedant effectus, suffragari debeant *expectantibus*, etiamsi illarum obtentu in quibusvis Ecclesiis in Canonicos recepti fuerint. *d*) Quæ plus sane difficultatis habere videtur. Siquidem ista e diametro opposita adparet exceptioni illi ex Indulto Patrum Basileensium supra *e*) excerptæ: *Si tempore insinuationis Precum res adhucdum integra, aut ipsa collatio in vim expectativarum illarum non jam perfecta fuerit;* in qua præcipuum quoddam opinionis nostræ fundamentum ibidem conlocavimus. Sed & istam difflare facile est cuique altius rimanti, de solis expectativis sermonem esse, quibus quandoque, *nulla* licet *Prabenda actu vacante*, ad imitationem feudalium Curiarum in *eventum futurum* investitura statim conjuncta fuit, eo tantum ex fine, ut quibuscunque aliis posterioribus expectativariis, imo & ipsis Precistis anteferrentur, & favore Juris Communis collationem Canoniæ sine Præbenda permittentis & adprobantis uterentur. Hanc enim, veluti *eventualem*, Precibus fraudi & præjudicio esse non debere, rectissime Pontifices statuunt. Secus econtra est de Investitura sive receptione in numerum Canonicorum, quæ *Prabenda vacante* tribuitur, adeoque verum Jus in re, sive in Beneficio, idque actuale & perpetuum tribuit. Liceat & hic rursus ad authoritatem ejusdem prælaudati Scholiastæ, nec Summo Pontifici nec Augustissimo Imperatori suspecti, provocare. Nam licet in Scholiis suis *f*) verba hæc admodum ponderosa & præjudiciosa: *Etiamsi in Canonicos recepti fuerint*, nulla speciali animadversione, quam merebantur, notaverit; ad verbum tamen: *anteferri*, id abunde præstat, inquiens: „Per Clausulam, *anteferri*,
„posterior præfertur priori habenti *Jus ad rem*, non *in re*. Gemin. *in Cap.*
„*Quoniam. num.* 7. *de Concess. Prab.* Ruzaeus *Tract. Reg. Privil.* 4. *num* 6.
„Quam-

d) Conf. apud Würdtwein Indultum Leonis X. pag. 112. Clementis VII. pag. 142. Ejusdem pro Ferdinando I. Imperatore pag. 171. Pii IV. pro Maximiliano II. pag. 206. Gregorii XIII. pro Rudolpho II. pag. 231. Pauli V. pro Mathia & Ferdinando II. pag. 264. Urbani VIII. pro Ferdinando III. pag. 279. ubi clausulæ non obstantiarum per ly &c. cum prioribus concordantes supponuntur.

e) Dissert. præf. §. 17.

f) Loc. cit. Sect. V. §. 1.

„Quamvis enim regulare sit in gratiis ad Beneficia, ut, qui prior est tempore, „potior sit jure; fallit tamen, ubi de contraria Principis voluntate constat, qui „pro sua summa potestate potest posteriorem anteponere priori; & dum an„teponit, expresse id declarando, non censetur priorem gratiam penitus ab„olere vel revocare, quin patitur illam manere salvam, ut illius vigore, qui „tempore prior fuit, possit acceptare aliud Beneficium sub gratia sua com„prehensum.

§. XXIII.

Similiter quotquot Diplomata Precum invenire licuit, de insinuatione Precistis incumbente equidem altum silent. Nam quæ ante expeditionem Indultorum Pontificiorum emanare solebant, diversissimas plane & arbitrarias formulas continent. Quæ vero postmodum dari cœperunt, plerumque eodem fere verborum tenore concipiebantur. In neutris autem expressa insinuandi obligatio Precistis injungitur. Sed nihil propterea ponderis deductis hactenus argumentis decedit. Ipsa enim hæc Diplomata, cum ad Capitula Ecclesiarum vel Ordinarios quoscunque collatores aut collatrices dari & inscribi soleant, hanc secum insinuationem tacite simul involvunt; neque ante visas literas eos obligant. Eadem autem vis est taciti, ac expressi. Ea insuper Beneficia tantum præsentantibus easdem conferri imperant, quæ actu etiamnum vacantia tempore præsentationis earundem inveniuntur, aut quæ post easdem jam præsentatas modo vacabunt, uti verba eorundem luculenter satis eloquuntur: „Vos „adhortantes &..... requirentes, ut Beneficium Ecclesiasticum...., in Eccle„sia vestra, quod ad *præsens* (id est, nunc, ubi Diploma præsentatum ad eos „loquitur) sive *proxime* quomodolibet...., in quocunque mense *vacare contige„rit*.....ei conferatis & assignetis, atque etiam de eo provideatis &c. &c. Merum Mandatum de providendo hæ formulæ continent, non autem actualem provisionem, quam ipsemet Augustissimus Imperator haud adfectat. Solenne autem Mandatis omnibus est, quod Rescriptis Justitiæ eatenus æquiparentur, & tantum a tempore præsentationis seu insinuationis effectum consequantur. Denique nonnisi vacans vel vacaturum posthac Beneficium acceptandi facultatem iisdem tribuunt & impertiuntur.

§. XXIV.

Quod autem ex Literis Cæsareis aut Diplomatis Precum inferri per consequentiam duntaxat potest, id disertis verbis rursus Literæ Executoriales ab Executoribus Mandato Augustissimi Imperatoris constitutis & authoritate quondam Apostolica munitis ad Ordinarios dari solitæ exprimunt. Cum enim hac in re tanquam Delegati Imperatoris considerari debeant, quæ in hac qualitate

ab iis perpetuo hactenus gesta sunt, & nunquam ab ullo Augustissimorum delegantium contradicta, aut rescissa, vel cassata noscuntur, ab iisdem juxta intentionem & ex Mandato eorundem gesta intelliguntur, & ipsosmet supremos delegantes in casibus posthac futuris obstringunt. Sicut enim totum hoc Jus ex antiqua & inveterata consuetudine sibi adquisitum Imperatores fatentur; ita & eadem consuetudo ac observantia in modo illud exercendi & in usum deducendi semper hactenus publice frequentata ejusdem posthac normam constituit. Ex iteratis autem toties uniformibus Mandatorum executorialium formulis Augustissimi Ejusdem nomine ad Collegia, Ecclesias & Capitula editis observantiam penitus legalem constitui, quis unquam in dubium vocare ausit? Executoriales autem Literæ præter Precum Imperialium Diploma non tantum Indulta Pontificia in integro suo tenore simul referunt, sed insuper illo recensito deinde Executores ad Mandata tam Apostolicum, quam Imperiale sibi directa reverenter exequenda progressuri ipsimet huic præviæ insinuandi & notificandi obligationi se satisfacere fatentur, & non prius parendi necessitatem Ordinariis injungunt, quam postquam etiam decenter ab ipsomet Precista ad id fuerint requisiti, & ab hac requisitione terminos contumaciæ computari volunt. Ita enim in sua parte dispositiva prosequuntur: „ Idcirco authoritate „Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatas Literas, „tam Apostolicas, quam Imperiales, atque hunc nostrum processum & in eis „contenta vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster process„sus dirigitur, & cuilibet vestrum in solidum *insinuamus*, *notificamus*, *& ad „vestram*, & cujuslibet vestrum *notitiam deducimus & deduci volumus* per præ„sentes, & nihilominus vobis & vestrum cuilibet in solidum .... districte præ„cipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium *post præsentationem seu „notificationem præsentium vobis factam & postquam* pro parte dicti NN. Principa„lis vel Procuratoris sui ejus nomine desuper vigore præsentium *fueritis requi„siti*, Beneficium Ecclesiasticum, quod *ad præsens* sive *proxime* quomodocunque „vacaverit .... quod & quæ dictus NN. per se vel per ejus Procuratorem acce„ptandum duxerit .... conferatis & assignetis. „

§. XXV.

Et quid multis? Insinuationem ejusmodi necessariam esse ad effectum Precum consequendum judicarunt ipsimet Precistæ, qui Diplomata sua mature, vel antequam adhuc Beneficium vacaret, aut, siquod vacaverit, eo necdum ab Ordinario collato, præsentanda & insinuanda duxerunt. Exemplum maturatæ ejusmodi de insinuando ante vacationem actualem sollicitudinis domesticum & in vivis etiamnum superstes exhibet Protocollum Capitulare Insign. Eccles.

Eccles. Colleg. in Haugis. a) Formulare autem Instrumenti super Insinuatione ejusmodi confecti refert Clariss. D. WÜRDTWEIN b) cujus tenor satis ostendit, eam ab ipsa Beneficii jam vacantis acceptatione quam longissime distare. Luculentius autem omnes actus diversos successive nomine ipsius Principalis constituentis peragendos circa hoc negotium primarum Precum perficiendum a se invicem distinguit aliud Mandatum Procuratorium insinuandi Preces FRIDERICI III. Capitulo S. ALBANI Mogunt. apud eundem, c) quo *principium* ejus negotii in *præsentatione*, *intimatione*, *insinuatione* seu *notificatione* Literarum Cæsarearum, *medium* in *acceptatione* dein Beneficii alicujus suo tempore vacantis, *finis* denique in ejusdem impetrata *provisione*, *juramenti* secundum statuta & consuetudines *præstatione* atque *receptione* in numerum Canonicorum, petitione ac adeptione actualis in corporalem possessionem introductionis constituitur.

§. XXVI.

Ab hac opinione nostra non recedere Supremum Consilium Imperiale Aulicum in decidendis controversiis hac super re eo delatis facile conjecturare nobis licet ex injuncta illi per ipsammet Ordinationem Cæsaream Juris communis observantia, imo & ipsa alias in eodem æque ac in Excelso Imperialis Cameræ Judicio usitata praxi, quæ abunde docet in materia privilegiorum (quorum species indubie sunt Diplomata Precum Ordinariam Beneficiorum collationem Jure communi stabilitam ea vice in favorem Precistæ impedientia) non aliter pro privilegiato pronuntiari, quid? quod eundem potius a limine Judicii adeo repelli, nisi non tantum Judicio desuper per adjunctum Originale fides fiat, sed insuper etiam legalibus doceatur argumentis, parti alteri, quam concernunt, & contra quam ex privilegii tenore ad pœnam vel ad alium effectum agitur, illud rite insinuatum fuisse. De hac perpetua Cameræ Imperialis praxi versatissimus in eadem ANDREAS GAILIUS prolixe testatur. a) Propius huc

a) Die enim 21. Febr anno 1747. Precista A. R. D. JODOCUS GROSGEBAUER per Notarium & 2 Testes Diploma[illegible] Capitulo obtulit per 2. Deputatos in copia vidimata susceptum & ab his ad ipsummet Venerab. Capitulum delatum; quod devotissimo cum respectu illud pro insinuato habuit, & Dominum Candidatum cum retraditione Originalis ad casum vacationis & statuta amandatum dimisit.

b) Subsid. Diplom. Tom. II. num. XIX. pag. 83.

c) Ibid. pag. 48.

a) Pract. Observ. Lib. I. Observ. I. num. 9 - 13.

Es werden aber in solchem Fall nicht ehe die Proceß zugelassen, oder Citation zu sehen, welcher gestalt einer in die Straf des habenden Kaiserlichen Privilegii ver-

huc faciunt alia demestica ipsiusmet Excelsi Judicii Imperialis Aulici præ cia & conclusa, quæ docent, non aliter ad instantiam Precistarum pro d nendis Rescriptis dehortatoriis & cassatoriis supplicantium quidpiam dec nisi de insinuatione Precum una cum productione documenti mortis, opt & requisitionis docuerint. Refert eadem Illustr. L. B. DE CRAMER C liarius quondam Imperialis Aulicus ac postea Cameræ Imperialis Adsessor

verfallen, zuerkennet, es sey dann zuvor solch Privilegium dem Kaiserl. Kan gericht, sowohl auch dem Gegentheil gebührlicher Weis kundt gegeben und insin worden: dem Kaiserl. Kammergericht zu dem Ende, daraus der habenden In ction sich zu vernehmen: dem Gegentheil aber darum, damit derselbige solches vilegii Wissenschaft trage, dann weil solche Privilegia andere betreffen... E auch das vermuthlich, daß solche Privilegia andern unwissend und unbekannt se Derohalben ordentlicher Weis auf die verwürkte Poen des übertretteuen Privi zu klagen ist vonnöthen, daß solch Privilegium zuvor der Parthey sey kund u wissen gethan worden, welches in supplicatione um Proceß muß mit vermeldet den..... Und es soll die Insinuation der Privilegien geschehen vor dem gebühr Richter, sonst hat sie keine Kraft. Jedoch kann dem Gegentheil solch Privile insinuiret werden vor Notarien und dazu erforderten Zeugen, dieweil ein Notari solchen und dergleichen voluntariis actibus als ein Richter geachtet, auch dar Rechten Judex Chartularius genennet wird.

b) Syftem. Procesf. Imp. seu Superiorum Augustiss. Tribunalium Sect. VII. XII. §. 2414. Ven. 17. Aug. 1753. verbis:

Würde Implorant de insinuatione Precum nebst Beybringung des Docum mortis, optionis & requisitionis in copia vidimata dociren, so ergehet fo fernere Kaiserl. Verordnung.

Eodem referente §. 2416. Huic requisito se satisfecisse docuit Comes NESTUS DE REGIS exhibendo indicationem Precum Cæsar, a se insinuata & a Capitulo acceptatarum, secuta autem vacatura obmotæ contradictio juncto petito humillimo pro Clementissime manutenendo Preces Cæsa eumque in finem decernendo rescripto ad Capitulum Cathedrale Ecclesiæ tisbonensis de non attenta contradictione admittendo Precistam ad posse nem vacantis Præbendæ.

Et obtinuit Resolutionem: Cum inclusione exhibitorum sub præf. dierno fiat petitum Rescriptum an das Domkapitel zu Regenspurg cum term duorum mensium.

Aliud exemplum adjungo ex MOSERI Reichs-Hofraths-Conclus. T. 983. 21. Jan. 1724.

AACHEN WERNERUS contra Decan. & Capit. Colleg. Eccles. in Widenb pcto prim. Prec. sive gedachter Aachen sub præf. 13. huj. supplicat humill pro manutenendo Preces Cæsareas Primarias decernendaque earum execu ne. Appon. Lit. A. & B. in duplo.

dcirco ita concludit, tum demum Preces Cæsareas manutenendas esse, si uatio Precum debite facta & Præbenda acceptata fuerit, eumque in finem, rta contradictio, Rescriptum ad Capitulum decerni solere de non attenta radictione admittendo Precistam ad possessionem vacantis Præbendæ c)

§. XXVII.

Ex deductis hisce momentis admodum sane efficacibus facile satisfit dif- tatibus, quas in subsidium Patronorum negativæ sententiæ supra §. VI. sincera in inquirendo solertia & maximo, quod iis inesse potest, robore misimus. Licet enim

Ad I. Insinuatio Precum & acceptatio Beneficii in vim earundem petiti undem finem tendant; diversos tamen plane effectus sortiuntur. Prima xium inchoat, altera continuat, prima potestatem Ordinariorum collato- antea liberam supponit, ligare autem & coarctare incipit, ut posthac li- exercere eandem nequeant; Acceptatio vero secundum se eandem jam li- m & coarctatam supponit; ut enim efficax esse possit, jus petendi unius, & gationem alterius ad præstandum sive conferendum pro fundamento suo re- it. Unde

Ad II. Insinuatio necessario vacans vel vacaturum etiam beneficium sup- ere debet, quod adhuc conferendum sit, ut conferendi potestatem adficiat estringat, quæ enim antea & libere & licite justeque ob nullum obicem sibi ositum exercita fuit, postea restringi & coarctari non amplius potest. Ac- atio econtra, cui præcessit facta ante collationem insinuatio vel præsentatio arum Precum, collationem tunc injuste & illicite ab Ordinario, in præju- um Precistæ aut Juris Cæsarei, attentatam juste impugnat, &, dummodo isis adhuc currentis tempore contingat, inefficacem vel retractabilem red- viribusque suis evacuat, adeo, ut a Judice Superiori collatarius Ordina- tanquam injustus detentor, ad Instantiam Precistæ necessario sit expellen- Porro

Ad III. A Summo Pontifice ad Imperatorem valere quondam potuit ef- e illatio, ubi & ille adhucdum vel solis precibus ac nudis commendationi- bus

Wird Supplikant sich zuforderist bey dem Hrn. Collatore ordinario wegen voll- ziehung der Kaiserl. Precum gebührend angeben, auch was es für eine eigentliche Beschaffenheit mit denen vorhero schon auf das Stift Widenbruck einem Precisten seinem des Supplicantis selbst eigenem Angeben nach ertheilten Kaiserl. Precibus habe, besser und umständlicher anzeigen, und befindlichen Dingen nach alsdann an- ruffen wird; so erfolgt fernerer Bescheid.

) Eodem §. 2416.

bus, vel deinde mandatis etiam de providendo uti solebat, quibuscum Preces Cæsoreæ quam maxime convenire videntur, eo tamen cum discrimine, quod Summus Pontifex ipsam adeo potestatem Ordinariorum adficere, auferre & irritam reddere suis mandatis potuerit, ubi saltem hanc irritandi voluntatem disertis verbis & clausulis adjectis expresserit. Secus autem Imperator juxta principia Religionis Catholicæ, nisi Pontificio ad hoc Indulto vel delegationis specie munitus fuerit. Quoad Mandata ejusmodi insinuandi Necessitatem ipsummet Pontificem INNOCENTIUM videlicet IV. luculentissime agnovisse ac statuisse, *Cap. 1. De concess. Præb. in 6to* supra latius discussum testatur. Hodie autem Pontifex reservationibus utitur; quæ nunc Jure ipso communi, vel saltem Concordatis nostræ Germanicæ, tanquam Juris Ecclesiastici Germanici Publici parte, comprehensæ nulla ulteriori insinuatione indigent, cum Jura ignorare nemini sit permissum; imo & certa determinata ex modo, tempore vel loco vacationis Beneficia statim ipso facto adficiunt, aut quoad ista integram conferendi potestatem Ordinariis auferunt atque ab iis ad summum Pontificem avocant, in eumque solum privative transferunt. Quæ omnia in Primariis Precibus Cæsareis aliter plane sese habere in aprico est. Unde quæ a reservatione clausa in Corpore Juris communis ad has derivatur, analogia & similitudo tantum est, non plena quædam æqualitas aut perfecta identitas, adeoque ultra expressum præcise unius mensis tempus nequaquam extendenda. Exinde

Ad IV. Ulterior inter reservationem clausam in Corpore Juris communis, & Preces primarias differentia colligitur. Quamvis enim ex inveterata Germaniæ consuetudine Jus primarum Precum Imperatori, tanquam Supremo Ecclesiarum nostrarum Advocato, competere constet, non æque tamen constat aliquam determinate Præbendam eodem Jure esse adfectam, sicut id de Præbenda per mortem alicujus Beneficiati in Curia defuncti aperta constat. Illud enim Jus potestatem Ordinariorum non adimit, sicut eandem reservatio Pontificia penitus avocat. Cœterum

Ad V. Argumentum ex Decreto irritante Indultis quondam Pontificiis adnecti solito, quod eundem cum reservationibus pontificiis effectum sive avocationem & irritationem potestatis Ordinariorum operari videtur, superius *a*) ipsiusmet Pontificis, tanquam optimi mentis suæ Interpretis, auctoritate uberrime jam dissolutum fuit, ubi *conditionate* tantum irritare se ipsemet exposuit, si conditiones in Mandatis ejusmodi de providendo a semetipso expeditis subintellectæ reapse adimpletæ fuerint, *b*) quarum præcipua insinuandi legitime obligatio ibidem statuta reperitur. Præterea

Ad

a) Differt. præf. §. XIII.

b) Non inepte ita ratiocinatur KOENIG Princip. Jur. Can. Lib. III. Tit. VIII. num. 25.: „Et vero refert, *pure* an *conditionate*, num *cum* vel *sine* clausula „irri-

Ad VI Cum integer tenor instantiæ nomine Tutorum L. B. DE VENNINGEN Imperatori MATTHIAE exhibitæ plures exceptiones a Reverendissimo Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Spirensis ipsi velut Precistæ obmotas continuerit, quarum aliquæ Juri Cæsarearum Precum reapse adversantur & tamen nullæ nunc passim ab omnibus agnoscuntur; c) in has dilaudatio illa recidere jure potuit, quin exceptio non factæ ante collationem debitæ insinuationis simul rejecta censeri debeat. Et Rescriptum hoc Cæsareum tantum ulteriorem pleniorem que informationem Episcopo Spirensi, tanquam Executori Delegato Cæsareo injunxit, nihil proinde decisivi inde hauriri poterit. d) Eventus vero causæ illius ex Protocollis Capitularibus plenissime relucens abunde docet, cum causæ exceptionum reliquæ nihil momenti habuerint, imo ab eo Reverendissimo Capitulo promptissimam executionem in quocunque alio vaca-

„irritante Mandatum seu Rescriptum datum sit? ... Quando sub *conditione* „de certo beneficio rescribitur v. g. *si impetrans per executorem a nobis desti-* „*natum repertus fuerit vitæ laudabilis*, etiam *adjecta clausula irritante*, nihi- „lominus Ordinarius Collator ante conditionem impletam valide alteri be- „neficium conferre potest

c) Causas reliquas secundarias eadem Supplica (an sincere & fideliter, nostrum non est determinare) sequentes refert: Nämlich daß Höchstgedachte E. K. M. Preces allein in mense extraordinario, id est, Summi Pontificis, und nicht in mense ordinario des Capituli statt hätten und zugelassen wären, alldieweil E. M. solch Jus nicht für sich selbst, sondern aus wirklicher Zulassung der Päbstl. Heiligk. hätte begeben können; sintemal der Mensis ordinarius vermöge Concordatorum Germaniæ dem Kapitel vorbehalten und zugeeignet wäre. Zum andern solches alles bey einem dem Kapitel zu Speyer von undenklichen Zeiten beständig Herkommen, auch dasselbe darüber mit sonderbaren gnugsamen Statuten und Privilegien versehen wäre. Und da schon fürs 3te dieses alles nicht wäre, dannoch vielgedachte Preces in ordinario Mense nicht statt noch eine Wirklichkeit haben möchten, bis so lang und viel die nominirte Turnarii, deren noch 2 vorhanden, und über ihre nominationes briefliche Kapitularische Schein hätten, auf noch andere begebende Vacaturen wirklich angetretten wären, und der Precarius oder E. K. M. provisus so lang zurückstehen müßte.

d) Conclusio enim Rescripti memorati hæc est:

Begehren darauf an Deine Andacht hiemit gnädigst: Sie wollen erstberührtes des Domkapitels Anbringen und Informiren fleißig und wohl erwägen, und bey Dero Archiv nachschlagen lassen, ob und was sich von den angezogenen bey hievorigen Zeiten fürgegangenen Exemplen und Fällen befinde, und wie die Sache im Grunde der Wahrheit beschaffen.... Damit wir uns also in einer so wichtigen Sache und hohen Reichsregal auf eingeholte genugsame und begründete Information eines gewissen und voranläßigen mit guten Bestand endlich desto besser resolviren können.

vacationis casu pollicito disertis verbis demum diffessæ fuerint; e) solum insinuationis ante collationem requisitæ defectum, collectis plurium Jurisconsultorum

e) Devotissimam hic gratitudinem meam publice contestari mihi liceat Reverendissimo, Perillustri, ac perquam gratioso D. L. B. de HUTTEN Ecclesiæ Cathedralis Spirensis Decano, quod ejus gratioso permissu Prænobilis & Consultissimus D. N. LOEBEL, Celsissimi Principis Spirensis Consiliarius Aulicus & Archivarius (cui pro indefesso labore non minus, quam incredibili animi promtitudine, aliis tamen pluribus eruditis raro exemplo jam exhibita, æque devinctissimum me profiteor) Protocolli Capitularis Copias sane permultas hunc Casum concernentes describere potuerit & summa cum humanitate honoratissimis literis significata mihi communicare haud gravatus fuerit.

Ex his Primariam recipiendi nominatum a Turnario L. B. de BÜRN Eumque in possessione sua manutenendi, Precistam vero L. B. de VENNINGEN serius comparentem rejiciendi causam Illustrissimo & Reverendissimo Capitulo fuisse *defectum insinuationis* Precum necdum antea factæ luculentissime elucescit. Ita enim sub 25. Februarii 1614. Deputatis Celsissimi respondit:

Also wollte man nicht hoffen, daß dies factum, dieweil von Ihro K. M. oder sonsten jemand anders Capitulo nichts insinuiret oder notificiret, also ungnädig, wie etwan angezeigt worden, wird aufgenommen werden können, bäthe man Ihro Fürstl. Gnaden nochmals, wollten dieses so hoch nicht anziehen, sondern vielmehr zum besten helfen befördern, daß itzig Zeiten das Stift nicht anderst gehalten, als bey den Vorfahren geschehen.

Similiter 8va Aprilis ejusd. anni propositioni nomine L. B. de VENNINGEN expositæ respondit: Zudeme so wäre kein intimatio Precum jemal geschehen gewesen, gestalt meine Herren diesem Stift, deme sie mit Pflichten verwandt, zur Neuerung und nachtheilig Consequenz nichts zu präjudiciren wissen; wollten doch diese Insinuation Kaif. Maj. zu allerunterthänigsten Ehren hiemit angenommen, und denselben nach dieses Stifts altem Herkommen künftig ingedenk seyn, wissen andergestalt vor diesmals nicht zu willfahren, dann res nicht mehr integra, einem andern Confratri locus & Præbenda zugesagt und eingeantwortet, stellten es also Ihnen anheim, ob sie dessen erwarten, oder es anderwärts weiter suchen wollten.

Eadem causa ex Protoc. de 12. Aug. ej. anni elucet, ubi Præbenda per mortem Cantoris D. de STURMFEDER in mense Papali vacaverat, & D. ERASMO de HORST provisio Papalis concessa fuerat, cui possessionem (diu frustra expectato Precista L. B. de VENNINGEN) demum contulit cum protestatione tamen precibus per hoc non derogandi sed *salvo cujuscunque Juri*: Nachdem Adolph von Venningen, welcher von itzt K. M. unsern allergnädigsten Herrn uf das nächst bey unserm Domstift vacirend Canonicat Preces Imper. erlangt, dieselbe nach Ableben Hrn. von Heldinghausen insinuiren und ankündigen lassen, auch Posseß ihm zu geben inständig angehalten.

Nachdem aber allbereit Melch. Diet. von Bürn als nominato, ehe solche Insinuation geschehen, Posseß geben und also auch aus erheblichen Ursachen.... Ihm nit willfahret werden können, doch mit Erklärung, daß wir die insinuirte Preces für

um & Univerſitatum ſuffragiis, tanquam cauſam ſufficientem in hoc contra-
torio agnitam fuiſſe, cur Preciſta L. B. DE VENNINGEN Præbendam ab
tio peritam poſt collationem Ordinarii non amplius obtinuerit, ſed tertia de-
m poſtmodum aperta contentus eſſe debuerit. *f*) Denique

für ſich Ihrer Maj. zu allerunterthänigſten Ehren annehmen, wären auch die nächſt qualificirte vacirende Ihm zu geben urbietig, alſo Er von Venningen immittelſt dies ſich ſeines durch erlangte Kaiſerl. Preces erlangten Rechtens.... gebrauchen, immaſſen auch ſeine Vormunder und nächſte Freund unterſchiedlich deſſen angemahnet, mögen und ſollen; dieweil uns aber nicht wiſſend, aus was Urſachen dieſes nit geſchehen, oder was gefährlichs hierunter über kurz oder lang mögte wollen geſucht werden, iſt ein Ehrwürdig Edel Domkapitel im geringſten nit gemeint diesfalls einen oder den andern Theil an ſeinen prätendirten Jure vorzugreifen, Vorſchub zu thun oder verhinderlich zu ſeyn; oder ſich in angedeute Differenz zwiſchen ermeldten beeden Partheien ſich einzumiſchen, ſondern laſſen dieſelbige miteinander gewähren und gönnen einem jeden, dazu er von Recht und Billigkeit wegen befugt zu ſeyn erachten thut.

Solchemnach und uff Anhalten ermeldtes von der Horſt, weiß ein Ehrwürdig Edel Domkapitel nach geſtalten Sachen der Päbſtl. Heiligkeit zu unterthänigſten Ehren und Gehorſam, Ihme dem von der Horſt ſolches nit abzuſchlagen, ſondern mag leiden, daß er (jedoch ſalvo cujuscunque jure & intereſſe) inſonderheit aber und mit Vorbehalt der Privilegien und Indulten, ſo von mehr Höchſtgedachter Päbſtl. Heiligkeit der Röm. Kaiſerl. Majeſtät unſerm allergnädigſten Herrn allergnädigſt mitgetheilet.

Conſentit etiam Protocollum de 3. Novembris 1614. ad conquiſita plurium Juriſconſultorum conſilia provocans in verbis: Und als von den Venningiſchen ihr repetirtes Begehren ſchriftlich übergeben, iſt ſolches verleſen und folgender Geſtalt beantwortet worden.... Hätten dieſelbe (abſentes) das Werk bey vornehmen Rechtsgelehrten conſultiren laſſen, und neben ihrer Meinung verſchloſſen anhero überſchickt, welche insgemein dahin ſchlüſſen, daß der v. Bürn bey ſeiner einmal rechtmäßig erlangter Poſſeßion zu manuteniren, und derſelbe de jure nit könnte deſtituirt werden, dahero dann ſie Venningen bis uff andern begebenden Fall zu Ruhe zu ſtehn, und wäre Ihrer Kaiſerl. Maj. hierinnen nicht im geringſten zuwider beſchehen, noch zu einigen Deſpect, wie ungleich vorgeben will werden, angeſehen, ſondern erkennte man ſich allerhöchſtgedachter Ihrer Maj. allerunterthänigſten Gehorſam zu leiſten ſchuldigſt, wollte aber einem Ehrw. Domkapitel Ihnen v. Venningen für diesmal Ihrem Begehren nach zu willfahren gar unverantwortlich fallen.

Ulterius Protoc. de 2. Maji 1615. relatis ſingulorum Capitularium votis in idem fere recidit & caſum proxime vacaturæ Preciſtæ addicit.

f) Poſt mortem demum HENR. VOLMANNI de DATTENBERG ipſemet Preciſta vacante tum de novo Præbenda ſe contentum fore declaravit, quam etiam rejecto alio nominato Turnarii B. de HOHENECK Reverendiſſimum Capitulum eidem contulit, teſtante Protoc. de 9. Novembris 1617. & cujus demum Poſſeſſio præſtitis præſtandis & obſervatis ſolennibus eodem die 18. Novembris ejusdem anni adſignata fuit.

Ad VII. Adlata superius lux evidens tot argumentorum ex Jure communi æque ac domestica Precum primariarum penu depromptorum plenissime convincit, circumspectionem illam, qua Reverendissima Capitula aut Ordinarii quicunque collatores, tempore Precum necdum in suis Ecclesiis ad effectum deductarum, etiam ante earum insinuationem uti solent, abundantioris tantum cautelæ esse, & vel religiosæ nimis in ipsum Augustissimum Cæsarem, tanquam Advocatum & Protectorem supremum, pietati, vel inveterato panico Indignationis ejusdem metui, vel sedulo lites, undecunque & quacunque ex calumnia vel temeritate, vel considerato Jurisconsultorum quorundam non infimi subsellii adsensu, nascituras evitandi ac saltem earum satis ac sumptibus penitus se eliberandi studio, aut privatæ futurum cujusque turnum ab onere Precum liberum immunemque habendi cupiditati adscribi debere, quæ propterea novi juris quidpiam inducere, aut aliquod iis præjudicium irrogare nequeunt, juxta tritam illam vulgarem paroemiam, quod abundans cautela nemini nocumento damnoque esse debeat, idque eo minus, quod & in aliis omnibus collationum casibus usitatum esse soleat, a providendo & in numerum Canonicorum recipiendo prius cautionem de indemnitate Capituli exigere, quam datis adeo fidejussoribus præstare tenentur.

§. XXVIII.

Coronidis demum loco eadem præviæ insinuationis iteratæ necessitas ad eum casum extenditur, quo Preces Cæsareæ ab uno nominato Precista in alium cessæ fuerint, quamvis prior sua ex parte suum Diploma Precum jam antea Ordinario Collatori insinuasset. Atque hunc in finem ipsa Preces ejusmodi Cæsareas alteri cedendi facultas altius discuti meretur. Non enim illa tam expedita omnibus Doctoribus videtur, quin variæ iis rationes in contrarium opponantur. Permultas recenset D. ANDREAS BRAND clar. mem. *a*), in quibus autem nimio & superabundanti studio adcumulandis ejus industriam potius redarguit Celeberr. ICKSTATT. *b*) Facile enim convenimus, cessionem ejusmodi in favorem alterius factam, invito Augustissimo Cæsare, efficacem & adeo validam esse non posse, ut Capitulum aut quiscunque Collator Ordinarius cessionarium ejusmodi Precistam acceptare teneatur. Imo nec sibi satis prospiceret nimia hac condescendendi facultate ac promptitudine; periculo enim sese exponeret, ne admisso cessionario, qui Jus suum ab Imperatore se habere non ostenderet, alio posthac Precista ulterius gravetur. Imperatore econtra adsentiente, & novum Diploma expendiente, cessiones in personam juxta jus commune Canonicum, tum secundum statuta & observantias particulares

a) Differt. supra cit. Cap. 7. §. 8. & 9.

b) Differt. ejusd. argum. §. 89.

lares Ecclesiarum idoneam absque ulla simoniaca labe aliave fraude efficaces esse, & Capitulo vel Ordinario Collatori haud præjudiciosas fatemur. Hinc si in eodem Diplomate plures Precistas ad eandem Ecclesiam simul Cæsar nominasset, uti fratres alios, uni deficienti, cedenti, aut præmorienti substitutos, nihil sane ulterioris cautelæ opus foret. c) Extra hunc vero casum ab ipso potius Cæsare translatio Juris cedenti quondam per Diploma concessi in alium ejus cessionarium impetranda esset, quæ transcriptio precum passim vocari, & non adeo infrequens esse solet. Ejusdem exemplum exhibet ANTON. FABER. d) Antiquius jam sub LUDOV. BAVARO editum refert Cl. WÜRDTW. e) Ejus praxin & cautelas sollicite pro more suo describit laudatus BRAND. f) Hac demum facta Jus prioris Precistæ cedentis jam extinctum declaratur, alteri vero cessionario novum adquiritur. Sed vel inde satis luculenter colligitur, cedentem nihil juris in cessionarium propria voluntate transferre posse, sed nudis precibus & supplicationibus per suos hujusve in Aula Cæsarea Fautores ac Patronos agere, ut Imperator pro summa clementia idipsum transferre velit. Cessio autem occasio est, qua is movetur, aut conditio, sine qua ordinarie nec posset nec saltem vellet Diploma aliud expedire. Quid? quod in transcriptionibus ejusmodi communius nequidem ullam priorum Precistarum cedentium mentionem fieri, haud incongrue animadvertitur. Unde nulla etiam insinuationis a priori licet Precista factæ ratio habenda est. Sed uti novum plane jus suum non ab illo, sed ab Augustissimo concedente alter Cessionarius consequitur; ita a semetipso conditiones, ad effectum illius consequendum necessarias, de novo inchoet atque perficiat est necesse, quas inter præcipuam ac primam esse insinuationem rite faciendam, per totam hanc, quantacunque est, Dissertationem deduximus.

c) Simile exemplum in Precibus Brandenburgicis refert PFEFFINGER ad Instit. VITRIARII illustratas. T. III. Lib. III. Tit. 2. §. 10. Lit. h.

d) Staats-Kanzley. T. 50. p. 283.

e) Subsid. Diplom. Tom. II. pag. 6.

f) Loc. cit. §. XII.

TANTUM.

X.

JOANNIS NEPOMUCENI ENDRES &c. &c.

DISSERTATIO

DE

DECIMATORE NOBILI FAVORIS ECCLESIARUM PAROCHIALIUM QUOAD PRÆSCRIPTIONEM EXTINCTIVAM PARTICIPE

Wirceburgi MDCCLXXV.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS SUMMARIUS.

§. I. *Decimæ* Laicales *ab* Ecclesiasticis *probe sunt secernendæ.*

§. II. Laicalium *notio & exempla varia.*

§. III. Ecclesiæ *a Laicalibus non sunt exclusæ.*

§. IV. Ecclesiasticarum *notio & vera origo.*

§. V. *Præsumptio pro* Ecclesiasticis *stabilitur ;*

§. VI. *Licet complures in manibus Laicorum existant.*

§. VII. VIII. IX. & X. *Celebriores acquisitionis earundem modi recensentur* a) *Imperatorum & Regum* b) *Tum Episcoporum liberalitas*, c) *Laicorum aviditas*, d) *Capellarum constructio.*

§. XI. *Restitutio earundem per Concilia imperata Collegiis & Monasteriis admodum proficua.*

§. XII. XIII. XIV. & XV. *Plurimæ a Laicis retentæ sunt, & retentionis causæ aut prætextus* a) *Necessitas consensus Dominorum*, b) *Episcoporum conniventia*, c) *Odium & vitia Cleri separatim viventis*, d) *Doctorum mitior interpretatio nec a Pontificibus reprobata.*

§. XVI.

XVI. *Hodiedum infeudatio Concilio Lateranensi anterior admittitur, & possessio immemorialis tanquam præsumptio tituli de mundo melioris.*

XVII. XVIII. XIX. & XX. *Tituli varii justificantes recensentur, qui præter infeudationem Concilio prædicto antiquiorem ex immemorialitate temporis præsumi possint.* a) *Qualitas & origo Laicalis,* b) *Fundatio & dotatio Ecclesiarum ex allodialibus,* c) *Privilegium Papale.* d) *Demum possessio Anni Normalis inter diversæ Religionis consortes in Imperio Romano-Germanico.*

XXI. *Laicales certo sensu hæ Decimæ evaserunt.*

XXII. *Pristinum tamen cum Ecclesia, a qua proveniunt, nexum retinent quoad Jus directum illi residuum.*

XXIII. *Cujus varii effectus in Jure considerabiles partim certi, partim controversi recensentur.*

XXIV. XXV. XXVI. & XXVII. *Præcipuus quoad onera Ecclesiastica istis Decimis annexa* a) *Ex Canonibus & Capitularibus antiquis,* b) *Ex Decretalibus recentioribus, & Jure novissimo Concilii Tridentini,* c) *Ex Legibus publicis Imperii Romano-Germanici & præjudiciis comprobatur.*

XXVIII. & XXIX. *Inde Præscriptio extinctiva, quam communis opinio DD. ex diversa qualitate Decimatoris diversificat, iisdem legibus & conditionibus semper obnoxia defenditur, ac si contra Ecclesiam ipsammet Parochialem opponeretur.*

XXX. *Decimator Nobilis vel extraneus Jure cesso Ecclesiæ Parochialis utitur.*

XXXI. *Præsumptio Juris Communis contra Decimarios eidem assistit.*

XXXII. *Inde* a) *Eadem bonæ fidei difficultas,* b) *Tituli necessitas,* c) *Temporis longinquitas infertur.*

XXXIII. *Ecclesiæ utilitas.*

XXXIV. *Et naturalis æquitas id exigit.*

XXXV. *Præjudiciis Rotæ Romanæ & DD. ab ea allegatorum autboritatibus firmatur.*

XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. & XL. *Difficultates* a) *Ex denega-*

negatione Juris Novalium, b) *Ab exemplo aliorum bonorum Eccle- siasticorum in Laicos semel translatorum*, c) *Imo redituum beneficia- lium*, d) *Ex Præscriptione acquisitiva Juris Decimandi deducta pau- cis resolvuntur*, & *concluditur.*

§. I.

De *Decimatore Nobili* sive *Laico* dissertaturi præcipuum illud discrimen, quo Decimæ in *Laicales* & *Ecclesiasticas* dispesci adsolent, omnino præmitta- mus, necesse est. Diversa enim utrarumque origo est, diversa proinde Jura sint oportet, ex quibus dijudicentur, diversi penitus Juris effectus, qui alter- utris adscribantur. Illas nimirum ab alio sæculari patrimonio non distingui inter omnes Scriptores etiam Catholicos optime convenit, & sic cavendum, ne Jura Canonica de Decimis Ecclesiasticis disponentia ad sæculares trahantur. Hoc igitur discrimine prætermisso non posset non contingere, ut in varias erro- neas conclusiones prona sit deductio, in asystata & anomala ac devia præceps aberratio.

§. II.

Decimæ quippe *Laicales* dicuntur, quæ titulo mere profano, a potestat sive *Regia* sive *Dominica* per modum tributi aut census vel canonis in recogni- tionem subjectionis debitæ vel dominii bonis subditorum sive allodialibus sive emphyteuticis impositæ sunt, & ad quoscunque demum possessores devenerunt Decimæ *Regales*, *Dominicæ*, *Dominicales*, *Indominicatæ*, *Fiscales*, *Salicæ*, & a distinctionem Decimarum Ecclesiasticarum vel nomine servandam *Decimatione* potius sæpe dicuntur. *a*) Plura earum exempla passim occurrere in Concilii Ecclesiæ Gallicanæ testis est FRANC. R YE *b*). Neque ea in Germania no stra defuerunt, quæ invenire est apud MEINDERS *c*) & GEORG. LUDOV BOEHMERUM *d*). His accenseri merentur proventus, quos Principes Re ge

a) Conf. CAR. DU FRESNE Glossar. ad Script. med. & inf. latin. verbo: *Salic decimationes.*

b) Inst. Jur. Can. Lib. II. Tit. 12.
Add. SIRMOND. *Concil. Gall.* Tom. I. p. 318. & BALUZ. Tom. I. Capitu pag. 8.

c) Tract. de Statu Relig. & Reipubl. in Westphal. p. 54. & 227. Idem in Disser de Orig. & Jure Decim. in Westph. p. 444.

d) Differt. *de Origine Decimarum in Germania*, qua tamen ultra justum & v rum earum copiam producit.
Conf. Reverendiss. HONTHEMIUS Hist. Diplom. Trevir. Tom. I. pag. 2 & pag. 288. ECKARD ad Leg. Sal. pag. 107.

gesque vel ex metallis, vel aliis bonis dominicis, ut olim vocata sunt, perceperunt, & in alios non raro transtulerunt. Adhucdum Anno MCLXXXIX. cum variæ metallifodinæ in ditione Mindensi exurgerent, & ab Episcopis Mindensi, Paderbornensi & Osnabrugensi appeterentur, Imperator HENRICUS easdem sibi vindicavit *e*). Fiscales ejusmodi Decimas perinde ac alias præstationes fiscalinas ad Palatium vicinæ Civitatis solvere solebant subditi eousque, donec Regia dispositio alio easdem assignaret *f*). In has autem ex indole sua Ecclesiis & Episcopis nullum Jus competiisse, in Diplomate apud SCHATEN LUDOVICUS GERMANICUS testatur *g*). Simile refertur de HENRICO AUCUPE *h*) & OTTONE M., dum apud GUDENUM *i*) Ecclesiæ S. MAXIMINI prope Treviros concedit *dominicales*, quas vulgo *Salicas* vocant, *Decimationes*, quoniam essent Regales, & nulli unquam termino Episcopali vel Ecclesiastico subjacentes, manifesto indicio, hasce Decimas ad Laicos sive Principes sive Nobiles spectasse.

§. III.

Non tamen solis Laicis Decimæ istiusmodi ita propriæ fuerunt, quin etiam Ecclesiis liberali Imperatorum aliorumve munificentia conferrentur. Quemadmodum enim inter Jura Regalia referebantur; sicut cætera, ita & Decimas prædictas indiscriminatim in varias Ecclesias non minus, quam in Proceres

e) Diploma refert HEINECC. *in Historia Goslar. ad An. DCCCCLXVIII. pag.* 19. sequentis tenoris: „Cum omnis argenti fodina ad Jura pertineat Imperii, & „inter Regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ „nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet „distributionem; unde in ea nulli hominum quidquam Juris recognoscimus, „nisi hoc a nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igi„tur &c.

De Decima metallica in feudum ab Imperatore data occurrit Diploma apud EUNDEM *ad Ann. MCCXLIII. pag.* 261.

f) Colligitur idipsum ex Diplomate apud SAGITTARIUM *in Antiquitatibus Magdeburg.* §. 72. ubi OTTO M. assignat *Cryptæ Martyrum noviter fundatæ Magdeburgi omnem Decimationem, quam Teutonici vel Slavi ad Urbem Magdeburg. pertinentem persolvere debent, nec non omnium Teutonicorum vel Slavorum ad Civitatem Barlic. pertinentem.*

g) In Annal. Paderborn. Tom. I. p. 177. *Hactenus observatum comperimus, ut Decimæ de dominicatis mansis non darentur Episcopis.*

h) In GUNDLING. *Histor.* HENR. AUCUPIS. *p.* 310.

i) Tom. III. pag. 3.

ceres Imperii Sæculares subinde transferri & infeudari contigit. CAROLU DU FRESNE recenset ex NICOLAO ZILLESIO chartas HENRICI I Imperatoris de An. MIII., CONRADI Imp. de An. MXXVI., tum HE RICI III. Imperat. de An. MXLIV., & ejusdem de An. MLVI., quib omnibus Decimæ ejusmodi Salicæ in Ecclesias collatæ memorantur. *a*). Sa cas istas ab Ecclesiasticis distinctas fuisse luculentius indigitat donatio ANSE MI Abbatis Laureshamensis apud TOLNERUM *b*). Monasterio Reichenb gensi Goslariæ LOTHARIUS II. An. MCXXXI. jus metallifodinarum f hac clausula contulit: *Adjicimus preterea, si succedente tempore in sylvis, mon bus &c. eidem Ecclesiæ appropriantibus mineram aliquam cujuscunque etiam met reperiri contigerit, proprietatem illius totam, a nullo etiam homine decimandam, i Ecclesiæ Reichenbergensi & fratribus inibi Deo servientibus pro veneratione glori Virginis Mariæ, in cujus bonorem dicta Ecclesia fundata est, regali munificentia beraliter elargimur.* Similes Salicas Decimationes Monasterio *Disibodenberg* co latas recenset & confirmat Diploma amplissimum ADELBERTI Archiepisc pi Moguntini de Anno MCXXVIII. apud GUDENUM *c*). Non minore earum Ecclesiis collatarum copiam alii quoque Diplomatum Collectores exl bent *d*). PIUS denique II. S. Pontifex dum Monasterio Albensi sua Jura privilegia contulit, hujus discriminis inter Decimas Ecclesiasticas & Laical ab eodem Monasterio possessas diserte meminit *e*.)

§. I

a) Glossar. verbo: *Decimationes Salicæ.*

b) Probat. Histor. Palat. p. 17. *Duæ vero partes omnium Decimarum ad Ecclesia Turde aspicientium sunt in manu Præpositi præter* SALICAS DECIMAS, *qu respiciunt Laurensem Portarium.*

c) Cod. Diplom. in Diplom. Sæc. XII. Num. XXIX. „Apposuit quoque omne „*Salicam Decimationem dominicalium agrorum* in Sobernheim, quam a Præ „posito EBONE & Congregatione S. VICTORIS quodam concambio acqu „sivit. . . . . VOLVERICO DE WINKELA, qui prius hanc *Decimationem* h „buit, idem Præpositus pro beneficio recompensavit.

d) SCHANNAT *Hist. Wormat, Cod. Diplom. pag.* 10, *num.* 11. refert Diplom ARNULPHI de Decimatione totius *Salicæ* terræ in locis Alceja & Scafhuse & Ulvenesheim Ecclesiæ Cathedrali Wormatiensi concessa.

Reverendiss. D. HONTHEIM Hist. Diplom. Trevir. Tom. I. pag. 225. & pag. 231. similia CAROLI CRASSI & ejusdem ARNULPHI Diplomata Eccleli S. DAGOBERTI de Stenaco, & Monasterio S. MAXIMINI prope Treviro concessa refert.

e) Diploma recenset BESOLD. Tom. I. *Docum. rediviv. Monaster. Wirtenb.* pag 109. iu verbis: *Vobis & præfato Monasterio vestro quascunque Decimas ta Ecclesiasticas quam* LAICALES *per viam emptionis, donationis, cessionis, pe*

muti

§. IV.

Aliæ plane sunt Decimæ *Ecclesiasticæ*, & diversa prorsus earundem origo, quamvis illarum calculo nequaquam subscribendum censeamus, qui eandem ex Jure ipsomet divino repetunt. Equidem si de veteri Testamento aut Lege Mosaica quæstio sit, res expedita est. Rationes autem illarum Sacerdotibus & Levitis ejusdem Populi, imo systemati totius Reipublicæ Judaicæ tum Theocraticæ prorsus propriæ fuerant, statui Ecclesiæ a Christo fundatæ non æque convenientes. Lex uni populo accommodata Christianos per totum orbem diffusos post ejus cessationem, extincta Tribu Levitica & deleto ejusdem Legis Sacerdotio, obstringere haud voluit, sicut nec Gentes antea constrinxerat. Si autem *exemplum Dei*, quo Israëlitis Decimarum jus præscripsit, satis efficax existimari velit, ut id Christiani etiam sine Lege obligatoria ad imitationem traherent, & Patres ad id fideles suos sedulo hortarentur; *exemplariter* earum origo Juri Divino non incongrue attribuitur, cum nulla redituum portio, qua Ministris Ecclesiæ subvenire jubemur, accommodatior videri posset, quam illa Dei ipsiusmet exemplo determinata. Ita vero & Laicales Juri Divino attribui non incongrue possent. Nam & varia illarum exempla in sacris paginis reperire est. Præcipuum præbet SAMUEL Jus Regium mandato Dei populo exponens: *a*) Imo Deum ipsum *Jure Regio* in Republica illa Theocratica a populo suo eas sibi vindicasse, & ita vindicatas Ministris, ne cura rei agrariæ a servitio Tabernaculi abstraherentur, alioquin in terræ Chanaan sortitione præteritis in sustentationem suam assignasse haud inverosimile est *b*). Submotam veterem Legem nullus Evangelii textus posthac resuscitavit *c*), nec usus etiam aut observantia primitivæ Ecclesiæ per quinque priora sæcula continuavit. Quæ vero de iis mentionem injiciunt Patrum sententiæ, potius consilia sunt & monita, atque ad liberaliores oblationes, spontaneas tamen *d*), cohortamenta,

 quam

mutationis, seu ex piis Legatis, aut aliis justis modis adquirendi & adipiscendi, nec non acquisitas & adeptas per vos retinendi & possidendi licentiam & auctoritatem eadem auctoritate concedimus per præsentes.

a) I. Reg. VIII. 14.

b) Num. XVIII. 21. Add. Levit. XXV. 23.

c) Quod enim CHRISTUS MATTH. XXIII. 23. & LUC. XI. 42. dicit: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere* narrative & relative tantum ad vigentem etiamnum Legem Mosaicam dictum esse facile intelligitur.

d) TERTULL. *Apologet.* Cap. XXXIX. ita testatur: *Neque pretio ulla res Dei constat. Etiamsi quod arcæ genus est, non de oneraria summa quasi redemptæ Religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die vel cum velit, & si modo velit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt.*

quam præcepta, aut usus jam introducti & inter fideles vigentis testimonia Refrigescente autem nimium fidelium erga Ecclesias & Ministros sponta pietate, præceptis urgendos esse Patres & Concilia existimarunt. Atque ma demum præcepti vestigia in Sæc. VI. occurrunt, ab Ecclesiis particulari Galliæ sensim ad universas propagati f). Unde ad Jus Ecclesiasticum Deci rum Ecclesiasticarum origo revocanda venit, & Ecclesiasticæ Decimæ dicen sunt, quæ Canonibus Ecclesiæ ad fines Ecclesiasticos, ad sustentationem vid cet cultus divini, Ecclesiarum, Ministrorum & pauperum sunt institutæ. licet Canonibus iisdem Regia præcipue authoritas, Carolingicorum præpri Imperatorum vim Legis pro foro quoque externo, & pœnarum infliction adversus renitentes pro eorundem executione addiderit, non suum tamen co modum & compendia fiscalia aut Reipublicæ onera, sed Dei Cultum, Eccle rum conservationem, & Ministrorum sustentationem his promovere int derunt g).

§.

e) Huc pertinet S. Cypr. Epist. I. dispositionem Dei circa Tribum Levi ad C rum sui temporis quodammodo applicans, & *quod totum*, inquit, *fiebat auctoritate & dispositione divina, ut, qui operationibus divinis insistebant, nulla re avocarentur, nec molestiis & negotiis sæcularibus alligentur, sed in l nore sportulantium fratrum* TANQUAM DECIMAS EX FRUCTIBUS ACCIPIE TES, *ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus spiritualibus serviant.* Comparationem instituit inter Clerum sui tempor veterisque fœderis, & sicuti hujus salaria in *Decimis* consistebant, ita ill rum sportulas instar *Decimarum* vel loco earum esse ait. Proprie dict enim Decimas non fuisse solutas, ipse prodit S. Cyprianus *de Unit. E cles. in f.* atque *nunc*, ait, *de patrimonio nec Decimas damus.*

Idem de Origene animadvertit Fleury *Hist. Eccles. L.* 6. *p. m.* 147.

f) Concil. Matisconense II. de Anno DLXXXIII. Can. 4. passim allegatur. Co cilium Turonense II. de Anno DLXVII. in Canonibus de Decimis nihil a huc statuit, in Epistola vero Synodica apud Harduinum *Tom. III. Con p.* 368. monitionibus tantum instantissimis Decimas tanquam spontaneas o lationes proponit, & Abrahami exemplo ac retributionis æternæ spe pe suadet.

g) *In Capitular.* Caroli M. *de Anno DCCCI.* apud Baluz. *Tom. I. Capit.* 359. *C.* 6. Sacerdotibus injungitur, *ut unusquisque cunctos sibi pertinent erudiat, ut sciant, qualiter Decimas totius facultatis* Ecclesiis divinis *d bite offerant.* In Cap. seq. adjungitur eas dividendas esse in tres portiones, prima ad ornamenta Ecclesiarum, altera ad usus pauperum, & tertia Sace dotibus cedat.

Et *Capitulatio de partibus Saxoniæ* a Baluzio p. 250. relata de Decimis Neophytis solvendis statuit: *Similiter secundum Dei mandatum præcipimu ut omnes Decimam partem substantiæ & laboris sui* Ecclesiis & Sacerdo tibus *donent, tam nobiles, quam ingenui, similiter & Liti, juxta quod De unicuique dederit Christiano, partem Deo reddant.*

§. V.

Hanc qualitatem Decimarum eousque præsumi, donec earum origo & alitas mere profana luculentis ostendatur argumentis, ratio exigit. Præ- nptio pro iis, quæ Juris Communis sunt, militat, Laicales vero speci:lem minis dispositionem supponunt; tum quod de communius contingentibus æsumptio fieri debeat, tralatitium est. Paucas fuisse terras illas ad fiscum gium pertinentes in comparatione earum, quæ a subditis possidebantur & roducta tum temporis per Religionem ipsam latius propagatam meliori, uti rum, ita & agrorum cultura posthac possideri poterant atque debebant, bitari nequit. Nec omnes etiam illas hæc exactionis species affecerat, ut- te arbitrio Domini penitus relicta. Lex Decimarum Ecclesiasticarum non ıtum Canonica per Concilia & posteriores quoque Decretales propagata, sed Regia universalis fuerat omnes in Imperio fundorum possessores constringens. ım in Capitularibus imprimis CAROLI M. frequentissima de Decimis sol- ıdis occurrunt præcepta *a*). Et eidem præstationi mox subjiciebantur Reg- & terræ, quæ victricibus eorum armis subacta Christo nomen dederunt, amvis ad leniendum subjectionis insuetæ jugum eosdem tributis sibi præstan- non semper gravarent. Prudenter tamen simul monuit Episcopos CARO- ıs, ne in exigendo hoc tributo nimis amare aut acerbe & præpropere cum ei detrimento agerent, sed firmiorem potius hujus stabilitatem expectarent Plurium ejusmodi & Canonum & Capitularium congerie, quibus latissi-

 ma

a) In Capitul. ejusdem de An. DCCCI. §. præced. Lit. g. alleg.
In *Lib. V. Cap.* 101. apud BALUZ. cit. t. p. 841. modus cogendi plebem ad solvendas Decimas exprimitur his verbis: *De Decimis, quas populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab Episcopo prohibendum est, ne fiat. Et siquis contemptor inventus fuerit, & nec Episcopum, nec Comitem audire voluerit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur. Cæteri restituant, quod voluntarie dare neglexerunt.*

b) *Vestra*, scribit, *sanctissima pietas sapienti consilio provideat, si melius sit, rudibus populis in principio fidei jugum imponere Decimarum, ut plena fiat per singulas domus exactio illarum: an Apostoli quoque ab ipso Deo* CHRISTO *edocti & ad prædicandum mundo missi exactiones Decimarum exegissent, vel alicubi demandassent dari, considerandum est. Scimus, quia Decimatio substantiæ nostræ valde bona est. Sed melius est illam amittere, quam fidem perdere. Nos vero in fide catholica nati, nutriti, & edocti vix consentimus substantiam nostram pleniter decimare. Quanto magis tenera fides & infantilis animus, & avara mens illarum largitati non consentit? Roborata vero fide & confirmata consuetudine christianitatis tunc quasi viris perfectis fortiora danda sunt præcepta, quæ solida mens religione christiana non abhorreat.* NATAL. ALEXAND. ad Sæc. VIII. Hist. Eccl. c. 5. art. 5. §. 4. COINTIUS ad An. DCCXCVIII. n. 17.

ma hujus obligationis ad universos populos & fundos extensio comprobatu studiose supersedemus, cum otium desuper nobisfaciat THOMASSINUS Huic præsumptioni uno fere ore omnes adstipulari fatetur, qui eandem pe tus evertere conatur, d) GEORGIUS LUDOVICUS BOEHMERUS all gans præcipue pro eadem JUSTUM HENNINGIUM BOEHMERUM e JOAN. JAC. REINHARDS f), MEINDERS g), ANTONIUM M THÆI h), & his quoque magna in Jurisprudentia Ecclesiastica Nomi FRANCISCUM DE ROYE, ESPENIUM, LUDOVICUM THOMASS NUM accenset. His addimus Clariss. DÜRRIUM i). Et, qui laudat Eu dem laude eruditionis & industriæ non minus dignus, P. WOLFGANGU SCHMIDT k). Denique & CHRIST HILDERICUM SYRINGIUM l cujus quidem assertio Decimas ex *accidenti* & *subjecto* tantum Laicales tange videtur, argumenta tamen fortius adversus Laicales ex *origine* & *indole* s stringunt.

§. VI.

Sicut vero Laicales Decimas quandoque in Ecclesias & Monasteria tra iisse præmemoravimus; ita & Decimæ Ecclesiasticæ quamplures in manus L corum devenerunt. Nec enim ex eo, quod a Laico percipiantur, & nu possideantur, Laicales etiam ex origine sua censendæ erunt. Tanquam inf mum enim merito exploditur præsidium illud, quod ex receptione & imi tione Juris Romani antiqua per Germaniam, aut ex oblatione Decimarum Laicis in Ecclesias ea lege facta, ut in feudum vicissim reciperentur, pro al renda universalius earum origine Laicali perperam derivari intenditur. N q

c) Vet. & Nov. Eccles. Discipl. P. III. Lib. I. Cap. VI. VII. & VIII.

d) In Differt. *de Orig. & Ratione Decimarum in Germania.*

e) Jur. Eccles. Prot.

f) Juristisch- und Historische kleine Ausführungen Differt. 8. §. 7. & 8.

g) Loc. sup. cit.

h) Manuduct. ad Jus Can. Lib. II. Tit. 8.

i) *Diss. de Parocho a perceptione Decimarum Novalium in Germania excluso.*

k) Instit. Jur. Eccles. Lib. III. Tit. 50. §. 19.

l) In Aurea Praxi Juris Decimandi Lib. I. Cap. 2. pag. 15. Das ist aber ge daß in dubio allezeit mehr ein Zehend pro re Ecclesiastica, als sæculari zu halt sintemalen dieser Meynung die gemeine Jura Canonica, und alte Kirchengew heiten assistiren, Kraft deren die Christen von ihren Gütern bloß denen Kirchen ihren Dienern die Zehenden gewidmet hatten, und weilen die Aufhebung dieser alten Gesätze nicht zu præsumiren, sondern zu probiren ist, so bleibet der Zehen lang ein geistliches Gut, bis das Widrige dargethan worden.

que præsumptio qualitatis Ecclesiasticæ §. V. præstabilita ex eo eliditur, quod Laici hujusmodi Decimas possidentes nulla pro iis servitia aut fidelitatis juramentum secundum naturam feudorum Ecclesiæ præstent. Ex immunitate enim a servitiis non statim evincitur, quod tales Decimæ ab initio non fuerint ab Ecclesia profectæ. Siquidem una ex parte infeudatio nec solus & unicus fuit easdem in Laicos transferendi modus, nec immediate semper ab Ecclesia aut Episcopis, sed a Regibus & Principibus persæpe facta fuit; altera ex parte præstatio servitiorum non est substantiale, sed tantum naturale contractus feudalis; unde pacto, & consequenter etiam præscriptione, aliisque modis illa obligatio tolli potest, quemadmodum dari feudum Francum, in quo nulla præstantur servitia, nemo est, qui ignoret *a*). Augetur vero præsumptio, quo universalius hoc Jus Decimarum possessor Laicus exercuit, in plures videlicet non agrorum tantum, sed & arborum & animalium fructus & fructuum species quascunque in natura extensum. Ita enim secundum Juris Canonici per Capitularia & Leges patrias adoptati rationes exercetur, quod in Decimis ex origine sua & mere Laicalibus plerumque deficit, quæ tantum ut agrorum census & tributa Regibus vi supremi imperii aut in recognitionem dominii directi dominis debita considerabantur *b*).

§. VII.

Infinitos nimirum modos sive justos sive injustos historia Ecclesiastica exhibet, quibus Decimæ ab Ecclesiis in Laicos translatæ sint. Liberiorem videlicet Regum Francorum de iis dispositionem, ut mox prælibavimus, præprimis commemorare possumus. Hi enim necessitate & egestate pressi, ad sustinenda præsertim publica militiæ onera Decimas Parochis prærepţas, sicut & alia bona Ecclesiastica in stipendium & præmium laborum ac meritorum militarium Nobilibus distribuerunt, id æquum rati, ut, cum milites simul pro defensione Ecclesiarum arma hosti inferrent, subsidium quoddam ex penu Ecclesiæ, deficiente ærario publico, acciperent. Primum hujus moris autorem CAROLUM MARTELLUM passim arguunt Eruditi *a*). Et cum his PETRUS

a) Conf. ENGEL Colleg. Univ. Jur. Can. Lib. III. Tit. XXX. §. 2. num. 37.

b) Conf. Card. DE LUCA de Decimis Disc. 6. num. 16. & 17.

a) De CAROLO MARTELLO vetus fragmentum de Majoribus Domus Regiæ a PETRO PITHAEO editum hoc prodit: CAROLUS *Major Domus & Austriorum Princeps res Ecclesiarum propter assiduitatem bellorum Laicis tradit.*

Ex quodam veteri Chronico idem refert JOANNES FILESACUS in suo *de Sacrilegio Laico* Commentario: CAROLUS, ait Chronicon, *propter assiduitatem bellorum Decimas & quasdam alias res Ecclesiasticas Laicis concessit.*

TRUS DE MARCA in *Notis* ad *Concil. Claramont. b*). FRANC. DE ROYE *c*) Decimas infeudatas CAROLO MARTELLO jam antiquiores esse, easque circa Sæc. VI. cœpisse, adeoque ipsis Legis easdem introducentis initiis coævas asserit. Unde praxis hæc sub CAROLO M. non tam inchoata, quam propagata & continuata fuit. Observat idipsum PETRUS DE MARCA loc. cit. ex lib. AGOBARDI *de Dispens. rerum Ecclesiasticarum* & *Notis ad Conc. Galliæ Narbon.* & subjungit: „Tunc non solum fundi & Villæ, sed etiam Ecclesiæ „ipsæ in beneficium illis concessæ sunt. Ecclesiarum nomine oblationes, De„cimæ, aliique reditus data & concessa intelligebantur, ut patet ex veteribus „actis. Tunc Ecclesiæ eo Jure possessæ sunt, quo cætera beneficia sive feuda, „adeo, ut tandem in hæredes quoque transierint, & exposita sint hominum „commercio. Ne tamen Sacramentorum celebratio a Laicis Ecclesiarum pos„sessoribus pendere videretur inducta est nova quædam verborum distinctio, „ita, ut in una eademque domo pars *una Ecclesia* diceretur, quoad Laicorum „Jura, & *altera Altare* quoad Juris spiritualis administrationem *d*). Et *Al„tare* quidem Episcopi, *Ecclesiam* vero alterius cujusque Domini esse communiter ferebatur, id quod tamen tanquam errorem gravissimum redarguit AIMOINUS *e*).

§. VIII.

Accessit æmula Episcoporum & Prælatorum Liberalitas, qui & ipsi variis militibus in feudum Decimas dederunt, ut ad defensionem Ecclesiis suis impertiendam eos sibi obstringerent; non raro ambitio plures Vasallos Nobiles ac potentes numerandi, imo & affectus carnis ac sanguinis & suos ex bonis Ecclesiasticis augendi ditandique cupiditas. Prima ex his causa tolerari potuit, diuque tolerata fuit, cæteræ semper in Conciliis reprobatæ & rejectæ. Ægerrime demum id tulit GREGORIUS VII. *a*): *Pervenit*, inquiens, *ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sacerdotibus propriæ Diœceseos Decimas, atque Christianorum oblationes conferant, sed potius Laicalibus personis, militum videlicet, sive servitorum, vel quod gravius est, etiam consanguineis.*

§. IX.

b) Ad Can. 7.

c) Lib. II. Jur. Can. tit. 12.

d) Add. BOEHMER. Jur. Eccl. Prot. Tit. de Feudis a §. VI. usque IX. ubi & querelas Episcoporum recenset.

e) Cap. VIII. *de vita* S. ABBONIS *Floriacensis Martyris.*

a) Vid. Can. 3. XVI. Quæst. 7.

§. IX.

Laicorum quoque præpotentium bona Ecclesiastica violente invadentium acitas non rara extitit *a*). Inde Advocatorum constituendorum necessitas :, & his quoque partem Decimarum stipendii loco assignandi; qua etiam i contenti, & ex Protectoribus sæpe direptores effecti alias sibi vendicarunt. erelæ desuper plures concitatæ leguntur in Conciliis, sed plerumque inanes litibus, nec armis spiritualibus, nec brachio sæculari efficaciter satis re-:ssæ. Transigendum proinde sæpe fuit de præda, & quædam iis dimitten-, ut, quantum fieri posset, ex Decimis Ecclesiasticis salvaretur, & recu-eretur *b*).

§. X.

Nec postrema causa fuit Capellarum quondam domesticarum Nobilium :astris ruri sitis erectio, unde constructores reditus maxime in oblationibus Decimis consistentes sibi reservabant, putantes virtute proprietatis in easdem : in fundo suo exstructas pro parte sibi vindicare posse; sicut simile lucri ex ficationibus Ecclesiarum captandi studium dudum reprehensum fuerat *a*). ges Francorum similes Capellas in villis suis regiis & dominicis habuerant, umque Decimas illis plerumque assignabant, exclusis Episcopis & Parochis. statur id *Capitulare de Villis* CAROLI M. *Volumus*, inquit, *ut Judices De-am ex omni conlaboratu pleniter donent ad Ecclesias, quæ sunt in nostris fiscis, & alterius Ecclesiam nostra Decima data non fiat, nisi ubi antiquitus institutum fuit. non alii Clerici habeant ipsas Ecclesias, nisi nostri, aut de familia, aut de Ca-a nostra.* Ad horum exemplum suas quoque privatas Capellas habuerunt biles ab urbibus & Parochiis plerumque cum suis longe dissiti, suosque erdotes domesticos, Capellanos inde dictos, aliunde sustentarunt Decimis sibi

a) De hac testatur CHRISTIANUS LUPUS Tom. V. Schol. in Can. pag. 186. inquiens: „Post extinctam CAROLI M. sobolem & patrata in FORMOSUM Pon„tificem scandala, malum adeo resurrexit, ut Laici in ipsis etiam Romanis „Basilicis devotas adventantium fidelium oblationes invaderent, & ipsos ad„ventantes in via prædarentur.„

b) Ita testatur ALBERTUS KRANZIUS Lib. I. Metrop. Cap. 2. „Et cum non sa„tis siderent, ait, Pontifices sua Jura ab Laicis Principibus tueri, dedisse ar„bitror partem Decimarum Principibus in manu per speciem feudi & benefi„cii, malentes amittere dimidium, quam totum; inde factum, ut a Principi„bus transirent in Ministeriales, qui nunc Militares appellantur.„

a) *Concil. Bracar. II. de Anno DLXXII. c.* 6. apud HARDUINUM *Tom. III. Concil. pag.* 387. & GRATIANUM *Can.* 10. *Dist.* I. *de Consecr.*

sibi addictis, id quod Episcopi quidem indignum judicarunt, impedire tame penitus haud potuerunt. Testante Concilio Meldensi An. DCCCXLV. cele brato *b*). Imo ubi in Ecclesias Parochiales eas erexerunt, auctis pagis & ex crescente familia sua, quæ potissimum ex rusticis servilis conditionis constabat eandem Decimarum retentionem assignatis aliis Ministro a se nominato reditibus continuarunt, & Jure hæreditario in posteros suos transmiserunt, quod vel tot Decimarum allodialium exempla in pagis testantur, quæ adhuc hodie a Nobilibus, aut in quos eas transtulerunt, possidentur.

§. XI.

Equidem de revocandis Decimis & reddendis plura in Conciliis undecimo Sæculo & seqq. præcipue sub VICTORE II., GREGORIO VII. & URBANO II. habitis constituta sunt. Et reapse multarum ejuscemodi possessionem a Laicis abstulerunt repetitæ excommunicationum minæ. Frequentes occurrunt eo tempore factæ a Principibus & Nobilibus Viris piæ donationes, vel etiam venditiones vili pretio, quibus Ecclesiæ hujus vel illius loci, Episcopis, Capitulis & Monasteriis de novo conditis conferuntur, ut fidem faciunt universa Ecclesiastica tabularia *a*). Cæterum hæ minus gratæ Episcopis fuerant, qui sua & Ecclesiarum Parochialium bona & jura in alios transferri iniquum esse duxerunt. Licet enim hac ratione Decimæ e manibus Laicorum extrahi viderentur, non tamen iis, quibus Jure debitæ erant, scilicet Ecclesiis Parochialibus & Sacerdotibus spiritualia ministrantibus restituebantur. Itaque variis Synodis, & Romanorum Pontificum decretis prohibitum est, ne ullus Laicus Decimas suas, aut quidquid Ecclesiastici Juris est, sine consensu Episcopi vel Romani concessione Pontificis Monasteriis aut Canonicis offerre præsumat. Ex necessitate consensus lucri occasionem sumpserunt Episcopi quidam, certa pecuniæ summa sibi depensa, velut resarciendi damni colore, Monasteriis permit

b) Can. 75. apud HARDUIN. Tom. IV. Conc. p. 1499. in verbis: *Si autem Laic Capellas habuerint, a ratione & authoritate alienum habetur, ut ipsi Decima accipiant, & inde canes & geniciarias suas pascant.*

Quod idem in Concil. Confluentino de An. DCCCCXXII. Can. 5. apud eun dem HARDUINUM Tom. VI. P. I. Concil. p. 561. iisdem plane verbis re petitur.

a) Causas varias, quæ Laicos in Monasteria & alia Collegia Ecclesiastica magi affectos fecerint, recenset ESPENIUS Jur. Eccles. univ. P. II. Tit. XXXIII Cap. V. a) Disciplinæ regularis observantiam, & paupertatis præcipue ri gorem. b) Immortalis famæ ex dotatione & fundatione Monasteriorum au cupandæ aviditatem. c) Monachorum frequentes instantias & sollicitatic nes. d) Suffragiorum participationem, quæ in peccatorum remissionem ef ficacissima offerebant, spondebantque.

mittentes, ut Vicarii quidam Altarium ministeria peragerent, monachi vero reditus Ecclesiarum perciperent, alimentis Vicario subministratis, ea lege adjecta, ut, quandocunque Vicarius decederet, alter a Monachis sufficeretur, eadem solutione pecuniæ erga Episcopum defunctis. Vicarii illi aut potius singulares Collegiorum Clerici vel Monachi de Decimis ejusmodi investiti, quorum morte interveniente denuo redimendæ fuerant, Personæ dicebantur trito tunc vocabulo, & solutiones illæ pecuniariæ Altarium redemptiones: Quæ vox petita ex beneficiorum seu feudorum usu, in quibus invaluerat, ut Domino certa pecunia penderetur pro nova investitura, quæ hæredi ultimi possessoris concedenda erat. Atque hoc emolumentum redemptionis nomine significatum fuit, & hodiedum significatur. *b*). Porro hæc ipsa redemptio Conciliorum per sua decreta Decimarum devolutionem ad Monasteria & Canonicorum Collegia impedire & tantisper restringere volentium mentem & finem prorsus evertit suoque effectu destituit. Cum enim ex consensus sui impertitione Episcopi lucrum sibi accedere viderent; mirum! quanta Decimarum copia ad Collegia & Monasteria Episcopis etiam consentientibus transiverit; præsertim cum Episcopis etiam reluctantibus recursui ad Sedem Romanam locus pateret *c*).

§. XII.

Aequalis Religio non omnes Laicos duxit. Plerique his excommunicationibus contumaces ab antiqua possessione Ecclesiarum sive Decimarum discedere noluerunt. Nec prætextus iis defuit. Dominorum enim, Regum videlicet, a quibus sæpe in feudum eas recognoverant, consensum necessarium, eumque deficere causabantur. Fuere tamen nonnulli, qui Vasallis suis ad instantiam Episcoporum liberam Decimas in Ecclesiam transferendi, vel eidem re-

b) Ex hac Altarium redemptione deducit PETRUS DE MARCA in Notis ad Can. 7. Conc. Claromontan. initium illius consuetudinis, quæ Monachorum & Canonicorum exemplo inducta est, scilicet, ut Clerici quoque abstinentes a Sacerdotio, per substitutas personas seu Vicarios Ecclesiis deservirent, & ad se traherent emolumenta. Quam consuetudinem tanquam sæculi sui corruptelam multitudini beneficiorum faventem JOANN. SARISBERIENSIS *Policratici Lib. VII. Cap. XVII.* redarguit & sugillat, inquiens: *Utique & insignis prudentiæ, siquis tot quocunque modo conquirit Altaria, ut quasi ritu Memphitico quotidianas hostias novis possit altaribus immolare. Nolunt tamen sacerdotio onerari, aut servire altario, qui de altario vivunt, ne, ut populus arguit, dicam luxuriantur; sed personatus quosdam introduxerunt, quorum jure ad alium referuntur emolumenta.*

c) Concilium Melfitanum sub URBANO II. Can. 5. consensus Episcopalis necessitatem innovans hanc clausulam adjecit: „Qui (Episcopus) si forsan impro„bitatis aut avaritiæ causa consentire noluerit, Romano Pontifici nuntie„tur, & cum ejus licentia, quod offerendum est, offeratur.„

restituendi, suo nequidem consensu requisito, facultatem permitterent. Inter hos fuit S. LUDOVICUS Rex Galliæ, qui Anno MCCLXIX. omnibus personis Laicalibus Decimas percipientibus, indulsit, ut possent eas Ecclesiis concedere tenendas in perpetuum cum hac clausula: *Nostro vel Successorum nostrorum consensu minime requisito: ita etiam, quod contra hoc haredes seu Successores nostri nullatenus se opponere valeant, aut hanc concessionem nostram deinceps aliquatenus impedire.* Quid econtra in Germania hac super re actum sit, luculentissime Historia Comitiorum Geilenhusæ An. MCLXXXVI. celebratorum exhibet ab ARNOLDO *Lubecensi* Lib. III. cap. XVIII. descripta *a*).

§. XIII.

Vel ex hoc ipso patet, ipsosmet Episcopos indulgentius tantisper hac in re egisse, & amore pacis ac tranquillitatis potius aliquid dissimulandum duxisse, quam cum omni rigore procedendum, substantialium abusuum emendatione contentos, & circa Presbyterorum a Decimatoribus nominari solitorum dependentiam & subordinationem debitam magis conservandam sollicitos *a*). Hæc con-

a) Tenor hic est: „Imperator curiam generalem edixit in Geilenhusen, ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum. Et procedens in concionem „sic omnibus locutus est: Rogamus vos summos Sacerdotes & Episcopos „& Principes, quorum corda justitia possidet, ut animadvertatis, quæ dico. „Compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetor a Domino Papa, „injustum esse, aliquam laicam personam Decimas possidere, quas manifeste „Dominus his, qui Altari deserviunt, deputaverit. Scimus autem Decimas „& oblationes Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiæ, easdem Decimas „præpotentes ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores „Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent, & quamvis hæc pro „prælatis esse videantur, non tamen credo, quod ita facile mutari possint, „quæ ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, imo ipsa consuetudo a progenie in progeniem transcendens quasi justa traditione roboravit. Ad hæc verba surgens D. Moguntinus CONRADUS sic locutus est: „Sine præjudicio melioris consilii si placet, scribatur Domino Papæ ex persona Episcoporum, in quibus commoneatur, ut ea, quæ ad pacem sunt, „vobiscum sentiat, & justitiam vobis in his, quæ juste ab eo exiguntur, faciat. Placuit Imperatori & omnibus Episcopis, quod dixerat, & ad voluntatem Imperat. scripta est Epistola signata bullis, & missa ad Dominum „Papam. „

a) Sic Concilium Bituricense Anno MXXXI. Can. 21. & 22 hoc unum vetuit, ne Laici tenentes Ecclesias Parochiales, seu earum proventus in feudum, dominatum in Presbyteros exercerent, neque suo arbitrio instituerent aut destituerent. Verba sunt: *Ut Sæculares Ecclesiastica beneficia, quæ* FEVOS *Presbyterales vocant,* non

conniventia ipsiusmet Pontificis GREGORII VII. acerrimi alias Ecclesiarum libertatis & utilitatis vindicis judicio approbata, & meliorum temporum exspectatio persuasa fuit. Nam cum intellexisset Episcopum Diensem suum in Anglia Legatum aliquos milites excommunicasse, propterea, quod Decimas dimittere noluissent, scribit eidem *b*). *Super his igitur consulimus atque hortamur, ut nunc pro tempore Canonicum rigorem vestra sapientia temperet, atque hac perturbationis tempestate, quædam parcendo, nonnulla dissimulando, ita studeat moderari, ut non ex severitate justitiæ deteriorandi occasionem sumant, sed suspenso nunc judicio, spatium recognoscendi æquitatem habentes, postmodum facilius acquiescant.*

§. XIV.

Verisimile porro exinde redditur, odium *a*) & vitia Cleri separatim vivientis, quæ eo tempore plurimum invaluerant, occasionem & prætextum dedisse Laicis Ecclesias Parochiales sive earum Decimas, quas & simoniace accipiebant, & pessime in luxuriam ut plurimum impendebant singulares Presbyteri, occupandi, aut occupatas retinendi, vel quas dimittere placuit, aliorsum divertendi. Nam inter cætera motiva, quæ Pontificem alias zelosissimum & minus indulgentem permovere potuerant, & illud commemoratur, quod milites illi prius ad Presbyteros fornicarios & simoniacos coërcendos favorem & auxilium ipsi Legato impendissent.

§. XV.

Studiose etiam conquisita fuit in favorem Laicorum a Doctoribus ipsis minor Conciliorum restitutionem Decimarum ad Ecclesias imperantium, quotquot hac super re celebrata fuerunt, interpretatio. URBANI II. decretum in Concilio Claromontano interpretati sunt Juris Feudalis commentatores, ut tituli

non habeant super Presbyteros. Ut nullus Laicus Presbyteros in suis Ecclesiis mittat, nisi in manu Episcopi: quia Episcopus curam animarum debet unicuique Presbyterorum commendare de Parochiis Ecclesiarum singularum.

Synodus Tolosana An. MLVI. Can. 11. monet: *De Ecclesiis in allodiis Laicorum constitutis, ut tertia pars Decimarum cum primitiis & Presbyterio & cæteris in potestate Presbyteri ad servitium ipsius Ecclesiæ, sub Episcopi, vel Clericorum ditione permaneant.*

b) Lib. IX. Epist. 3.

a) Ita testatur CHRISTIANUS LUPUS supra laudatus ad §. IX. Lit. a. loco ibidem cit. in verbis: *Hinc plures Laici, dum sæculares seu singulares Clericos aversantur, detentas Altarium Decimas illis* (Monachis & Collegiis Clericorum) *donarunt.*

tituli quidem *ante illud* in feudum dati subsistere deberent, non autem, qu *stea* dati fuisse probarentur *a*), quamvis vix credibile sit, URBANUM II. ipsum intendisse. Ex eo quoque, quod INNOCENTIUS II. & alii Por ces benigna quadam moderatione solam *oblationum* restitutionem urserint, Laicis persuasum fuit, sibi liberum esse, ut *Decimarum* proventus penes se tinerent. Porro primum hac in re punctum ferre solet Concil. Lateran. sub ALEXAND. III. An. MCLXXIX. celebratum Can. 14. statuens: *Pro mus, ne Laici Decimas cum animarum periculo detinentes in alios Laicos possint a modo transferre, siquis vero receperit, & non reddiderit, Christiana sepultura p tur.* Uti refertur *cap. 19. de Decimis, ubi tradiderit* legit HARDUINUS, Decretales: *reddiderit* substituerunt, certo sane indicio, Patres omnino ir disse, exemplo antecedentium Conciliorum, Ecclesiis simpliciter reddendas Decimas, non vero, quod vulgo adstruitur a Decretalistis, Decimas Laico hoc canone fuisse toleratas. Luculentius mens Patrum elucescit, eoquo cat, Laicos *cum periculo animarum* Decimas detinere. Unde etiam in Cons tionibus Synodalibus Episcopi Parisiensis ODONIS viginti circiter annis dictum Concilium editis idem legitur: *frequenter moneantur Laici, ut non neant Decimas, quas in periculum animarum suarum detinent.* Neque enim quam licitum approbatum a Concilio videri debet, quod in animarum culum vergere asserit. Hanc mentem quoque Concilii planam omnino, nihil prorsus Juris & præsidii Laicis tribuere voluerit, scite & eleganter servat THOMASSINUS *b*). Negari tamen nequit hanc Doctorum op nem & interpretationem sensim veræ menti prævaluisse, & tam altas ra misisse, ut vel ab ipsis Pontificibus postmodum fuerit recepta & canonizata quidem INNOCENTIUM III. huic interpretationi adhæsisse docent *Cap. de his, quæ fiunt a Prel. sine cons. Capitl.* & *Cap.* XXV. *de Decimis.* ALEX DRUM vero IV. Cap. II. §. *Sane de Decimis in 6.* ut latius eorum textus runt, & explicant ALTESERRA in Comment. ad INNOC. Decretal. ESI

a) I. Feud. 6. in princ.

b) P. III. de Discipl. Vet. & Nov. Lib. I. Cap. 8. §. 7. *Et ea pene*, ait, *om animos occupavit opinio, a Concilio Lateranensi III. toleratas saltim fuiss cimas, quas Laici obtinerent, vel hactenus obtinuissent, ut jam de iis contr sia illis fieri non posset, dum ne novas ullas aut invaderent ipsi, aut ab scopis acciperent. Vereor tamen, ut satis certa sit hæc Decimarum infec rum epocha. Vulgo ita sibi persuadent, legitime eas possideri, si ante hoc Later. III. possidere cœpissent, nequaquam vero, si posterius. Ei sen sunt, quæ contra objici possunt. Nam ejus Concilii & verba & sententia perioribus Conciliis nec transversum unguem deflectunt, exerteque voci tur, apertum salutis æternæ discrimen adiri, si Laici Decimas retineant. conceditur, ut antiquas tuto retineant, dum novas ne accumulent; nec in C nec in Concilio verbum est ullum, quo id significetur, aut vel levissime inn*

. II. Jur. Eccl. univ. Tit. XXXIII. Cap. IV. & BOEHM. tum in Corp. Jur. nae editionis, tum in Jur. Eccles. Protestant. h. Tit. §. XXVIII. Unde concludit ESPEN l. cit. pro communi & vulgari regula hodie receptum esse, Decimas infeudatas a Laicis licite retineri posse, modo eas possederint ante Concil. Lateran. sub ALEXAND. III.

§. XVI.

Inde ulterius consequitur, quod Laicus prætendens Decimas in aliqua Parochia tanquam infeudatas, debeat ostendere titulum infeudationis suæ præcessisse Concilium Lateranense. Quia vero, inquit Clariss. BOEHMERUS *loc. cit.* §. XXIX. „hæc probatio hodierno tempore difficilis, imo impossibilis est, „(quis enim originem Decimarum ultra VI. sæcula demonstraverit?) ad im„memorialis temporis possessionem recurrere sufficit, quod Laici tanta tempo„ris vetustate muniti non tam præscriptione nitantur, quam præsumptione ti„tuli, quæ exurgit ex lapsu temporis immemorialis, quod videlicet Laicus „Majoresve ejus licite, id est, ante Concil. Lateran. Decimas feudi titulo pos„sederint.„ Sed præsumptionem hanc non adeo in hypothesi semper tutam esse dubitat. „Quid enim, inquit, si Ecclesia, quæ vindicat Decimas, ex an„tiquis documentis docere possit contrarium? Quid si posset ostendere, illam „Ecclesiam demum esse erectam post Conc. Lateran. aut ante tria vel quatuor „sæcula eas adhuc in patrimonio Ecclesiæ fuisse?„ Cessare tum omnino eo casu in principiis Catholicorum præsumptionem justi tituli existimat, quam ex lapsu temporis immemorialis derivant. Recte profecto omnino haberet, si solus & unicus hic titulus Catholicis superesset, cum præsumptio cedat veritati.

§. XVII.

Sed complures & alii supersunt, quorum tamen nullum in specie allegare & docere is compellitur, qui immemorialis temporis possessionem allegat, utpote quæ quemcunque titulum possibilem, uti vocare solent, de mundo meliorem ab initio adfuisse præsumi facit. Horum vero nonnullos, quorum præsumptionem possessio immemorialis temporis fundare posset, si delibare libeat; præter *infeudationem* Concilio Lateranensi prædicto *anteriorem* vel sola *qualitas Laicalis* sufficere poterit ad justificandum ejusmodi possessorem. Nam licet dicta qualitas alias adversus se ex supradeductis præsumptionem Juris habere soleat; cum tamen possibilis sit, imo non penitus inusitata in antiqua nostra Germania fuerit, illa præsumptio *Juris tantum* fortissimæ alteri ex immemorialis temporis possessione enatæ præsumptioni *Juris & de Jure* cedat necesse est. Nec tum etiam excluditur, quando in casu a Clariss. BOEHMERO præfigurato

Deci-

Decimas ab Ecclesia post Concilium Lateran. adhuc possessas fuisse probaretu Siquidem etiam quandoque Decimas ex origine sua alias Laicales ad Ecclesi devenisse ex §. V. præced. elucescit, quæ per hunc in Ecclesias transitum pri stinam suam naturam non immutarunt, nec magis earum, quam aliarum re rum Ecclesiæ temporalium debitis cum solennitatibus alienatarum Laici inca paces evaserunt.

§. XVIII.

Titulus etiam *fundationis* de mundo melior est ad justificandam ejusmod possessionem undequaque idoneus. Sicut enim possessores Decimarum in pa gis plerumque Jus nominandi & præsentandi Ministrum insuper exercent, it Ecclesiæ illæ, quod in Pagis Nobilium frequentissime etiam accidit, a Decima toribus illis fundatæ, & pro sustentando aliunde ex bonis pleno & allodiali Ju re ad ipsos pertinentibus dotatæ præsumi possunt, quibus vicissim Decima etiam post Concilium Lateran. sibi præservare tam integrum fuisse censeri de bet, quam cuivis fundatori permitti solet fundationi suæ Leges & condition licet Juri communi positivo alias contrarias, adjicere. Fundationibus ejusmo di frequentioribus Capellas Nobilium ruri in castris eorundem sitas, quæ sen sim aucta familiæ & hominum suorum propriorum multitudine in Ecclesia publicas & Parochiales mutatæ sint, ansam & initium dedisse, jam supra §. X prælibatum fuit.

§. XIX.

De *Privilegio* vero *Papali*, supposita Decimarum ex Jure mere Ecclesia stico institutione, in principiis Decretalistarum quis dubitet? Nam licet in hi Laici Juris Decimandi tanquam spiritualis & propter Ministerium spiritual competentis incapaces statuantur; non tamen excedit vires Pontificiæ authori tatis & plenitudinis potestatis ad Jus hoc spirituale Laicum habilitare, & eate nus Clericis æquiparare, sicut ad Jus Patronatus æque imo magis spirituale eos omnes generali Juris Ecclesiastici dispositione jam habilitatos esse constat Quanta fuerit Pontificum in concedendis aliis privilegiis prodigalitas post De cretales inductas, nemo est, qui ignoret. Ab his vero Juris Decimaudi in Laicos translativis etiam post Concilium Lateranense eos sibi temperasse qui autumet? Expeditiones cruciatæ & bella adversus infideles suscepta his ansam sæpe dederunt a). De Avenionensibus sane Pontificibus justa est præsumptio

E

a) Refert EMMANUEL GONZALEZ *in Commentario Capituli XIX. de Decimis* quod Romani Pontifices concesserint tertias Decimarum Regibus Catholicis qui proprio sanguine & maximis sumptibus Ecclesias a Saracenis occupata recuperarunt; asseritque Regem Catholicum in Hispania ex acervo Decima

rui

postrema etiam tempora dissidii Religionis plura exempla exhibent privilegiorum ejusmodi, quibus Laicis Nobilibus Catholicis, potentioribus præcipue erga Ecclesiam piis, emendi easdem vel quocunque titulo a Monasteriis & Ecclesiis infirmioribus sibi acquirendi facultatem veniamque facere consultum ...arunt, ne, quod sæpe tum contigit, ab aliis vicinis Protestantibus easdem ...occupandi spatium, facultas & occasio relinqueretur.

§. XX.

Novus quoque Titulus, licet non canonicus, ex quo hodie Laicis Jus ...cimandi in Ecclesiis saltem disparis Religionis imperturbate relinquendum nec via facti nec Juris posthac impugnandum est, ex Lege publica Imperii, ... Pacificationibus Religionis ergo initis, Pace videlicet Religiosa de Anno ...DLV. & Westphalica præsertim accessit, & ex hac quidem *possessio anni normalis*, die præcipue 1. Januarii ejusdem habita, quæ vel sola sufficit adver... diversæ Religionis consortes, ut ad alium titulum recurri necesse non ...a). De iis quoque Decimis, quæ fundationibus jam destructis ex alieno terri-

rum in novem partes diviso duas partes percipere. „Circa tempus vero „hujus concessionis, ait, non satis constat; illud tamen certum est, usque „ad tempora ALEXANDRI VI. hæc privilegia Regibus nostris concessa non „fuisse perpetua, sed temporalia in subsidium belli cum Saracenis initi. „ALEXANDER autem in sua Bulla, quæ incipit: *Dum indefensa*, Anni „MCCCCXCIV. die 16. Februarii concessit Regibus Catholicis FERDINANDO, „& ELISABETHAE, ut in perpetuum tertias Decimarum Regni Castellæ, Le„gionis, & Granatæ licite perciperent: & quoad tertias Regni Granatensis „aliud privilegium concessit INNOCENTIUS VIII.„

Plura alia etiam ex suo recenset ESPENIUS Jur. Eccles. Univ. P. II. Tit. XXXIII. Cap. 4. num. 13. & 14.

Simile privilegium Militibus sive Nobilibus Catalauniæ & Comiti præcipue Barcinonensi concessum, Decimas videlicet omnium locorum, quæ Paganis expulsis reducerentur ad cultum Dei, licite retinendi & inter eosdem belli sacri adjutores dividendi, ab ipso S. RAYMUNDO DE PENNAFORT Decretalium compilatore defendi & approbari ex ejusdem *Summa* Lib. I. p. 129. elegantissime refert THOMASSINUS *Discipl. V. & N. P. III. Lib. I. Cap. XI. num.* 18.

Domesticum pro Germania exemplum privilegii ejusmodi Marchioni Brandenburgico a se concessi exhibet ipsemet INNOCENTIUS III. *Regest.* 13. *Epist.* 21.

a) Inst. Pac. Westph. §. 46. *Decimæ pensiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Augustanæ Confessionis ob immediatas vel mediatas fundationes*

territorio debebantur, idem cautum fuit, ut videlicet, si fundationes vel Monasteria illa jam ante Annum MDCXXIV. destructa fuissent, Decimæ tamen illi persolvi posthac deberent, qui eorum nomine easdem anno prædicto die 1ma Januarii percepit. Imo etsi tempore intermedio inter annum prædictum usque ad conclusam Pacem concidissent, aut posthac conciderent, idem Jus in favorem ejusdem Domini, in cujus territorio eadem sita, eoque nomine dicto anno Decimæ, sicut alii reditus, perceptæ fuerant, stabiliri voluit, ne alioquin opponi potuisset exceptio, destructo fundamento petendi, Jus etiam ipsum petendi haud amplius superesse *b*).

§. XXI.

Variis hisce modis hactenus recensitis Decimæ in manus Laicorum devenerunt, & suo sensu ex Ecclesiasticis Laicales effectæ sunt, adeo ut instar aliorum bonorum patrimonialium ab iis possideri possint & soleant. Libere enim alienantur, in feudum dantur, & venduntur etiam aliis Laicis, ut alias res in commercio existentes, imo & per successionem hæreditariam, sive ex testamento, sive ab intestato ad hæredes, sicut alia bona patrimonialia & allodialia, transmittuntur; cum econtra Decimæ penes Ecclesiam remanentes solennitatibus a Jure Canonico ad alienationes requisitis subjaceant, imo difficilius ac alia bona immobilia ad patrimonium Ecclesiæ pertinentia alienentur. Neque obstat, quod Laicis per Decretales *a*) videatur prohiberi, quo minus Jus suum Decimandi per venditionem, donationem, permutationem vel alium quemcunque contractum sine auctoritate summi Pontificis in alios Laicos transferant. Nam Capitulum istud eadem ipsa est Concilii Lateran. III. sanctio, qua omnium Decimarum restitutio propriis & Parochialibus Ecclesiis, ad quas pertinebant, facienda Laicis possessoribus imperata fuit, & mitiorem illam Doctorum interpretationem inter Decimas *ante* Concil. Lateran. & *post illud* infeudatas distinguentem antecessit. Hæc autem dum postea prævaluit, & ipsorummet Pontificum calculo probata fuit, firmum ex Cap. illo quoad

Ecclesiasticas, ante vel post Pacem Religiosam acquisitas e Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi An. MDCXXIV. Die I. Jan. fuerunt, absque ulla exceptione solvantur.

b) Inst. P. W. §. 47. *Decimæ canones & pensiones Aug. Confessionis Statibus, fundationibus jam destructis & collapsis, ex alienis territoriis debitæ iis exsolvantur, qui An. MDCXXIV. die I. Jan. in possessione vel quasi fuerunt: Quæ vero ab Anno MDCXXIV. destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones etiam in alienis territoriis Domino destructi Monasterii seu Loci, in quo id situm fuit, exsolvantur.*

a) *Cap.* Prohibemus 19. *de Decimis.*

Decimas juste nunc possessas Jus prohibens inferri nequit. Non enim ur de Decimis, quas Laici justo & legitimo titulo postmodum inducto ent, sed solum de illis, quas *injuste* detinent, ut patet ex iis verbis: *Decimas cum animarum periculo detinentes*, quæ verba non tangunt Deci- *gitimo nunc titulo* possessas, quas tuta conscientia & sine animarum pe- retinere hodie possunt. Unde potius generale argumentum conficitur, sicut quilibet Jus sibi legitime competens in alium transferre valet, ire prohibeatur; ita & Decimator Laicus id possit, utpote nulla lege, m per Capitulum mox allegatum haud probanda, prohibitus. Imo tudo universalis, quæ Juris positivi vim obtinet, suppositam quoque ıdi prohibitionem & tollere potuit ac reapse sustulit *b*). Unde tam ntia alienationis & translationis earum ab uno Laico in alium exempla lomatis occurrunt *c*). Ex quibus deprehenditur Decimas semel in Lai- tiquitus translatas quoad *capacitatem possidendi*, & quoad *facultatem di- 's* non aliter ac alios reditus considerari, qui ad sæculares non minus, ad Ecclesiasticos pertinere possint, quique dum a Laicis possidentur,

Z z 2 *sæcula-*

IRRHING Jur. Can. Tit. de Decimis Sect. VII. §. IV. n. 149. ubi de generali Hispaniæ, Galliæ & Germaniæ consuetudine testatur.

De eadem consuetudine testatur ESPENIUS *Tract. de Compet. Pastorali Cap. III. §.* 13. GUILIELMUM BENEDICTI ad *Cap. Raynutius de Testam.* illegans in verbis: Consuetudo *in Regno Galliæ habet, quod si Decimæ tenerentur per Laicum in feudum, vendi possent etiam aliis similiter Laicis, sicut alia feuda.... Et* de facto servatur in Francia, *quod libere vendantur feuda Decimarum.... Imo & hic &* ubique citra'montes ex generali consuetudine *servatur, quod de talibus bonis testatur, sicut de patrimonialibus & allodialibus.*

ic anno MCCX. Marchio Orientalis Decimas donat Monasterio in LUDEWIG. *Reliq. Mscl. Tom. II. p.* 226. Similiter Landgravius Hassiæ An. MCCLXXXIV. in GUDEN. *Tom.* 4. *p.* 948. nec non Comes de ZIGENHAYN An. MCCXCVII. *ibid. p.* 978. uti Comes de MANSFELD eodem Anno in LUDEWIG cit. l. *Tom.* 5. *p.* 107. Similiter Marchio Brandenburgensis An. MCCCIII. *ibid. p.* 116. Sic Rex Bohemiæ militem investit An. MCCCXX. Decima in SENCKENB. *Prim. Lin. Jur. Feud. Append. p.* 15. Similiter Dominus de EPPENSTEIN An. MCCCLVII. *ibid. p.* 27. & Dominus de MUNZENBERG An. MCCCLXXXIV. apud KOPP *de insigni differ. p.* 438. uti & An. MCCCCIII. Dominus de BICKENBACH *ibid. p.* 43. Sic Landgravius Hassiæ Decimas militi in feudum contulit, hic sub lege de retrovendendo eas cum consensu Domini directi alienavit in alium militem, hic quoque easdem legavit Ecclesiæ, quæ mox Decimas has vendidit Civi, Similiter Domino directo assentiente. Ceu hæc omnia apparent e Diplomate de An. MCCCCLVII. apud KUCHENBECK *Analect. Hass. Collect.* 5. *p.* 89.

seculares vel Laicales *ex accidenti* vel ex *subjecto possidente*, aut potius *secularium* vel *Laicorum* Decimæ eatenus vocari soleant *c*).

§. XXII.

Hoc tamen non obstante omnes istæ Decimæ ex sua primigenia institutione & natura sunt ac remanent Ecclesiasticæ a Laicalibus ex origine sua longissime diversæ, atque ob deputationem pristinam ad sustentandum cultum divinum, Ecclesias & ministros spiritualitatem suam, id est, nexum aliquem cum Ecclesia posthac retinent, & certum ad illam respectum, a qua videlicet in Laicos devenisse præsumuntur. Non incongrue id explicat distinctio Decretalistarum inter dominium vel Jus *Decimandi directum* penes Ecclesiam semper residuum, & eatenus, secundum Decretalium dispositionem inabdicabile, & inter solum *Jus utile* sive *commoditatem* percipiendi fructus in Laicos translatum. Hæc jam a S. THOMA canonizata & approbata fuit. Iste enim *a*) docet: „*Sicut res nomine Decimæ acceptas potest Ecclesia alicui tradere* „*ita etiam potest eis Laicis concedere, ut dandas Decimas ipsi accipiant, Jure tamen* „*accipiendi Ministris Ecclesiæ reservato.*„ Retinet ergo Ecclesia ex ejusdem opinione ipsum Jus; solum exercitium vero Laici recte habent, possidentque. His possessoribus beneficium personale ceditur, ut ipsi Vasallorum instar & omnes eorum successores in litteris Investituræ comprehensi usumfructum, secundum hodiernas consuetudines feudales qualificatum obtineant, qui quoad aliquos effectus dominio directo & Juri proprietatis, quod alteri concedenti competit ac remanet, innocuos, dominio aliquatenus æquiparatur, ideoque nunc dominium utile vocari assolet, ut nimirum utilis ejusmodi Dominus contra quemvis possessorem, imo ipsummet etiam Dominum directum, & in casu nostro adversus Ecclesiam agere queat, & liberius hanc commoditatem suam ex fundo feudali percipiendi fructus in alium transferre possit. Naturam vero, indolem, destinationem Decimarum ab utraque tam Canonica, quam publica Lege constitutam Jus hoc percipiendi earum utilitates æque parum immutat, quam si illæ ad longius tempus fuerint elocatæ. Nam quamvis conductores Jus percipiendi utilitates earum consequantur; nemo tamen est, qui exinde Decimas alterari in bonum sæculare profanum, vel ab Ecclesia avelli asserer

c) Hoc nomine **Layen-Zehend** in Diplomatis sæpe insigniri solent. Sic in Diplom. de Ann. MCCCXXXI. apud LUCIUM im Bericht vom Adel in Teutschland ULRICUS Landgravius Alsatiæ feudi lege confert das Dorff bi Richensheim mit Zwinge, Banne, Leye-Zehenden ꝛc. Similiter in Investitura Morbacensi de An. MDCLV. in FABRI Staats-Canzley Tom 16. p. 523. occurrit der Kirchen-Satz zu Logenheim mit dem Leyen-Zehenden.

a) Secunda Secundæ Quæst. 87. Art. 3. in Resp. ad Obj. 3.

ferere ausit. Quoad perceptionem fructuum, & considerata Dominii vel Juris directi ratione, modica inter Vasallum & conductorem differentia deprehenditur, nisi ratione temporis, quod hic ad tempus in contractu definitum, ille vero ad tempus vitæ suæ percipiat, & in alios in Investitura præter ipsum quoque expressos transmittat. Quæ qualitas temporis tanquam plane extrinseca ipsam rem nec afficere nec alterare potest sicut & in locatione conductione temporis aut longioris aut brevioris diversitas dominium locatoris non immutat, neque illi plusculum derogat. Juri percipiendi fructus inter Vasallum in bonis feudalibus & inter conductorem in re sibi locata communi Jus feudale solum vindicationem utilem superaddit, quæ videlicet ipsi ex speciali concessione legis quasi Domino, id est, ad similitudinem Domini tribuitur, de cætero Jus Domini directi salvum relinquit. Videlicet ex principiis Juris feudalis dominio directo alias propriis Jus hoc directum Ecclesiæ in Decimas per Laicos possessas dijudicandum videtur, licet Ecclesia vel non immediate vel nullatenus sub nexu feudali tanquam Domina earum directa recognoscatur.

§. XXIII.

Ne tamen Jus hoc directum penes Ecclesias residuum inane prorsus & Futile solorum Decretalistarum commentum, nomen sine re, Jus sine ullo effectu existimare possis; Legibus illud pragmaticis diversorum Regnorum fundatum & adoptatum, ac ingenti effectu Juris munitum ostendere nullius est laboris.

Nam teste ESPENIO *a*), ex hac primigenia conditione Decimarum, quam etiam existentes in manibus Laicorum retinere aliquatenus videntur, permisit S. LUDOVICUS Rex Galliæ omnibus, qui in suis terris aut alibi a se tanquam Jure feudi relevantes possident Decimas, eas Ecclesiæ restituere in perpetuum sine ulla alia Regis licentia possint; neque debere solvi ulla Jura *amortizationis* notat LOVETIUS *b*). CLAUDIUS HENRY quoque *c*) generatim statuit: *Reversionem Decimarum esse favorabilem, quia reducit ad primævum earum naturam, & Ecclesiastici potius Jus propria recuperant, quam de novo acquirunt.*

Alterum effectum ibidem idem ESPENIUS adjungit num. seq. Decimas ejusmodi videlicet, si Ecclesiæ venditæ sint, *retractui gentilitio* non subjici. Ita nimirum non semel judicatum fuisse, testem allegat RENATUM CHOPPINUM *L. III. de Domanio Gallico Tit. 23. n. 8. Decimarum enim sacrum Jus*, ait iste, *qua redierint ad Ecclesiam, postliminio pristinam recipit sacræ rei conditionem.*

 Ter-

a) Jur. Eccl. Un. P. II. Tit. 33. Cap. IV. n. 44.

b) In suis Arrestis Lit. D. num. 60.

c) Collect. Arrestorum Tom. I. Lib. I. Quæst. 7.

Tertium effectum hunc quoque allegare licet, quod in quæstione separationis feudi ab allodio Decimæ a Laico possessæ potius feudales præsumantur & in fœminas aut hæredes quoscunque allodiales non transitoriæ *d*).

Quartum effectum ENGEL *e*) in eo constituit, quod nimirum Ecclesia has Decimas a Laico possessas contra *fiscum* vindicare possit, si Laicus sine legitimo hærede defunctus bona vacantia reliquerit, aut crimen confiscatione bonorum dignum commiserit, eoquod in feudis & Emphyteuticis Domino directo fiscus prævalere aut præjudicare non possit.

Quoad alios quosdam effectus diversam esse & Doctorum, pragmaticorum præcipue, sententiam, & Regnorum ac Regionum, tum Tribunalium praxin & observantiam non diffitemur. Huc præcipue pertinet Quæstio de competentia fori Ecclesiastici, ubi in petitorio super Decimis etiam a Laicis possessis inter Laicos lis vertitur. Alibi enim causas istas tanquam Ecclesiasticas ad forum Ecclesiasticum & ita dicta Consistoria Episcopalia referri, imo a Judiciis sæcularibus illuc sponte remitti, usus & stylus Tribunalium docet, qui hic Herbipoli semper viguit, & ad confirmandam spiritualitatem supra assertam admodum conducit. Alibi, ut in Gallia & Belgio, Judiciis sæcularibus addicuntur, testantibus ESPENIO *f*) & ZYPAEO *g*). Hunc morem imitatur & forum Rei indiscriminatim etiam in petitorio observat Archi-Diœcesis Moguntina *h*). Supremorum denique Imperii Dicasteriorum Jurisdictionem in his fundatam adstruere videtur KLOCK *i*).

Sed aliquorum effectuum per Leges vel mores submotio Jus integrum non abstrahit. Ipsa KLOCKII argumenta Jus directum Ecclesiæ salvum suppo-

pos

d) DÜRR in Differt. de Parocho a perceptione Novalium in Germ. excluso.

e) Colleg. Jur. Can. h. Tit. §. 2. n. 38.

f) Jur. Eccl. Univ. P. II. Tit. XXXIII. Cap. IV. n. 11.

g) Jur. Nov. Pontif. Lib. 3. h. T. n. 2.

h) Ita decernit Ordinatio Electoralis & Archiepiscopalis Moguntina de XXI. Feb. MDCCXXXIII. Viertens lassen Wir es nicht nur wegen denen Klagden in Zehend-Sachen, sondern auch in Casum Reconventionis bey der von Weyland Churfürst Johann Philippsen Christlöblichen Andenkens unter dem 5ten Septembris 1670. ergangenen Verordnung in allem gänzlich und dergestalten bewenden, daß, wann der Beklagte ein Laicus ist, sothane Zehend-Sachen, wie in mehr andren Catholischen Landen herkömmlich ist, also auch in unsrem Erzstifft sowohl in Possessorio als Petitorio bey unsren weltlichen Gerichten angebracht, und rechtlich erörteret werden, auch die geistliche Kläger auf die zugleich gegen sie bey dem weltlichen Richter angestellte Widerklag sich einzulassen und daselbst den rechtlichen Ausspruch zu erwarten gehalten seyn sollen.

i) Concil. Volum. IV. Cons. I. n. 104.

ponunt. Nam ideo Jurisdictionem sæcularem inter Laicos litigantes fundatam esse sustinet, quia tum commoditas tantum in eos translata & in litem deducta intelligitur, non Jus spirituale; fructus quippe & commoditatem omnem Decimarum sibi vendicare Actorem existimat, nihil spiritualitatis, cujus tanquam Laicus plane incapax dignoscatur.

His effectibus accenseri etiam poterit remedium compulsivum, quo ad has solvendas cogi possunt possessores prædiorum & coloni Decimarii. Ad solvendas enim Laicales ex origine sua primæva tales contumaces remediis tantum civilibus cogi expeditum est. Ad eas vero, quæ ab Ecclesiis in Laicos profectæ sunt, exigendas, si desuper coram foro Ecclesiastico agatur, ad instantiam Actoris Judicem Ecclesiasticum implorantis remedium censurarum non esse incompetens ratio exigit k) Usum autem ipsum rarius nunc suffragari experientia testatur, ubi in possessorio plerumque & Ecclesiastici Decimatores majori cum effectu forum sæculare adire solent. In petitorio autem quamvis coram Judice Ecclesiastico experiantur, ea tamen, quæ a Concilio Trid. l) in stringendo excommunicationis gladio suadetur, sobria moderatio, magnaque circumspectio, ne magis contemni, quam formidari illum contingeret, rariorem ejus in Ecclesiasticis etiam foris usum induxit. Unde quoad Laicos Decimatores ejus exempla rariora esse nullam admirationem conciliat; præsertim cum juxta antea dicta multis in Regionibus etiam petitorium causarum ejusmodi ad fora sæcularia deferri soleat.

Alia porro bona Ecclesiastica valide semel in Laicos quoad plenum dominium alienata in commercium sæculare perfectissime transeunt, eoque facto oneribus consuetis & tributis subjiciuntur, ac pristinam immunitatem Ecclesiasticam penitus amittunt. De Decimis vero ab Ecclesia in Laicos profectis id usus communis nequaquam probavit, nisi talia sint onera & servitia ex nexu & Lege feudali iisdem quandoque imposita, quæ adeo Juri sive dominio directo & spirituali penes Ecclesiam remanenti non præjudicant aut derogant, ut potius conservent & insigniter promoveant.

§. XXIV.

Luculentior & palmaris plane est ulterior effectus, quo Decimæ ex origine sua Ecclesiasticæ a Laicis licet possessæ distinguuntur ab aliis ex origine sua Laicalibus, quod illæ oneribus istis Ecclesiasticis subsint, ad quæ ex natura sua a Jure

k) Inst. P. W. Art. V. §. 48., ubi ad consequendos reditus, Decimas &c. remedium hoc certis sub conditionibus salvum relinquitur, non Ecclesiasticorum tantum, sed Catholicorum generatim mentio occurrit.

l) Cap. 3. Sess. 25. de Reform.

Jure destinatæ & institutæ sunt. Onera enim illa tanquam realia Decimis annexa & infixa cum re ipsa in quemcunque possessorem regulariter transeunt. Nihil hac in thesi iniquitatis subest. Ecclesiæ feudis sæcularibus ex pia summorum Principum munificentia donatæ omnia illa onera & servitia sæcularia recognoscunt, quæ alias iis annexa fuerant, in publicam Imperii salutem & Dominorum defensionem; licet pia insuper concedentium intentio fuerit, cultum divinum, ejusque Ministros inde simul sustentandi. Par omnino Decimarum, quæ ab Ecclesiis in Laicos pervenerunt, conditio esse potest, & debet, ut earum possessores ad eadem, quibus antea obnoxiæ fuerant, onera constringantur. Parum relevat Laicos Decimatores BOEHMERI eorundem hac in re defensoris conducti a) sinistra in Clerum & Prælatos Rectores Ecclesiarum retorsio, quod videlicet in eos quoque per erectionem Beneficiorum in hodiernam formam & ad normam feudorum bona Ecclesiastica quondam in sustentationem Ecclesiarum & pauperum simul destinata transierint, quin tamen quartam illam pauperum aut fabricæ a se supplendam agnoscere amplius velint. Nam quod quartæ utriusque determinationem attinet, facile largimur, eam post divisionem illam bonorum Ecclesiasticorum æque quoad Ecclesiasticos, ac quoad Laicos possessores cessasse, & vel tum alio modo jam suppletam fuisse, ac decerptam, vel ubi bona vix sustentandis Ministris separatam vitam degentibus sufficere poterant, suppleri non potuisse, & bona ista in sustentationem Ministrorum necessaria jam ultimatum finem suum attigisse, quin ulterior eorundem ad alios fines in prima divisione designatos applicatio exspectari possit, aut imperari; multo minus fundationes recentiores sive hodierna Beneficiorum forma posteriores præcisa hæc quartæ determinatio afficere potuit. Si quid vero ultra hanc sustentationem supersit, concors est Canonum & Conciliorum Sententia, etiam ipsos teneri ad onera ista Ecclesiarum fabricæ & pauperum subventionis præstanda. Eatenus enim & quoad hanc obligationem, licet sine determinatione certæ quantitatis, eorum superflua in usus ejusmodi pios impendendi, hodiedum reditus illorum tanquam patrimonium Christi & pauperum considerantur, & in casu reparationis inter eos, qui proventus aliquos ex Ecclesiis reparatione indigentibus percipiunt, præcipue etiam Clerici numerantur, in quantum saltem ultra congruam ipsis titulo oneroso debitam reditus iis superabundant. Ad imparia proinde neutros obligari exinde manifestum redditur.

§. XXV.

Legibus antiquis nostræ Germaniæ hanc naturam Decimarum a Laicis possessarum agnitam fuisse in confesso est. Colligitur illud, quantum ad onera fabric

a) Consult. & Decis. Tom. I. Argum. IV. n. 132.

abricæ ſive ad reparationem Eccleſiarum contribuendi *ex Cap. 1. de ædif. & epar. Eccleſiis*, ubi Beneficii Eccleſiaſtici nomine non Miniſteria Eccleſiaſtica, ed feuda, tum Sæc. IX. adhuc Beneficia dicta, Laicis in bonis Eccleſiarum & Decimis conſtituta intelligi conſtat. Beneficia vero Eccleſiaſtica in hodiernam ormam erecta ea etiamnum ætas ignorabat. Porro hoc Capitulum ex Capitularibus deſumptum aut in Concilio Moguntino allegato, quod pro laudabili ſeculorum illorum more ſimul Imperii Conventus fuerat, conditum fuiſſe, Hiſtoria docet. Refertur enim Capitularium Lib. V. C. 92. Idem decreverunt Concilia ejusdem Anni DCCCXIII. Arelatenſe VI. Can. 25. & Turonenſe III. Can. 46. Lib. I. Capitular. CAROLI M. Cap. 136. Conc. Meldenſe Can. 62. Jam antea in Concilio Francofordienſi de An. DCCLXXXIV. Can. 26. apud BALUZIUM Tom. I. Capitul. p. 267. etiam relato cautum erat, *ut domus Eccleſiarum & tegumenta ab eis fiant emendata vel reſtaurata, qui beneficia exinde habent.* Conſpirarunt in eandem ſententiam & alia Capitularia poſteriora, quæ conſervationem Eccleſiarum & Miniſtrorum ſuſtentationem Beneficiatis Sæcularibus identidem inculcarunt. In Capitularibus LUDOV. PII Cap. 40. apud REGINONEM Lib. I. c. 35. & BALUZ. Lib. IV. Capitul. c. 40. idem quoque reguſtatum & hoc onus *Vaſſis Regiis* injunctum. Aequum enim erat, ut, qui commoda Jure beneficiario ex Eccleſiis perciperent, easdem quoque ſarta tectas conſervarent.

De neglectu vero utriusque obligationis conqueſti ſunt Patres in Conc. Vernenſi de An. DCCCXLIV. Cap 12. apud BALUZ. Tom. 2. Capitul. Idem apud LUPUM p. 202. Quominus id oneris detrectarent, Regiam interveniſſe authoritatem, ſine qua alias id facile excuſſuri fuiſſent, docet ac demonſtrat THOMASSINUS *a*), idemque continuam Epiſcoporum in renovandis & conſervandis ejusmodi obligationibus curam & induſtriam recenſet *b*)

Natura hæc a Legibus ſemel indita nuſpiam mutata oſtenditur, cujus tamen mutationis probandæ onus aſſerenti haud dubie incumbit. Nec ſola mutatio feudorum ex temporariis in ſucceſſoria & perpetua hanc conficit. Diverſus enim acquirendi modus diverſitatem durationis accidentalem infert, nullatenus vero ceſſationem.

Neque poſteriores conceſſiones Decimarum ab Epiſcopis factas a priſtino more recedere voluiſſe præſumi poterit. Multo potius ſecundum Leges antea conſtitutas eæ interpretandæ ſunt, & obligationem, quam inveſtitis ab Imperatoribus tam ſtudioſe graviterque inculcabant, ſuis Vaſallis remittere ipſos voluiſſe

a) Diſcip. Vet. & Nov. P. III. Lib. II. Cap. 22. n. 5.

b) Ibidem P. III. Lib. I. Cap. 8. §. 5. & ſeq.

luisse quis crederet? Siquidem, quominus etiam possent Leges tam Eccl sticæ, quam Politicæ, & utilitatis Ecclesiarum vel potius necessitatis ratio | hibebat. Historia quoque docet posteriores has Episcoporum infeudatio Ecclesiarum indemnitati & conservationi aliquatenus prospexisse. Cum e Capitulum Suessionense postulasset ab INNOCENTIO III. licentiam redim Decimas, quæ infra fines Parochiarum ipsius Capituli in feudum a Laicis c nebantur, eam facultatem annuit hac addita clausula: *Proviso nihilominus consueta servitia, ad quæ Laici pro Decimis illi Ecclesiæ tenebantur, etiam post tractum talis venditionis impendant, cum ad eos pretium pervenit earundem. forte tam modico pretio velint esse contenti, quod ob hoc Ecclesia ab exactione s tiorum illorum, tanquam pro redemptione majoris incommodi, commode valeant nere c).* Servitiis militaribus, cum Ecclesiæ hæ rurales non indigerent, certe onera Laicis incumbentia indigitantur. Et hæc si revenditis etiam Ecclesias Decimis conservari voluerunt, eadem in concessione primæva D marum per Episcopos facta abdicari vel negligi voluisse, inverosimile est; venditoribus tanquam possessoribus earum antehac incubuisse liquido confici

§. XXVI.

Eidem propterea obligationi posteriores quoque Constitutiones Eccl sticæ institerunt. Consentit RENATUS CHOPPINUS a), qui alteram c gationem, oneris fabricæ comitem & pedissequam, videlicet supplendæ P chorum ab iis præsentari solitorum portionis congruæ, Decimis Ecclesiast a Laicis quoque possessis imminere ex *Clem. Un. de Jure patr.* deducit, qu vis illa de Monasteriis & Capitulis diserte enuntiet, & concepta sit. Ait en *Cæterum, quod dicitur in cit. Clem. I. Ecclesiasticas personas, quæ Decimis potius ad congruæ portionis solutionem urgeri, civili modo accipiendum est, de iis, quæ πλῶςον, non quæ ἐκ παραλόγȣ accidunt, quippe cum profani homines regulariter clesiasticis bonis non fruantur, utpote sacrarum possessionum incapaces. Sin a Laicus singulari Jure quodam suos faciat rerum Ecclesiæ fructus, vel etiam client Jure decumanos, cum eo experiundi potestas erit paraciaco Sacerdoti ad debita tionis collationem, subsidiario saltim ordine, post excussas Clericorum sacras Deci in aliena paracia sibi sumentes.* Has Constitutiones recentiores innovans Co lium Tridentinum b) statuit, omnes illos, qui Decimas vel fructus aliq ex Ecclesiis provenientes percipiunt, ad reparandas Ecclesias teneri in su dium, cum Decimæ intra districtum Parochialem nascentes Ecclesiæ ejusc de Jure communi addictæ, atque ex illa provenire censeantur. Atque id dog

c) INNOC. III. Lib. IV. Epist. 9.

a) Lib. 3. de Polit. Eccl. tit. 4. n. 20.

b) Sess. XXI. Cap. VII. de Reform.

gma Patres Tridentini alio in loco adopterunt, suisque sanctionibus firma-it, ubi subsidium ad Seminariorum tum erectionem tum sustentationem ex quoque Decimis per Laicos possessis petendum, & invocato, si opus fue-, auxilio brachii sæcularis urgendum decernunt c).

§. XXVII.

Constitutiones has Ecclesiasticas Regum quoque & Principum edictis ad-ari asserit HENRIC. ZOES. a). Præjudicia Belgii & Galliæ hac in re va-recenset ESPENIUS b). Pro nostra vero Germania vel maxime etiam fragantur Leges publicæ Imp. nostri Rom. Germ. adeo post dissidia Religio-n conditæ. Summi quippe pacifcentes in Pacificationibus publicis tam Re-osa vulgo dicta, quam Westphalica sæculares Decimas oneribus istis Eccle-licis obnoxias supponunt, antiquis videlicet earundem Decimarum, redi-m, pensionum & censuum possessoribus sive Ecclesiastici, sive sæcularis Sta-, ulterior quieta eorundem perceptio addicitur, ita tamen, ut ex iis indigen-Ministeria Ecclesiarum, Parochiarum, & Scholarum, eleemosynæ quoque & hospi-

) Cap. XVIII. Sess. XXIII. de Reform.

) Comment. Jur. Can. univ. Lib. III. Tit. 4. n. 20. *Serenissimi*, inquit, *Principes nostri nuperrimo suo edicto possessoribus Decimarum cum aliquo moderamine onus illud imponunt, si fabrica non sit sufficiens, nec per fructus Ecclesiæ subveniri queat, piorumque oblationes non sint tantæ.*

) Tract. *de Compet. Pastorali* Cap. III. §. 13.

Refert quidem, fluctuasse sæpius regiorum Tribunalium authoritatem hac super controversia onerum Ecclesiasticorum Decimis per Laicos possessis incumbentium; frequentius tamen in favorem Parochorum decisum fuisse, quod deficientibus aliis reditibus Ecclesiasticis & subsidiarie dictis oneribus subjaceant, id quod æquitati & rationibus Juris indubie consentaneum judicat, si Decimæ infeudatæ relevent ab Ecclesia sive pro Domino directo recognoscant Ecclesiam vel Monasterium aliudve Corpus Ecclesiasticum. Sed Pace tanti viri dicere liceat, easdem rationes etiam quoad Decimas, quæ alios, Reges videlicet ac Principes, tanquam Dominos recognoscunt, quousque origo earum primæva mere profana probari non potuerit, æque concludere. Nam & eas omnes ex principiis supra præmissis ab Ecclesia profectas, & Ecclesiis parochialibus, quibus principaliter debentur, subtractas fuisse præsumptio est; Unde ipsomet fatente ESPENIO *Tract. de Jure Paroch. ad Decimas Cap. I.* §. 7. ob generalitatem præsumptionis ejusmodi etiamnum hodie Decimæ a *Laicis possessæ*, Decimæ *infeudatæ* vocantur. Et totidem imo plures fere aliis modis, quot infeudationibus Episcoporum in laicos transiisse Historia docet. Denique ipsæ leges antiquissimæ ad onera ejusmodi possessores Decimarum obligantes, quæ supra indicatæ sunt, non *Vasallis Ecclesiarum*, sed *vasallis Regiis diserte positæ* conspiciuntur.

hospitalia, quæ antea sustentarunt, & sustentare debebant, eodem modo, quo antea, constituantur, sustententur, & provideantur, sine discrimine Religionis *c*). Id quod in P. W. simplici & nuda provocatione ad Pacem R. fuit confirmatum *d*)

Maligna autem sane illatio esset, quasi minus Jure Decimas possidere censerentur ii, qui ex pacto Imperii publico easdem obtinent, quando iis qualitas spiritualis vel Ecclesiastica adstruitur, & sic per indirectum contra Instr. Pac. earum revindicatio intenderetur, dum Ecclesiæ Jus illud directum salvum defenditur, effectus Ecclesiastici supra recensiti tribuuntur, & in usum revocari volunt, per quos eas evacuari aut imminui contingeret. Jus enim utile posthac relinquendum, & intentioni paciscentium, & voluntati possidentium secundum Juris anterioris interpretationem sufficiebat. Jus autem directum hactenus deductum nihil eorum votis ac desideriis detraxit. Quantum vero ad onera attinet, ea disertis verbis præservata fuisse sine discrimine Religionis, juxta communem Regulam mutuæ & exactæ æqualitatis, ex diserta litera Pacis utriusque mox allegatæ luculenter jam commonstratum fuit.

Quanta fuerit sollicitudo summorum Paciscentium in conservandis pristinis oneribus, exinde luculenter conficitur. Quis minorem sollicitudinem Episcoporum fuisse autumet, in primæva & antiqua gratuita prorsus earum concessione, ubi & exempla & Constitutiones summorum Imperantium sibi & Ecclesiis, quarum cura ad ipsos pertinebat, suffragari noverant? Et sane mutatio ejusmodi præjudiciosa & Ecclesiis & Episcopis ipsismet concedentibus contra omnes Juris Regulas gratis omnino adstrueretur. Insignem econtra ingratitudinem erga Episcopos largitores Decimarum quis non exprobret? cum integras

c) P. R. §. XVI. Dargegen sollen die Ständ rc.

Item §. XXI. Als auch den Ständen der alten Religion Verwand rc. in Verbis: Und sollen dannoch von solchen obgenannten Gütern, die nothdürftige Ministeria der Kirchen, Pfarren und Schulen, auch die Allmosen und Hospitalia, die sie vormahls bestellt, und zu bestellen schuldig, von solchen obgenannten Gütern, wie solche Ministeria der Kirchen und Schulen vormahls bestellt, auch nachmahls bestellt und versehen werden, ungeacht was Religion die seyen.

Item §. XXII. Desto weniger aber nicht so sollen doch mittlerweil diejenigen, so wir obgemeldt, denen die Centh, Gulde, Zins, Zehenden und Güter, davon von Alters her die Ministeria der Kirchen, versehen worden, und die solch Onus auf ihnen gehabt, zugestehen, bis zu Austrag der Sachen, was sie von alters her zu solchen Ministerien gegeben haben, auch fürter entrichten.

d) Art. V. §. XLV. Ratione redituum cujuscunque generis ad bona Ecclesiastica eorumque possessores pertinentium, ante omnia observetur id, quod in P. R. §. Dagegen sollen die Stände der Augspurgischen Confession &c. & §. Alsdenn auch denen Ständen rc. dispositum invenitur.

gras ab iis Decimas titulo lucrativo perpetuo recognoscunt, & vel partem ex urgente raro necessitate retribuere detrectant, aut in ipsos potius Episcopos rgitores nunc mediis vacuos id oneris rejicere, aut colonos Decimis jam ad ies hosce præstandis satis gravatos duplicato onere opprimere non erubescunt. nde præjudiciis pluribus variarum Diœceseon hanc Decimatores Laicos ad iera Ecclesiastica adstringendi observantiam firmari experientia testatur *e*).

§. XXVIII.

Merito profecto ob diversos recensitos insignes Juris effectus ingens et n differentia Decimarum ejusmodi Ecclesiasticarum, quæ ab Ecclesiis quon m in Laicos profectæ ab his possidentur, & mere ex origine sua Laicalium e Dominicarum superius præmissa fuit. Propius exinde ad scopum nostrum rolvimur: An videlicet differentia quædam inter utrasque quoad præscri onem extinctivam, qua immunitas ab iisdem a colonis decimariis prætenur, statuenda sit? Communis enim opinio Doctorum, &, quod vehemen mirari oportet, eorum quoque, qui in hactenus deductis principiis nobis n conveniunt, nullam statuit. Distinguit enim inter varios Decimatores, ntra quos Præscriptio ejusmodi extinctiva ad acquirendam immunitatem sive ertatem a Decimariis opponitur. An nimirum contra Ecclesiam Parochian, aut Parochum id Juris habentem? An contra aliam extraneam Ecclesiam, llegium, Monasterium, Xenodochium aut aliam religiosam Domum Eccle rum Jure gaudentem? Vel an omnino contra Laicum? In primo casu requi præter bonam fidem cum titulo XL. Annorum spatium, & sine titulo tem s immemoriale. In secundo XL. Annos sine titulo. In tertio decem cum ulo inter præsentes. & sine titulo XXX. Annos juxta tempora Præscriptio m aliis servitutibus extinguendis scripta. Jus enim Decimarum prædiis alie adinstar servitutum & collectarum inhæret, adeoque sicut de Jure Civili e servitutes continuato per hujus temporis cursum non usu amittuntur, ita am secundum rationes civiles Jus Decimarum a Laicis possessum *a*)

e) Aliqua hujus & Moguntinæ respect Archi- & Diœceseos allegat P. WOLFGANGUS SCHMITT Instit. Jur. Eccles. Lib. III. Tit. 50.

a) BOEHMER in Decret. lib. 3. tit. 30. §. 42. ENGEL in Coll. Jur. Canon. lib. 3. tit. 30. §. 3. num. 49. SCHMALZGRUEB. Jur. Eccl. univ. lib. 3. part. 3. tit. 30. §. 3. num. 63. ZYPÆUS respons. de Jure Can. lib. 3. tit. 30. respons. 3. fer. per tot. ANTONELL. de Tempor. Legal. lib. 2. Cap. 37. n. 18. ROT. in recent. decis. 152. n. 5. part. 19. Tom. 1. & cor. MOLIN. decis. 142. n. 5. WIESTNER Just. Can. lib. III. tit. de decimis art. 3. n. 58. D. ANTON SCHMITT Instit. Jur. Eccles. Germ. accommod. Tom. II. de Jure circa Decimas §. CXXX. ** fol. 199. FRANC. SCHMIER Jurisprud. Can. Civ. Lib. III. Tract. I. P. III. Cap. III. sect. 3. §. 4. num. 163.

§. XXIX.

Atque hæc quidem opinio de Decimis ex origine ſua Laicalibus eat dubio prorſus caret. Hæ enim uti ex titulo mere profano debentur, & lam prorſus ad Eccleſiam, adeoque ad Jus Eccleſiaſticum relationem hab ita ad rationes Juris Civilis tantummodo compoſitæ, & inſtar aliorum Jur mere profanorum cenſendæ ſunt. Quæ econtra ex origine ſua Eccleſiaſ ſunt, & ab Eccleſiis in Laicos profectæ, aliquem etiamnum ad illas nexum tinent, ex principiis quoque Eccleſiaſtici Juris dijudicandæ veniunt. Ex ſequitur, differentiam iſtarum a mere Laicalibus quoad effectum præſcrip nis extinctivæ merito ſtatuendam eſſe, & hanc iisdem conditionibus adve Laicos ejusmodi decimatores veſtitam eſſe debere, quæ adverſus Eccl ipſasmet Parochiales alias requiruntur, ut diverſi illi gradus in priori §. re ſiti inter Eccleſiam Parochialem, extraneam, & Laicum Decimatorem om gratis & absque ſufficienti ratione adinventi videantur.

§. XXX.

Omittimus impræſcriptibilitatem Decimarum, quæ in favorem adeo cleſiarum Parochialium ex erroneo Juris Divini principio ſuperius confu fruſtra a quibusdam aſſeritur. Omittimus & illam, quæ ex principiis J Civilis de impræſcriptibilitate annuarum præſtationum inter Doctores ho dum controverſis derivatur; his enim diſputationibus velut alto cuidam pel nos committere nequaquam animus eſt, ne a ſcopo noſtro longius abducan qui in eo eſt, ut æque tantum difficilem hanc præſcriptionem extinctivam verſus Decimatorem Nobilem vel extraneam quamcunque Eccleſiam evincan quam difficilis illa adverſus Eccleſias Parochiales ex principiis Juris Canoı admittitur. Omne enim Jus Decimarum, quod Decimator Nobilis vel ex neus hodie exercet in fundos Decimariorum, majoribus ſuis acceptum refe debet, qui id ab Eccleſia variis occaſionibus ſupra enumeratis impetrarunt, in dubio etiam impetraſſe præſumuntur. Eccleſia porro omne Jus ſu quod adverſus dictos Decimarios eidem competiit, in præſentis poſſeſſoris teceſſores tranſtuliſſe, ejusque mentis fuiſſe videtur, ut, quod ipſamet exerc potuiſſet, a præſentibus poſſeſſoribus exerceatur, ipſique Jure ceſſo Eccl utantur, cum favores illi ſingulares, qui Eccleſiæ cedenti quoad Decimas a J conceſſi ſunt, non tantum perſonam poſſidentem reſpiciant, aut in quali perſonali fundentur, uti Jura illa ſingularia minorennibus aut Filiisfami conceſſa, ſed rem ipſam ſive Decimas afficiant, & in ratione finis illius, quem a Jure deſtinatæ ſunt, omnino favorabilis & imperturbabilis fundari deantur.

§. XX.

§. XXXI.

Ex præstructis jam fundamentis hujus opinionis firmamenta sponte sua surgunt, quæ brevibus licet verbis contracta demus, tanto tamen solidiora æquo quolibet rerum arbitro conspicientur. Præsumptio enim Juris resistit libet præscribere volenti immunitatem, contra quemcunque demum Decitorem eam sibi asserere conetur. Jure videlicet communi ab omnibus Chrinis Decimas deberi, neminemque, quacunque etiam dignitate præeminen-i, ab iis exemptum esse, nisi speciali privilegio sive titulo exemptum se pro-, unanimis est Canonum, tam antiquiorum & Capitularium supra laudato-a, quam recentiorum & Decretalium sanctio *a*).

Huic autem præsumptioni, quatenus contra Decimarios militat, nihil oris, aut virium ac efficaciæ ex diversa qualitate illius, qui Decimas perci-, detrahitur. Hæc enim qualitas intuitu Decimariorum indifferenter prorse habet, nec illis ullatenus suffragari debet. Inde est, quod pleræque :retales titulo de Decimis relatæ, quæ hanc præsumptionem adversus Decirios statuunt, & ab omnibus fundorum possessoribus, de omnibus fundis, omnibus frugum speciebus, quotquot per annum iteratis etiam vicibus ntantur, de omnibus animalibus Decimas solvendas præcipiunt, de quibusque aliis extraneis indiscriminatim, de Clericis Diœceseon Episcoporum ilım, ad quos rescribuntur, de Canonicis, de Capitulis, de Monasteriis, non Parochis, & paucissimæ de terris Parochiarum prædictis Collegiis incorpoırum conceptæ sint *b*). Et ita eleganter non minus, quam solide celeberri-s CARDINALIS DE LUCA circa hanc præsumptionem extraneis Decitoribus asserendam unicam hanc distinctionem statuit, an Parochus conrat, aut in lite sit, vel non? in primo videlicet casu eandem dene-s, in secundo vero affirmans *c*). Consentit quoque JOANNES DE WERND-

a) Cap. Dudum. 31. de Decimis.

b) Conf. Cap. 5. 6. 8. 14. 21. 22. 24. 26. 30. 31. de Decimis. Generatim enim Ecclesiis, quibus Decimæ debentur, vel hactenus persolvi consueverunt, Clericis Diœceseon, Canonicis, & Episcopis, quibus æque intentionem de Jure Communi fundatam attribuit.

c) *De Decimis Discursu* 8. *num*. 9. & 10. in verbis: „Attamen id recte procedit „in concursu Parochi, istoque in causa existente; vel ratione ejus præjudi-„cii, vel ne, ipso suas integras Decimas exigente, cogantur Parochiani seu „prædiorum domini solvere redecimam seu duplicem Decimam. . . Secus „autem ubi Parochus non est in causa, neque alias duplices Decimas ab iis-„dem Parochianis exigit, adeo ut non intret unum vel alterum ex dictis in-„convenientibus, quoniam cum Parochiani seu prædiorum domini in genere „ad hoc onus teneantur, idcirco concedenda non est exemptio ex oppositio-„ne Juris tertii non conquerentis.

WERNDLE *d*), qui quamvis communi sententiæ favere & pro ea Doctores plures præter supra allegatos laudare videatur *e*); Decimarios tamen ab exceptione præsumptionis contra Decimatorem Laicum militantis prorsus excludit *f*). Præterea Parochum inter & extraneum quemcunque Decimatorem, qui tamquam in locum Parochi surrogatus respectu Decimariorum merito consideratur, hoc unum discriminis assignari potest, quod in Petitorio Parochi Decimatoris intentio quoad titulum in ipso Jure communi fundata sit, & probatione speciali non indigeat; extraneus autem & Nobilis Decimator specialem titulum edere in petitorio & concludenter probare debeat, quo probato modo præsumptio illa fundata dici possit; porro quod præsumptio Juris pro Parocho militans ad integrum districtum Parochialem & omnia prædia in illo sita, omnesque eorundem possessores se extendat; præsumptio vero extraneo assistens possit esse particularis, & ad certam tantum partem illius districtus in concessione aut titulo ejusdem speciali expressam & individuatam restricta.

§. XXXII.

In asserta hac Juris communis præsumptione vel assistentia Nobili vel extraneo cuicunque Decimatori adversus Decimarios immunitatem præscribere volentes suffragante æqualis difficultas bonæ fidei fundatur, ac si præscriptio illa extinctiva adversus Ecclesias ipsasmet Parochiales obtenderetur. Nequaquam enim hæc præscriptio Decimarum extinctiva præscriptioni actionum indefinite contractarum, quæ cum scientia Juris alieni currere soleat, æquiparari poterit. In his enim indefinite contractis, ubi nulla est interpellatio hominis, nulla committitur injustitia non solvendo, nec scientia illa Juris alieni ma-

d) Tractat. vom Zehend Recht 3. Buch Cap. 8.

e) CRAVETTAM Conf. 496. num. 6. & Conf. 874. num. 3. REBUFFUM de Decim. q. 13. n. 100. ubi in hoc allegat FELINUM in Cap. Causam quæ de præscr. CARDIN. conf. 146. CUMAN. conf. 83. PARIS. 25. JOANN. FRANC. in Tract. præscr. q. 7. CAROL. RUIN. conf. 142. num. 5.

f) Verba sunt: Es sagen die Rechtsgelehrten, wann ein Weltlicher in einer Zehends-Inhabung ist, und von einem Weltlichen als seinem Zehendmann den Zehend fordert, daß dieser weltliche Zehendmann diesem weltlichen Zehendherrn die exception nicht vorwerfen möge, als ob gebühre der Zehend nur den Pfarrern und Seelsorgern, und nicht den Laicis und weltlichen Personen, sondern ein solcher weltlicher Zehendherr, zu diesem seinem weltlichen Zehendmann vermelden möge, was ihm diese exception angehe, er solle den Zehend bezahlen, wie er bis anhero bezahlet worden, und er Zehendmann des Zehends-Einnehmens also in possessione seye. CRAVETTA. d. vol. 3. Conf. 479. num. 4. vers. non obstat alterum. & Conf. 496. num. 14. vers. Secundo respondeo exceptionem hanc non competere, &c. BALD. conf. 180. lib. 1.

ualam fidem præscriptionis impeditivam constituere potest. Decimarum vero ebitor ad solvendum obligatur nemine etiam interpellante; cum Decimæ etm non petitæ sint solvendæ a), & Jus ipsum pro homine interpellet; huic ui non paret justa causa titulum immunitatis constituente destitutus, peccat, t injustitiam committit, quacum bona fides conciliari & consistere nequit.

Inde necessitas *tituli* consequitur in hac præscriptione, tum ad bonam fiem hanc conciliandam, tum ob præsumptionem Juris, quæ immunitati a Demis utpote Jure communi Canonico universim præceptis resistit, & ideo nc cessationem a solutione earundem vitiosam & peccaminosam eousque deerat, donec vel titulus saltem coloratus ostendatur eandem justificans, vel ma temporis immemorialitas accesserit, quæ titulo speciali non amplius ingeat, sed quemcunque de mundo meliorem ab initio cessationis jam adfuisse æsumi faciat.

Ratione *temporis* demum prono rursus alveo fluit, illud cum titulo quaagenarium esse debere, sicut contra Ecclesiam ipsammet Parochialem, si per ipsam Decimas illas possideret, aut deficiente titulo immemoriale prorsus quiri. Unde & ESPENIUS b) vix aliam, quam immemorialem præscriionem sive potius possessionem pro immunitate a Decimis concilianda admit, & hanc adeo allegatis præjudiciis difficilem admodum esse asserit.

§. XXXIII.

Patet præterea præscriptionem ejusmodi non tantum in Decimatorum æjudicium, sed in ipsiusmet Ecclesiæ, a qua illas percipiunt, detrimentum sequela vergere; quæ proin Ecclesiis a Jure concessa sunt privilegia, in effeu vana redderentur, & irrita. Ubi Decimatoris Jus utile, quod ab Ecclesia ibet, semel in perpetuum per præscriptionem immunitatis exclusum fuit, clusum itidem remanet Jus directum, quod, tanquam ex institutione & priæva natura Decimarum relationem habens ad Ministerium spirituale & culm divinum, in ipsa earundem infeudatione, aut quacunque etiam alia Juris ilis concessione Ecclesiæ præservatum esse voluit. Neque opus est ad Jus ivinum recurrere, indeque spiritualem aliquam Decimarum qualitatem dekere, multo minus characterem quendam indelebilem a DD. Catholicis sanioris

a) Cap. *Cum Homines.* 7. *de Decimis.* PANORMITAN. in idem Cap. num. 3. & 7. GONZALEZ ibid. n. 6. MONETA de Decimis Cap. 7. a. n. 21.
WEX q. 7. n. 5. de Decimis. PIRHING Jur. Can. eod. Tit. Sect. IV. §. II. n. 93.

b) Jur. Eccl. univer. P. II. tit. 33. Cap. VII. n. 3. seq.

nioribus nunquam, nisi forsan analogiæ & nudæ explicationis majorisve enei giæ causa, cogitatum comminisci. Siquidem sufficit spiritualis qualitas ex ii stitutione Juris humani iisdem asserta & in eo consistens, quod ideo a Jure ipi institutæ, & adinventæ primario fuerint, ut ex iis cultus divinus, Ecclesiæ (Ministri sustententur. Hinc quamvis aliis quandoque commodum personal earum utilitates & fructus percipiendi hodie etiam perpetuum, sive in hær des transitorium, & cum effectu vindicationis utilis alias Domino competenti conjunctum indultum fuerit; illa tamen destinatio Juris facit, ut, in quibu cunque demum manibus existat commoditas ista, proprietas tanquam spiritua lis Ecclesiis addicta remaneat, nec ista destinatio tanquam Juris dispositiqa inhærens facto hominis abstrahi & separari possit aut soleat. Hac in re diffe Jus hoc directum Decimarum ab aliis Juribus & rebus Ecclesiæ temporalibu; Has enim sicut hominum libera voluntas ad fines ejusmodi spirituales deputat ita hominum quoque dispositione, Legibus tamen Ecclesiasticis conformi, sin debitis solennitatibus vestita, omnis illa spiritualitas mere extrinseca abstrahi penitus & immutari poterit. Quæ vero Decimis inest, licet æque extrinseca, spiritualitas, ex dispositione tamen Juris Publici Ecclesiastici æque ac profani inest, cui facta privatorum non prævalent, nec derogant. Cæterum quamvis dispositioni Legis publicæ posterioris eidem derogandi potestas non denegetur; nec ista tamen derogare voluisse præsumitur, ubi id diserte non exprimit, & ad ejus intentionem & scopum exhauriendum solum Jus illud utile plene sufficit.

§. XXXIV.

Exigit hoc idem omnino æquitas Nobilibus ejusmodi Ecclesiarum Bene ficiatis, aut Decimatoribus extraneis quibuscunque omni Jure debita. Admis so semel antecedente, quod ex solidis omnino fundamentis latius antea dedu ctum fuit, quod fructus Decimales, quos ipsi percipiunt, fructus ex ipsa Ec clesia illius districtus Parochiali in eosdem provenientes, indeque oneribus quæ alias Lege Ecclesiastica intuitu ejusdem Ecclesiæ annexa sunt, obnoxii cen seri debeant; necessarium quoque est consequens, quod Jus eorundem eoden favore munitum esse oporteat, quo munitum esset, si penes Ecclesiam ipsan remansisset. Regula videlicet est, quod, qui sentit onus, sentire etiam debet commodum. Quam durum ac difficile in casibus quandoque post pluries cen tenos hinc inde annos obvenientibus accidere soleat Decimatoribus, vel ad fa bricam Ecclesiæ restaurandam, vel ad congruam Ministris pro aucta popu multitudine necessariis supplendam, aut aliquam de sua utilitate partem dece pi, aut pluribus saltem annis integra ejusdem perceptione carere debere, ve bis explicare supervacaneum prorsus esse, quilibet prudens perspectum pe suasumque sibi habebit, & quotidiana experientia testatur; docent & ipsi i

Doct

Doctorum, qui plerumque pretio conducti pro omnimoda eorum libertate scriptis suis certare solent, extremi conatus. Durities autem Legibus scriptis innixa & ingenti alias emolumento, eoque perpetuo, quod onere post pluries centenos modo annos quandoque recurrente & omnibus, quibus potest modis, alleviari solito nequaquam exhauritur, plenissime compensata haud est accusanda. Illud autem cavendum, ne, quod aliquatenus de se jam durum videtur, aliunde etiam contra omnes justitiæ & æquitatis Leges durius reddatur. Jure quippe merito durities accusanda tum foret, si cuivis tam facile a præstatione Decimarum se eliberare permissum censeretur, uti alias a servitutibus profanis nulli alteri ulteriori oneri obnoxiis admittitur. Ita onus indies accresceret, emolumentum vero decresceret. Contingeret illos, qui diu titulo mere lucroso fructus omnes integros perceperant, nullum onus sentire, & insuper si tam brevi temporis lapsu non exigendo a Decimariis excludi possent, successores eorum bis infelices eorum odio nimium prægravari, utpote quibus onus quidem integrum superesset, emolumentum vero magna sui parte sensim diminutum transiret.

§. XXXV.

Autoritatibus Doctorum hanc, quam tuemur, opinionem, præter Cardinalem DE LUCA supra §. XXXI. laudatum, parum firmari sponte quidem fatemur, & ex serie celebriorum, qui pro adversa militant, supra recensita ultro consequitur. Sed id parum nos moratur, ubi dispositionem Legum & Canonum, tum antiquiorum, tum recentiorum, analogiam Juris, ac solidiora rationum & æquitatis argumenta nobis suffragari ostendimus. Veruntamen præjudiciis non destituimur. Illustrissimi enim S. ROTAE Romanæ Judices suo calculo hanc adprobarunt in *Salamantina Decimarum die 24. Febr. An.* MDCCLVII. & in Confirmatoria *de 8. Maji ejusdem* An. *MDCCLVII.* coram R. P. D. FRANGIPANE, qui ipsi tamen Doctores non paucos inferius laudatos in suum patrocinium vocant. Salamantina enim Universitas egit pro Decimis adversus PP. Ord. S. HIERONYMI ejusdem Civitatis Salamantinæ. Opposita ab his fuit præscriptio immunitatis. Admissum equidem fuit Universitatem Salamantinam corpus esse non Ecclesiasticum, sed Laicale *a*), adeoque

a) Conferatur ALPHONS de ESCOBAR. de Pontific. & Reg. Jurisd. in stud. general. Cap. 21. per tot. num. 273. & seq.

ANDR. MEND. de Jur. Academ. lib. I. quæst. 8. pariter per tot.

Addi huc meretur promerita cum laude Nob. de WEINBACH Problema Politico-Juridicum de admittendis ad gradus Academicos Prott. ubi Tit. 2. inqualitate corporis Laici Inclytæ Universitati Ingolstadiensi afferenda totus est, & præsertim §. 40. inter alia argumenta hoc allegat, quod a decimatione

que Decimas, quæ percipiuntur ab eadem, evasisse suo sensu & ex accid Laicales; firmatum tamen fuit, non aliter mox dictos Patres S. HIERONY acquirere potuisse exemptionem a solutione Decimarum, quam vel immem bili vel centenaria vel quadragenaria cum titulo colorato *b*).

§. XXX

tione Collegiis omnibus Ecclesiasticis imperata immunis permanserit, c idem argumentum pro hac Alma Julio-Ducali Wirceburgensi Universi militat.

b) S. ROTA ROM. in Decis. coram R. P. D. FRANGIPANE Salamantina Decima 4. Febr. MDCCCLVII. n. 4. „In dubium sane haud erat revocabile, quod „cimæ attributæ Universitati essent spirituales, & prædiales. Cum e „sint portio illarum, quæ ex Regum munificentia fuerunt Episcopis & „pitulis in Hispaniis elargitæ, nec non etiam illarum, quæ pro fabricis „clesiarum in eisdem Regnis assignatæ fuerunt, prout istæ, nemo inficia „quod sint prædiales & spirituales. Ita & eandem retinent spiritualitat „etiamsi amplius ab Episcopis & Clero non percipiantur, sed illarum P „tio ex summorum Pontificum & Episcoporum largitate ex causa publ utilitatis in Universitatem sit translata, ut in puncto ROTA POST MON de Decim. Decis. 36. n. 22. coram COCCIN. Decis. 2268. a n. 17 ad 26. co FALCONER. de Decim. Decis. 2. n. 4. & 5. in FERRARIEN. *Decimarum su Jure Universali decimandi prima Julii* 1697. §. *Validitati & seq. Coram b mem.* URSINO in Hispalen. *Decimarum de Marchena* 15 Maji. MDCCXXX §. *final. coram clar. mem. Card.* ALDROVANDO.

Ibidem num. 5. „Posito igitur, quod res sit de Decimis Spiritualibus „universa Diœcesi Salamantina exigendis, & Auctoritate tum etiam Epis „porum attributis ex causa onerosa, & adeo qualificata Universitati, que „admodum eadem Universitas pro illarum exactione in dispositione Ju „*fundatam habet suam intentionem*, & *innegabile bonum Jus fovet* eti „super Vineis, & Terrenis in Loco *de Villona*, utpote existenti in ead „Diœcesi Salamantina, ut firmat ROT. CORAM PENIA decis 560. a num. 3. „seq. coram CAPRAR. Dec. 725. num. primo in Recent. Decis. 9. n. 10. PA „10. in Illerden. Decimarum 3. Julii 1722. §. Quemadmodum coram CL MEM. CARD. CORIO. 4. „Ita ab illarum præstatione sese exemptum deci „tare nequit in hoc petitorio Judicio Monasterium, & Monaci S. Mariæ „Victoria, *nisi vel Apostolicum Privilegium*, *vel Consuetudinem immemo „bilem*, *vel quadragenariam cum suis requisitis*, & *Titulo colorato* exhibeat „tradita per CARD. DE LUCA. de Decim. disc. 17. n. 8. ROTA coram C „PRAR. Decis. prima n. 9. in Recent. Decis. 319. n. 9. & 10. part. 17. „HISPALEN. Decimarum de Utrera 6. Martii 1733. §. At vero coram b „mem. SAMINIATO.

Confirmatoriæ coram eodem R. P. D. FRANGIPANE in eadem Salam tina Decimarum 9. Maji 1757. n. 3. tenor hic est: „Promanat exinde, qu „in præsenti petitorio Judicio eædem Vineæ, & Terræ oneri ejusdem I „cimæ pernecesse obnoxiæ censeri debeant ex Juribus relatis in mea præ „denti Decis. §. 5. Quousque saltem a Monasterio de Victoria vel *clar*

exe

§. XXXVI.

Cæterum non paucæ sunt, nec contemnendæ penitus primo obtutu vi- ntur difficultates, quæ argumentis utut solidis in favorem Nobilis Decima- ris & cujuscunque extranei hactenus deductis adversantur. Et primum qui- m, si favor Ecclesiæ Parochialis quoad præscriptionem extinctivam Laico l cuicunque extraneo Decimatori communicari velit; cur non alii omnes usdem favores huic quoque communes admittuntur? Eadem enim ratio quo- cæteros æque concluderet; vel cæteris rejectis & hunc rejicere potius opor- ret. Præcipue admissis prioribus fundamentis sequi necessario videtur, idem is ad Decimas Novales Ecclesiis Parochialibus competens Laico quoque aut

 cui-

„*exemptivum Privilegium, vel immemorabilis, vel quadragenaria suis comita-* „*ta requisitis non exhibeatur*, ut ultra relatos in d. §. 5. meæ decisionis do- „cent. Rota. Decis. 201. n. 3. part. 13. Recent. in Toletana Decimarum „quoad oliveta super bono Jure 11. Junii 1735. §. Et sane coram bon. mem. „Nunez.

Num. 4. „In anteacto certamine defensores Monasterii acriter insistebant „super exemptionibus Ordini S. Hieronymi elargitis; Agnita tandem illa- „rum irrelevantia, hodie opponebant, quod, cum Universitas Salaman- „tina sit corpus non Ecclesiasticum, *sed Laicale*, ideo *destituta sit Juris* „*assistentia in exactione in tota* Diœcesi hujusce Decimæ, quæ mere tempora- „lis, & prophana debet reputari; objectum tamen corruit sub reflexu, quod „quoties inficias iri nequit, quod quota hujusce Decimæ a Summis Pontifi- „cibus, & Concilio Provinciali assignata Universitati sit portio illius, ac de- „trahi debeat a portione illarum, quæ pariter a Summis Pontificibus, & ex „Regum Providentia fuerunt Clero assignatæ, & pro Fabricis Ecclesiarum „ejusdem Diœcesis destinatæ, prout istæ procul dubio sunt spirituales, & „Ecclesiasticæ, & ex Juris præscripto debentur; *ejusdem quoque Naturæ*, „*& eisdem privilegiis suffultæ dici debent Decimæ* Universitati assignatæ, ne „una eademque Decima, quæ est Clero pro Fabricis Ecclesiarum tributa, „pro parte spiritualis, pro parte vero temporalis debeat judicari.

Ibidem Num. 8. „Vindicata ex hisce qualitate Decimarum, earumque per- „tinentia in tota Diœcesi Salamantina, inutili pene studio ad evitandam illa- „rum præstationem opponebatur, quod, cum per tempus quadragenarium vel „trigenarium super hisce bonis *de Victoria* hæc Decima non fuerit soluta, „ideo præscripta dici debeat; Talis equidem præscriptio nec regit in facto, „nec ullam in Jure obtinet subsistentiam. Et quidem non subsistit in Jure, „quandoquidem si portio Decimæ attributa Universitati desumi debet ex il- „lis sub Apostolica Authoritate assignatis Fabricis Ecclesiarum totius Diœ- „cesis & ex illarum acervo detrahi; Prout istæ contrario *triginta, vel qua-* „*draginta annorum decursu præscribi non possunt; Ita nec præscribi potest* „*portio debita Universitati*, quæ simultaneam & communem fovet causam „cum eisdem Ecclesiarum fabricis, ut optime Innocent. in Cap. Ad Au- „dientiam num. 2. de Præscript. Valenzuel. Cons. 33. n. 208.

cuicunque extraneo Decimatori universali antiquorum attribuendum esse, eo quod Jure ab Ecclesia Parochiali in ipsum translato utatur; id quod tamen Canones & Decretales Pontificiæ perpetuo denegarunt. Ex *Cap.* enim XXV. *de Decim.*, prout GONZALEZ id refert, plenissime liquet, jam olim possessores, quibus generatim Jus Decimarum concessum, has Novalium Decimas sibi arrogesse, quod indicat Pontifex his verbis: „*Occasione* præterea *veteris* „*Decimationis*, seu quod quis ex veteribus agris Jus Decimarum in genere habeat: (*quam asserunt sibi*,) olim ab Ecclesia, *Concessam*, aliqui *Decimas Novalium sibi non metuunt usurpare.*„ Verum negativam Decisionem Pontifex edit in talibus non extendendam esse Licentiam, sed potius restringendam decernens, ALEXAND. IV. in *Cap.* II. §. *fin. de Decim. in.* VI. non minus clare id exprimit: „Nec pro eo, quod forte in aliquibus Parochiis omnes majores Decimas „seu partem illarum acquirunt de manibus Laicorum, possunt pro eadem vel „simili portione (si de novo postmodum fiant Novalia) in eisdem petere vel „percipere Novalium Decimas eorundem.„

Sed tota, quanta est difficultas, facile evanescit. Nam ex eo, quod Ecclesia Jus suum, quod habuit tempore cessionis adversus eos, qui Decimas debuerant, cesserit in favorem Decimatoris extranei, nondum sequitur, eandem etiam in præjudicium suum proprium & grave detrimentum voluisse cedere illud, quod necdum habuit, sed aliquando suo tempore habere potuit. Nec in dubio id factum fuisse credendum est, sed potius concessio talis stricte accipienda, quæ ex intentione concedentis tantum præsentes Decimas agris jam ad culturam redactis inhærentes comprehendit. Extensio econtra favoris Ecclesiarum Parochialium ratione præscriptionis extinctivæ in extraneos Decimatores iisdem potius ingentem utilitatem affert, adeo non præjudicat; imo nec ipsis Decimatoribus novi quidpiam oneris injungit, sed eos in pristina obligatione relinquit per mutationem Possessoris Decimarum nullatenus immutata.

§. XXXVII.

Neque porro obmoveri poterit, alia bona Ecclesiastica ab Ecclesia semel alienata, aut aliis Laicis in feudum data, mutare naturam & indolem suam pristinam, & qualitatem prorsus sæcularem induere. Perperam nimirum dixerunt, reditus post alienationem fundi ejusmodi Ecclesiastici perceptos fructibus ex Ecclesia provenientibus accensendos, & oneribus Ecclesiasticis obnoxios, consequenter & favorum Ecclesiasticorum quoad præscriptionem participes esse; ideo, quod origenetenus ab Ecclesia possessi, imo ab Ecclesiasticis, quod sæpe penes Monasteria contigit, primitus ad culturam redacti & cultui itidem Divino ac sustentationi Ministrorum destinati fuerint. Experientia etiam testatur post alienationem ejusmodi non amplius immunitatem Eccle-

siasti-

siasticam ab exactionibus & tributis iisdem relinqui. Quod idem contingit in bonis a Civitate vel Republica in privatos translatis, quæ tanquam bona publica vel Civitatis certis usibus publicis, e. c. ædium publicarum & murorum conservationi destinata fuerant. Nemo certe erit, qui statuminare ausit, bona illa, postquam in privatum subditorum patrimonium transierunt, adhuc tanquam publica considerari, reditus propterea eorundem tanquam publicos, & ex fisco vel a Republica provenientes ad onera pristina publica teneri, ab aliis vero exactionibus communibus immunes esse. Nihil quippe communius esse solet, quam bona temporalia suas proprietates mutare, quando status eorundem per alienationem mutatur.

Veruntamen tota difficultatis etiam istius vis jam superius §. XXXIII. præoccupata fuit. Nam præterquam quod non pauca forsan antiqua exempla immunitatis Ecclesiasticæ in bonis quoad dominium tantum utile alienatis residuæ exhiberi possint; certe bona alia Ecclesiastica mera voluntate hominis vel facto privatorum ad istos fines destinata aut Ecclesiæ collata fuerunt; ex natura vero sua prorsus indifferentia sunt, an ab Ecclesia, an a quocunque alio Laico possideantur, dummodo legitimo in istum titulo & cum debitis solennitatibus translata sint, & per hoc ab omni pristino suo nexu absoluta, & a qualitate destinationis illius facto hominum inditæ facto prorsus contrario abstracta. Mirum proinde non est, ea posthac sæcularibus usibus destinata, ab usu Ecclesiastico penitus absolvi, & vel ideo etiam favoribus Ecclesiasticis privari. Quæ tamen omnia in Decimis plane diversa esse, ex supra deductis plenissime constat.

§. XXXVIII.

Alia quoque instantia ex fructibus Clericorum beneficialibus repeti haud incongrue posset. Hos enim in sustentationem congruam Ministrorum primum, qui vero ultra hanc supersunt, etiam ad usus Ecclesiæ, aliosque pios, a Jure destinatos esse nemo dubitat; nullo tamen Jure illis privilegia Ecclesiastica, sive quoad immunitatem, sive quoad præscriptionem, de qua præcipue nobis sermo est, deberi vel attribui posse omnes fatentur; imo & Pontifex statuit, JULIUS videlicet III. in Constitutione sua de VI. Junii MDL quæ incipit: *Cum sicut* in verbis: *Nos attendentes fructus, pecunias & alias res, occasione Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore provenientes, post quam ad manus Beneficiatorum pervenerunt, non ulterius in Ecclesiasticis, sed potius ipsorum Beneficiatorum propriis & ab eis acquisitis bonis judicari, & propterea quodammodo pro sæcularibus & profanis haberi consueverint.*

Sed verendum omnino est, ne nimium ista probet, quantum ad præscriptionem. Nam etiam fructus quicunque, adeo Decimales, in Ecclesiæ patrimonio

monio ſemel exiſtentes, tanquam res mere mobiles, quoad præſcri
nullo favore gaudent, ſed præſcriptioni ordinariæ brevis etiam temp
triennali ſubjacent. De Clericorum ergo fructibus ac reditibus minu
ſupereſſe poterit. De fructibus autem decimalibus Laicorum Decir
nec cogitandum. Non enim iſtos præciſe fructus, qui de ſe mere te
les & corporales ſunt, ad ſuſtentandum corpus inſervientes, nihilque ſ
litatis præ aliis ejusdem fundi fructuum novem partibus involvunt, ne
quis ad Eccleſiam deſtinat, aut obligatio quædam afficit, ſed Jus illi
perpetuum eosdem percipiendi. Ne igitur hoc tam facile non uſu b
temporis extinguatur, & imminuatur, Eccleſiæ ipſius, a qua origineten
veniunt, intereſſe conſequitur.

§. XXXIX.

Ulterius ex hoc ipſo diſcrimen colligitur, quod inter præſcri
Juris hujus Decimandi penes Laicos exiſtentis *acquiſitivam*, & *inter exti*
ſive Decimariorum immunitati faventem, de qua ſola ſtudioſe rubrun
Diſſertationis concipi voluit, ſtatuimus. In *acquiſitiva* enim diverſos il
dus ſuperius præmemoratos admitti debere, ratio Juris exigit. Ut n
Eccleſia extranea, aut Collegium quodcunque Eccleſiaſticum, ſive Dor
ligioſa adverſus Eccleſiam Parochialem Jus Decimandi per poſſeſſionen
nuatam ſibi acquirat, præter tempus quadraginta annorum titulus ſimul
ritur, aut hoc deficiente temporis immemorabilis poſſeſſio, prout
Cap. 1. de Præſcript. in VI. textus ſtatuit *a*). Siquidem Jus Commune
Decimas Parochis & Parochialibus Eccleſiis generali lege addicit *b*),
Eccleſiæ Parochiali, & reſiſtit cuicunque extraneæ præſcribere volenti
proinde poſſeſſio, tanquam Juri Communi contraria, vitioſa eousque
mitur, donec colorato ſaltem quodam titulo juſtificetur, & poſſeſſor a
ſiniſtra ſuſpicione, quæ ex præſumptione Juris contraria naſcitur, lib
& ipſamet bona fides concilietur. Ceſſante vero hac ratione quoad Ec
extraneam, utpote nullo Juris præcipui & præſumptionis favore m
præſcriptio Juris Decimandi adverſus iſtam communes alias quibuscun
rium incorporalium & bonorum immobilium ad Eccleſias pertinentiu

a) *Nam licet ei, qui rem præſcribit Eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt contrari Commune vel contra eum præſumptio non habeatur, ſufficiat bona fides; men eſt ei Jus Commune contrarium, vel habetur præſumptio contra bona fides non ſufficit; ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam præſcribendi: niſi tanti temporis adlegetur præſcriptio, cujus contra moria non exiſtat.*

b) In Cap. *Tua nobis.* 26. Cap. *Cum contingat.* 29. & Cap. *Cum in t* de Decimis.

ſcriptionibus poſitas leges ſequitur, & ſola temporis quadragenarii poſſeſſione bona fide munita, licet titulo deſtituta, completur. Contra Laicum denique Decimatorem Præſcriptio hæc Juris Decimandi acquiſitiva 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes cum titulo, ſine hoc vero ſolis 30. annis abſolvitur; eoquod hic neque præſumptio Juris adſit, neque favor Eccleſiæ, ob quem quadragenaria præſcriptio requiri vellet. Atque hoc Laico etiam præſcribere volenti adverſus alium Laicum ſufficere omnino ſtatuitur. Quod enim Laici ad poſſidendum & præſcribendum Jus Decimarum inhabiles & incapaces a Jure Decretalium declarentur *c*); in favorem Eccleſiarum & Decimarum ab Eccleſiis adhuc retentarum proviſum fuit; non autem in favorem Laicorum jam tum detinentium; unde adverſus hos & alterius Laici poſſeſſio & præſcriptio prævalere poterit. Simile fere exemplum occurrit in Jure Patronatus, ad quod præſcribendum etiam a Concilio Tridentino *d*) inhabiles declarantur. Si tamen Eccleſia Patronatam ſe fateatur, & in lite non ſit, ſed tantum inter duos Laicos controverſia moveatur; & poſſeſſio, & præſcriptio juxta priſtinum Decretalium Jus attenditur. Neque obſtat prohibitio Decretalium Laicis obſiſtens, ne in alios Laicos Decimas transferant, quæ inhabilitatem acquirendi & conſequenter contrariam Juris præſumptionem ac fortem reſiſtentiam vincere videtur. Siquidem hæc pleniſſima explicatione jam ſupra §. XXI. præoccupata fuit. Acquiſitiva proinde hæc Juris Decimandi præſcriptio ab uno etiam Laico adverſus alium obmota indubie hodie valet. Sed etiam nihil habet præcipui præ præſcriptione aliorum bonorum & Jurium profanorum, cum nihil hic interſit Eccleſiæ, ſicut nec in Jure Patronatus, ſive per hunc, ſive per illum Laicum poſſideatur. Jus enim directum ex ſupradictis immotum penes Eccleſiam remanet; utile vero ſive commoditas percipiendi fructus tantum ab uno in alium tranſit. Exigua autem illa ſpes reditus forſan faciliois & citioris ad Eccleſiam penes unum, quam penes alterum, hodie parum attenditur, ubi ex antedictis alienandi illud inſtar aliorum Jurium & bonorum ſecularium facultas, conſuetudine paſſim ſuffragante, non amplius nec primo controvertitur. Cæterum cum onera illa in favorem Eccleſiarum a Jure Decimis annexa cum ipſis in quemcunque Juris utilis poſſeſſorem tranſeant; parum quoque Eccleſiæ intererit, per utrum eidem præſtentur; cum etiam adverſus nolentem remedia Juris compulſiva ſuppetant. Ubi econtra per præſcriptionem extinctivam, qua immunitas a ſolvendis Decimis a quibuſcunque colonis ſive Decimariis quæritur, Jus utile Decimatoris excluditur, etiam Jus directum Eccleſiæ remanens extinguitur, & in perpetuum perimitur, nec tum etiam,

c) In Cap. *Cauſam*. 7. de Præſcript. & Cap. 17. *Quamvis* de Decimis.

d) *Seſſ. XIV. Cap.* 12. *&* *Seſſ. XXV. Cap.* 9.

etiam, quando ad Ecclesiam aliquando rediret cum directo consolidatum, amplius profuturum. Ad onera vero præstanda si imminutis insigniter fructibus, Decimalibus annuis Decimatori nervus rerum accidatur, illisque ferendis ipse nec amplius par esse, nec salva æquitate onerari posset, detrimentum ipsius Ecclesiæ gravissimum, imo in sequela integrarum communitatum, quæ Decimas præstant, & duplicato nihilominus onere demum in subsidium graventur, nemo non deprehendit.

§. XL.

Atque hæc sufficiant, quæ ad præscriptionem extinctivam aut immunitatis a Decimis adversus Nobilem sive Laicum Decimatorem ex specialibus Juris Canonici principiis & Ecclesiarum Parochialium favore, tum ratione temporis, tum ratione tituli, quo & bona fides reducitur, dijudicandam speciatim pertinent. Cætera enim sive præjudicialia & præliminaria, sive cum Jure Civili communia studiose prætermittenda censuimus, ne Dissertationis Academicæ, quam ad unius thematis deductionem coarctari jucundius & utilius esse solet, limites prætergredi, & Lectoris benevoli, vel patientia abuti, vel luminibus diffidere videremur.

TANTUM.



XI. JOAN-

XI.

JOANNIS CHRISTOPHORI KOCH,
Ser. Haff. Landgrav. a Confiliis Intimis Academ. Gieffenfis Procancellarii & Profeffor Jur. Prim. Com. Palat. Cæfar.

DISSERTATIO
DE VOTIS DUPLO MAJORIBUS.
AD CAP. 40. X. DE ELECT.
Gieſſæ MDCCLXXVI.

§. I.
INSTITUTI RATIO.

Specimen inaugurale ad capeſſendos ſummos in vtroque iure honores daturus, de eiusmodi potiſſimum tractationis meae argumento eligendo cogitaui, quod & perſonae meae conueniret, & ſua ſeſe grauitate & quodammodo etiam nouitate rerum peritis commendaret. Neque vereor fore, vt negotium hocce adeo pingui & rudi Minerua ſim aggreſſus, vt, meis me optatis prorſus excidiſſe, prudentiores cenſere iure poſſint.

Quod enim ad prius momentum attinet: quale iuris thema eo, quod de *beneficiis eccleſiaſticis*, horumque potiſſimum *prouiſione* agit, Canonici, qui ego ſum, rationibus aptior ſit aut accommodatior, ego quidem neſcio. Atqui ſi poſterioris momenti rationem habeas: tantum quidem abeſt, vt, quam mihi inueſtigandam ſumſi, de *votis duplo maioribus* materia prorſus noua ſit, a nemine adhuc ventilata; vt potius multorum iam ſtudium occupauerit, per illuſtrem illam, intuitu ſucceſſionis in Archiepiſcopatum *Colonienſem*, anno 1688. agitatam controuerſiam prae multis aliis nobilitata. Interim disquiſitio admodum eſt momentoſa, vtpote cuius cardo vel tandem in genuina & ſatis tuta c. 40. X. *de electione* interpretatione vertitur. Habet præterea res ſuas miras difficultates. Incredibile enim eſt, quot & quanta Canoniſtarum in determinando

votorum numero opinionum sint diuortia; adeo, vt alius hoc alius aliud statuat, & nullus fere inter omnes inueniatur, qui caussam e suis originibus deriuauerit, totamque quaestionem plene & accurate, potissimum autem accommodate ad varias species obuias dilucidauerit. Quibus ex tricis *Protestantes* Canonistæ adeo sese non expedire valuerunt, vt spissioribus prope, quam *Catholici* nebulis inuoluti videantur, in his tenebris vbique offendant, raroque habeant, quibus caliginem dispellere ab oculis possint. Alienus sum, dum haec affirmo, ab omni criminationis aut acrioris censurae pruritu. Experientia edoctus haec scribo. Legi atque perlegi quotquot de hocce argumento prostant scripta praestantiora tantum non omnia. Quid? quod affirmauerim, paene nullum eorum, quae huc pertinent, si aliquatenus fuerit notabile, a me fuisse neglectum aut prætermissum. Quando igitur potiores de hoc argumento scriptores infra suo loco excitaturus sum, ipse iudicare poteris L. B. quoad monitis meis fides haberi possit, & quid ego in enodanda quaestione illa ardua praeter antecessores meos praestiterim.

Interim totam de *electione* & *postulatione*, quam late patet, doctrinam in praesenti enucleare non est in animo. In ea tantum sumus inquisituri, quae in casu *concurrentis electionis* & *postulationis* circa *numerum votorum* obseruanda sunt. Quae igitur de *electione* & *postulatione* generatim idque breuissimis sumus prolaturi, eam tantum ob caussam praemittenda censuimus, vt, quae pro instituti ratione atque ex professo de eadem in specie dicenda sunt, eo clarius appareant, suaque quasi conspici luce possint.

Quod reliquum est, si, quod facile fieri potuit, hisce in lucubrationibus nostris humani quid sumus passi, in re tam ardua errati veniam facile speramus nos esse impetraturos, ad eandem, vt aequum est, vicissim dandam parati. Meliora nos doceat, quicunque non temere a sententia nostra discesserit, & certo sibi persuadeat, nos animo id accepturos esse gratissimo.

§. II.

I.) ELECTIO ET POSTVLATIO.
II.) BREVE ELIGIBILITATIS.
III.) CONFIRMATIO ET ADMISSIO.

Viae s. modi, quibus *ordinarie* beneficia *ecclesiastica* obtinentur, varii sunt, pro diuersa beneficii qualitate. Generatim hoc respectu beneficia diuidi solent in *electiua* s. *maiora*, & *collatiua* s. *minora*. Prouisio collatiuorum beneficiorum fit vel *collatione libera* s. *collatione in specie dicta*, vel *collatione non libera* s. *collatione ad praesentationem* s. *institutione*; prout beneficium *collatiuum* aut

at *libere collatiuum*, aut *patronatum* eſt. Sed de his nobis ſermo plane non eſt.) Redeamus ergo ad *electiua* beneficia, quorſum pertinent *dignitates ecclesiaſticae* ſ. *praelaturae*. Horum beneficiorum particeps aliquis fit, vel per viam *electionis in genere ſic dictae*, vel per viam *nominationis regiae:* quarum prior in Germania, in qua capitulis *metropoliticis*, *cathedralibus* & *monaſticis* libera *Archiepiſcoporum*, *Epiſcoporum* & *Abbatum* electio per *Concordata Germaniae* reſtiuta eſt; poſterior autem in quibusdam regnis & prouinciis, v. g. in *Hiſpania*, *Gallia*, *Belgio* &c. vſu ſeruatur.

Si igitur per ſuffragia capitularium ſ. electorum perſona Praelati futuri deſignatur, *electio in genere dicta* adeſt, quae iterum in *electionem in ſpecie dictam*, & in *poſtulationem* diſpeſcitur, prouti ſubiectum ſuffragiis deſignatum *eligibilis* aut *poſtulabilis* perſona eſt. *Eligibilis* dicitur, qui nullo impedimento canonico vere laborat, aut qui de impedimento, quo laborat, diſpenſationem ante electionis actum a *Pontifice* impetrauit, quale indultum *breue eligibilitatis* 2) vocare ſolemus, vi cuius perſona ex *poſtulabili* iuris intellectu fit *eligibilis*. *Poſtulabilis* contra vocatur, qui impedimento canonico, tali quidem, cuius veniam ſuperior & dare poteſt & ſolet, laborat & *breue eligibilitatis* non impetrauit. *Indignus* denique ſ. *impoſtulabilis* appellatur, qui tali impedimento laborat, cuius venia nec poteſt nec ſolet dari. Oritur impedimentum canonicum ex defectu qualitatis, quam lex in promouendis ad dignitates eccleſiaſticas requirit. Deſignatio perſonae in Praelatum futurum per ſuffragia electorum facta, ſi illa *eligibilis* perſona eſt, appellatur *electio in ſpecie dicta*; & ſi *poſtulabilis* eſt, vocatur *poſtulatio* ſ. *electio extraordinaria*; 3) & ſuffragium ferentes in priori caſu *eligentes in ſpecie*, & in poſteriori *poſtulantes* dicuntur.

Noli tamen credere, quod per ſolam *canonicam* electionem aut poſtulationem prouiſio beneficii *perfecta* ſ. *plena* fiat, ſed vt plenum effectum ſortiatur, ex ſtilo *Decretalium* in caſu *electionis* Superioris *confirmatio*, & in caſu *poſtulationis* Superioris *admiſſio*, accedere debet; niſi forte *Superior* deficiat, e. g. in electione *Pontificis* & Praelatorum imperii *immediatorum Euangelicorum:* vbi ſola *electio* aut *poſtulatio* canonica *plenam* prouiſionem continet.

Ius *confirmandi* electiones, & *admittendi* poſtulationes, *Archiepiſcoporum*, *Epiſcoporum* & *Abbatum immediatorum* in *Germania catholicorum* in *Concordatis Germaniae* conceſſum & reſeruatum eſt *Pontifici*: 4) intuitu *Praelatorum* vero & *Abbatum inferiorum* ſ. *mediatorum* ius *confirmandi* & *admittendi* penes *Epiſcopos*, ſeu eorum *Ordinarios*, eſt: niſi forſan *poſtulatus* impedimento laboret *Pontificis* diſpenſationi *reſeruato*, e g. in *defectu natalium*; 5) quo caſu res ipſa loquitur, adeundum ſimul eſſe *Pontificem*, vt impedimenti veniam det.

1) Si plura ſcire deſideras, videſis Dn. PRAESIDIS *Opuſcula iuris canonici*, (Gieſſae

sae 1774. 8.) in quibus *primas lineas prouisionum beneficiorum ecclesiasticorum in genere* duxit. p. 99. seqq.

a) Eiusmodi *breuia eligibilitatis* ad *plures* etiam praelaturas dari solent. *Breue* illud, quod ab INNOCENTIO XI. Duci Bauariae IOSEPHO CLEMENTI anno 1688., sede Metropolitica *Coloniensi* vacante, datum est, PFEFFINGERVS PICHLERVS, REDN, MOSERVS, aliique, locis infra citandis, exhibent. Exempli caussa *Breue eligibilitatis* a CLEMENTE XI. Episcopo *Paderbornensi* FRANCISCO ARNOLDO anno 1705. indultum ex *actis* super electione *Monasteriensi* anno 1706. *Romae* impressis referimus.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabilis Frater Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Fraternitatis tuæ in Nos, & Apostolicam Sedem Fides, & Deuotio, ac eximia Pietas, & Religio, aliaque Virtutum merita, quibus omnium bonorum largitor te multipliciter insigniuit; Nos adducunt, vt te Apostolica benignitate libentèr complectamur: Itàque te specialis fauore gratiæ prosequi volentes, & à quibusuis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & pœnis à Iure, vel ab Homine, quauis occasione, vel Causa latis; Si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes; Supplicationibus tuo Nomine Nobis super hoc humilitèr porrectis inclinati, *tibi, qui Ecclesiæ Paderbornensi præesse dignosceris, vt ad alterutrum ex Hildesimen., & Monasterien. Ecclesijs*, ad quas dum pro tempore vacat, Electio personarum idonearum illis in Episcopos à Romano Pontifice pro tempore existente ad Electionem huiusmodi præficiendam, ad Capitula, & Canonicos ipsarum Ecclesiarum, iuxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam, & Inclytam Nationem Germanicam inita, vel Priuilegia eis desupèr respectiuè ab eadem Sede concessa legitimè spectare dignoscitur: etiamsi de illius gremio, ipsiusque Ecclesiæ Canonicus, ac iuxta illius Statuta, seù aliàs debitè qualificatus non sis, nec ibidèm vocem actiuam, aut passiuam habeas, ac prætactæ Ecclesiæ Paderbornensi præsis, *eligi liberè, & licitè valeas, itaùt Electio de persona tua in Episcopum Hildesimensem, vel Monasteriensem, sic seruatis aliàs seruandis facienda, valida, & efficax sit, ac tibi suffragetur, & suffragari debeat*, eumque Consensum illi præstare possis in omnibus, & per omnia, perindè, ac si de gremio Capituli, & Canonicus Ecclesiæ huiusmodi, & iuxtà illius Statuta, seù aliàs debitè qualificatus existeres, nec memoratæ Ecclesiæ Paderbornensi præesses, Apostolica authoritate, tenore præsentium concedimus & indulgemus, ac tecum desupèr opportunè dispensamus, decernentes easdem præsentes litteras quouis prætextu, etiam ex eo, quod Capitula Ecclesiarum prætactarum, & quicumque alij interesse habentes, ad præmissa vocati non fuerint, nec illis consenserint, aut aliàs ex quauis Causa, etiam quantumlibet legitima, nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis nostræ, aut alio quouis defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, aut in controuersiam vocari posse, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos

ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prætactæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interprætandi facultate & authoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his a quoquam quauis Authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Vniuersalibus Prouincialibusque, & Synodalibus Concilijs æditis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus prætactarum Ecclesiarum, & alijs quibusuis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Priuilegijs quoque Indultis, & Litteris Apostolicis, eisdem Ecclesijs, earumque Præsulibus, Capitulis, & alijs personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatioribus efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs Decretis, in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, seù aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; Tenores huiusmodi acsi de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata exprimentur, & inserentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die secunda Maji 1705. Pontificatus Nostri Anno V.

N. Oliuerius.

Inscriptio.

Venerabili Fratri Francisco Arnoldo Episcopo Paderbornensi.

(Locus Annuli Piscatoris.)

z) *Postulatio* haec opposita *electioni in sensu speciali sumtae* vocari solet *solennis*, a qua differt *postulatio simplex* & *minus solennis*, qua electores implorant Superiorem, vt personam nullo quidem impedimento laborantem, eius tamen iurisdictioni subiectam, ad praelaturam admittat. e. g. si Religiosi ad Abbatiam alienam eliguntur. Finis huius postulationis est, vt Superior consentiat, personam, quae suae iurisdictioni subest, praelaturam, ad quam electa est, acceptare posse.

b) Singulari plane & notabili, qua nulli alii *Metropolitae* in *Germania* eminent, praerogatiua Archiepiscopus *Salisburgensis* gaudet, vi cuius iure *confirmandi* & *admittendi*, non quidem quoad omnes *Episcopatus suffraganeos*, sed solum quoad Episcopatus *Gurcensem*, *Chiemensem*, *Secouiensem*, & *Lauantinum* pollet. MEZGERVS in *historia Salisburgensi* lib. VI. p. 999. STEPHAN. RAVTENSTRAVCH in *Instit. iur. eccles. Germaniae*. T. I. §. 394.

c) c. 18. X. de *fil. presbyter*.

§. III.

§. III.

CASVS DIVERSI QVOAD NVMERVM SVFFRAGIORVM IN NEGOTIO ELECTIONIS ET POSTVLATIONIS OCCVRRENTES. VOTORVM DISTINCTIONES.

Antequam vlterius progrediamur, non inutile erit, casus diuersos, qui, numero suffragiorum spectato, in electionis generatim sumtae negotio obuenire possunt, enumerare, eosque singulatim expendere, quo ipso futurae nostrae disquisitioni iusta ponetur methodus.

Igitur vel *vnus* candidatus adest, in quem *omnium* electorum vota conspirant, vel *plures* adsunt. Si prius, aut *eligibilis*, aut *postulabilis* est. Si posterius, aut *duo* adsunt candidati, aut *plures*. Si duo, vel vterque *eligibilis*, vel vterque *postulabilis*, vel vnus *eligibilis* & alter *postulabilis* est. Si plures, vel omnes *eligibiles*, vel omnes *postulabiles*, vel vnus alterue *eligibilis* & alius aliiue *postulabiles* sunt.

Pro diuersis his casibus suffragia electorum esse possunt, vel *vnanimia* vel *diuersa*. *Diuersa* numerantur vel respectu habito ad *capitulum*, vel ad *singulos candidatos*. Si prius, vel spectatur *totum capitulum* vt *fundatum* & *ordinatum* est; i. e. tam quoad *praesentes*, quam *absentes*, electores, vel solum capitulum in negotio electionis *praesens*, seu vt *congregatum est*, i. e. soli capitulares in actu electionis *praesentes*, iure suffragii gaudentes.

In casu *diuersorum* votorum, vel *aequalia* sunt, vel *inaequalia*. Si *inaequalia*, vel *maiora*, vel *minora*. Si *maiora* vel *duplo maiora*, vel *simpliciter maiora*.

Vota *inaequalia*, *maiora* & *minora*, talia esse possunt, vel respectu habito ad *capitulum*, vel ad singulos *candidatos*. Si prius, vota *absolute*; si posterius, *respectiue* talia dicuntur. Vota *maiora absolute talia* sunt quoque *maiora respectiue talia*: sed non *indistincte* vice versa. Si *duo* tantum candidati adsunt, tum quidem respectu *vnius* maiora, sunt quoque *absolute* maiora; sed quando *plures*, quam duo, finguntur adesse candidati, tum, si *vnus maiorem* votorum numerum habet, quam *reliqui* competitores *omnes*, vota quoque adsunt *absolute maiora*. At *singulorum* competitorum *trium* aut *plurium* suffragia esse possunt *respectiue* maiora, licet non sint *absolute* maiora. Idem valet de votis *duplo maioribus*. Vota vero *aequalia* respectu *capituli*, talia quoque sunt intuitu *candidatorum*, & v. v. Sumamus electores 24, ex quibus 13. eligunt Titium, & 11. Caium; aut 13. Titium, 8. Caium, & 3. Tullium. Titius habet vota *absolute maiora*. Si vero 12. eligunt Titium, 8. Caium & 4. Tullium, tum Titio suffragantur vota *respectiue* tantum *maiora*. Si 16. eligunt Titium, & 8. Caium; aut 16. Titium, 6. Caium & 2. Tullium, tum Titio fauent vota *duplo maiora absolute*

solute talia. Si vero 14. eligunt Titium, 7. Caium & 3. Tullium, tum Titius quidem habet vota *duplo maiora respectiue talia*, sed non *duplo maiora absolute talia.* Et sic porro.

§. IV.

FORMAE ELECTIONIS GENERATIM SVMTAE.

Quo autem recte intelligatur ad quam electionis formam nostra de *numero votorum* disputatio proprie pertineat, necesse est, vt varias electionis generatim sumtae *formas canonicas* repraesentemus, & ius, quod in qualibet earum circa *numerum votorum* obtinet, enucleemus. *Tres* vulgo numerantur *formae* s. *viae* s. *modi eligendi* vel *postulandi*, nempe per *inspirationem*, per *compromissum* & per *scrutinium*. 1) Electionem per *sortes* canones reprobarunt. 2)

1) c. 42. X. de *elect.* Ita omnes *Canonistae.* Sed displicet hoc GEORG. CHRISTOPH. NELLERO V. C. in *diss.* I. de *sacrae electionis processu* §. 5. n. 5. quae exstat in *Thesaur. iur eccles.* ab ANTON. SCHMIDT edito T. II. p. 715. Verba NELLERI haec sunt: *Vulgo dicunt*, tres esse formas *scilicet per* scrutinium, compromissum & inspirationem. *Sed hoc non probatur ex* cap. 42. *Postquam enim ibi propositae erant duae formae*, scrutinii & compromissi, *statim subiungitur:* aliter electio facta non valet. *Additur* exceptio *casus extraordinarii:* nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem absque vitio celebrata. *Exceptio haec non facit* formam tertiam, *sed ab obseruatione duarum praescriptarum formarum capitulares absoluit.* --- Sed res tanti non est momenti, vt litem illius caussa NELLERO intendamus. Cui enim in mentem non venit peruulgatum illud prouerbium: *in verbis simus faciles, dummodo in re conueniamus.*

2) c. 3. X. de *sortilegiis.*

§. V.

ELECTIO S. POSTVLATIO PER INSPIRATIONEM.

Electio per *inspirationem* vel *veram* vel *quasi* fieri dicitur. Electio per *veram inspirationem* vocatur, quae a vera & immediata reuelatione diuina proficiscitur: cuius exempla ex antiquitate recensere solent. Per *quasi inspirationem* electio peragi censetur, quando omnium suffragia vnanimi consensu a diuino quasi spiritu excitato in vnum conferuntur, nulla interueniente praeuia tractatione. 1) Nec in hac forma distinguitur, vtrum electa persona *eligibilis* sit, an postulabilis. Et cum *vnanimia* in vnum subiectum ferantur vota, frustra est de numero votorum disputare. Ceterum haec forma nostris temporibus neque vsitata, neque commendanda est. 2)

1) ANACLET. REIFFENSTVEL in *Iur. canon. vniuers.* lib. I. tit. 6. n. 46. seqq.

2) ZEGER. BERN. *van* ESPEN in *Iur. eccles.* P. II. tit. 21, c. 4. §. 9. --- *Haec* (electio per *quasi inspirationem*) *hodie reuera rara est, & fere nostris tempori-*

poribus inaudita; multumque dubito, an facile esset admittenda & probandi ne sub praetextu huiusmodi diuini impulsus, regulae electionum ab ecclesia pra scriptas negligantur, & tumultuariis ac praecipitatis electionibus porta aperi tur. ---- & *Celeberr.* NELLERVS c. l. --- *In praxi non est tutum, quoad el ctiones, quae confirmatione indigent, superiori laudare* viam Spiritus sanct *parum enim erit, vt electio cassetur, propter* 1c absque vitio: *esset autem v tium, si vel minimus aliquis aliquorum tractatus, nedum votorum conquisiti praecessisset.*

§. VI.

ELECTIO S. POSTVLATIO PER COMPROMISSVM.

Secunda *forma eligendi* (§. 4.) per *compromissum* vocatur, quando *vnanin* capitularium consensu in vnum vel plures potestas eligendi ita transfertur, v ab his designata persona, a toto capitulo electa censeatur. 1) Compromissi rii *indefinite* ad eligendum constituti, *postulare* aliquem non prohibentur: ni hoc *nominatim* in *compromisso* sit exceptum. 2) Ceterum si in *plures* compromi sum est, & compromissarii *dissentiunt*, *maiora* vota respectu *compromissariorm* habito, *indistincte* valent, siue *eligibilis* cum *eligibili*, siue *postulabilis* cum *postul bili*, siue *eligibilis* cum *postulabili* concurrat. 3) Itaque nec in *hac forma* opera diligentia nostra in definiendo votorum numero desideratur.

1) c. 8. 21. 30. 32. & 52. X. de *elect.* c. 37. *eod.* in 6. c. 29. de *reg. iur.* in 6.

2) c. 30. X. de *elect.* c. 11. X. de *renunciat.* REIFFENSTVEL c. l. lib. 1. tit. 5. 1 28. seqq. NELLERVS in *diss.* de *postulatione Praelatorum* §. 3. D. b. apu SCHMIDT in *Thesaur.* T. II. p. 746.

3) c. 30. & 33. X. de *elect.* & omnes Canonistae. NELLERVS c. l. p. 748.

§. VII.

ELECTIO S. POSTVLATIO PER SCRVTINIVM.

Tertia, eaque vsitatissima eligendi *forma* est per *scrutinium*, cum omnium praesentium capitularium vota solenniter & secundum modum in c. 42. X. d *elect.* praescriptum dantur & colliguntur, vt iusto eorum numero persona i Praelatum promouenda designetur. Et haec *scrutinii* forma in disquisitione d *numero votorum*, ad quam nunc propius accedimus, semper intelligitur, quo semel monuisse sufficiat.

§. VIII.

REGVLA GENERALIS DE IVSTO VOTORVM NVMERO IN CANONICA ELECTIONE AVT POSTVLATIONE.

Vt *electio* aut *postulatio canonice* peracta dici & per *publicationem electionis* aut *postulationis communem* actus absolui possit, inter alia requiritur, *iustum*

adesse

desse votorum numerum in *vnam* personam conspirantium. Sed quot vota esiderantur? *Regulam* tene: *Quemadmodum in aliis capituli negotiis maiora vota incunt*, 1) *ita quoque in electionis aut postulationis negotio maiora totius praesentis apituli suffragia in vnam personam non indignam collata sufficiunt.* 2) Si ergo in crutinio nulli candidato suffragantur *maiora* vota, actus est inutilis, & scrutiium nouum institui debet, donec *maiora* emergant vota.

Dixi: *vota maiora*; vt sint quoque *saniora*, 3) id ad praesentem quaestioem non pertinet. Probe autem notes, ad existentiam *maiorum* votorum non raecise requiri, vt *integrum vnum* votum vltra semissem adsit; e. g. capituum praesens constat ex 16. electoribus, quo casu 9. suffragia efficiunt *maiora*; ed sufficit in *inaequali* electorum numero excessus *partis dimidiae vnius voti*: . g. in casu 5. electorum, 3. vota; in casu 9. electorum, 5. vota; in casu 15. lectorum, 8. vota erunt maiora &c. 4) Dixi porro: *vota maiora respectu toius capituli.* Ergo *absolute majora* vota (§. 3.) i. e. quae plus, quam *semissem mnium* votorum efficiunt, requiruntur. 5) Igitur vota *maiora respectiue talia* §. 3.) intuitu *singulorum plurium* competitorum computata, non concludunt,) nisi vbi id per specialem obseruantiam receptum est. 7) Exempli caussa: x 16. electoribus Caio suffragantur 8., Titio 6. & Tullio 2. Adsunt quidem *aiora respectiue*, sed non *absolute talia.* Deinde per *capitulum praesens* intelligo llos capitulares praesentes, qui *iure suffragii* pro *hac vice* ex *causa speciali* non riuantur. Nam si eiusmodi casus adesset, illi capitulares, qui *ius suffragii* miserunt, non computantur, sed ius eligendi penes *solos* reliquos capitulares *nocentes* est, & horum numerus in pluralitate votorum, si discrepant, deterninanda vnice considerandus erit. Quae obseruatio insignem praebet vsum, t infra (§. 10.) demonstrabimus. Dixi denique: *respectu capituli praesentis*, . e. *vt congregatum*, non *vt fundatum* vel *ordinatum* est, ita vt nec absentes, leitime quidem vocati, sed neque in propria persona, neque per procuratoem, quando hic admittitur, comparentes, connumerari debeant. 8) Dixi enique: *in vnam personam non indignam collata*; nam *indigno* s. *impostulabili*, . 3.) *vnanimia* etiam suffragia nihil auxiliantur: imo *indignum scienter eligens* aut *postulantes ius suffragii* pro *hac vice* amittunt. 9). Postremo haud omitnda est *Celeberr.* NELLERI 10) obseruatio: *in omnibus iuris canonici textibus nquam occurrere casum*, *vbi* tres *aut* plures *competitores adfuerint*, *sed semper entionem fieri* duarum *partium.* Ratio, quam adiicit NELLERVS: *quia altera trahit ad se illos*, *qui nullam aliam electionem fecerunt*, neque uniuersalis est, eque solida. Et de eiusmodi attractione omnes silent canones. In eo causm latere mihi videtur, quia perinde est, siue *duos* siue *plures* candidatos adsse fingas, semper enim numerus *maiorum* votorum computatur respectu *capiuli praesentis*; igitur si his *vnus* candidatorum instructus est, is vincit, siue reiqua *minora* vota in *vnum* collata, siue in *plures* dispersa sint; aut si respectu

competitorum numerum votorum aestimare velis; si *vnus* candidatorum *maiora* adeptus est suffragia respectu *omnium* competitorum, tum victor discedit, siue vota *minora vni* faueant, siue *pluribus*. Eadem quoque argumentandi ratio valet in iis *singularibus* casibus, vbi *duplo majora* requiruntur, & vbi *minora* palmam ferunt; de quibus postea dicendi locus erit.

1) c. 1. X. de *his quae fiunt a maiore parte cap.* l. 19. D. ad *municipal.*

2) c. 10. 42. 48. 50. & 55. X. de *elect.* c. 23. *eod.* in 6.

3) c. 42. 57. X. de *elect.* Bene monent RAVTENSTRAVCHIVS c. l. §. 724. not. 3. *Hodie si pars maior capituli in aliquem consentit, hoc ipso & sanior esse pars censetur, ne alioquin occasio detur litigiis, difficilem habituris exitum. Vnde enim, vtra pars sanior sit, semper discernas?* --- & NELLERVS apud SCHMIDTIVM c. l. p. 717. *Diutina praxis attendit maiora tantum vota, ne, si tam rigorosum* sanioritatis *examen fieret, longae lites suscitarentur.* Et ita quoque alii Canonistae sentiunt.

4) REIFFENSTVEL c. l. n. 139. NELLERVS c. l. p. 722.

5) c. 29. 42. 48. 50. 57. X. de *elect.* c. 23. *eod.* in 6.

6) c. 29. 48. & 50. X. de *elect.*

7) Notat ZYPAEVS in *Anal. iur. pontif.* lib. 3. tit. 11. in aliquibus capitulis sufficere maiora vota comparatione singularum partium minorum. At *omnes Canonistae* hanc obseruantiam ad illa capitula, in quibus viget, restringendam esse docent.

8) c. 19. 29. 48. de *elect.* Et haec est *communis sententia.* Solus, quantum scio, FRANCISCVS SCHMALZGRVEBERVS in *iur. eccles.* lib 1. tit. 6. n. 49. contrarium statuit: at sine lege.

9) c. 40. 53. X. de *elect.*

10) NELLERVS apud SCHMIDT. T. II. p. 750.

§. IX.

EXCEPTIONES, VBI DVPLO MAIORA VOTA DESIDERANTVR.

Exposui & illustraui *regulam*, secundum quam is vincit, cui vota *maiora absolute talia* fauent. Aliquando vero nec *maiora* victoriam operantur, sed *duplo maiora* requiruntur. *Duplo* inquam *maiora* i. e. *duae tertiae* votorum *respectu totius capituli praesentis*; aut quod idem est in casu *duorum* candidatorum, *alterum tantum* votorum respectu concurrentis candidati; aut in casu *trium pluriumue* candidatorum, *alterum tantum* votorum respectu *omnium* reliquorum competitorum. (§. 3.) *Duplo maiora* vota in electione *Pontifi is* victoriam consequuntur. 1) Idem quidam Canonistae in electione *Abbatissarum* statuunt: quamuis res non sit extra controuersiam. 2) Denique *postulabilis* cum *eligibili* concurrens tum demum palmam accipit, si vota *duplo maiora* illi suffragantur; 3) de quo casu plura infra dicemus.

1) c.

c. 6. X. de *elect.* c. 9. *eod.* in 6.

c. 43. de *elect.* in 6. REIFFENSTVEL c. l. n. 150. VITVS PICHLER in *iur. canon.* lib. 1. tit. 6. n. 78. & omnes Canonistae ad *tit.* X. de *elect.*

c. 40. X. de *elect.*

§. X.

EXCEPTIONES, VBI MINORA VOTA VINCVNT.

Regulariter partis capituli *maioris* sententiam praeualere diximus. (§. 8.) aliquando *minor* pars vincit. *Vnicum* ego tantum admitto casum, nempe: *gibilis* cum *postulabili* concurrit, & huic vota *duplo maiora* non fauent, ille *vltra vnam tertiam* votorum totius capituli praesentis habet. 1) Quam iem infra vberius tractabimus. Casus alios exceptos, quos *Clariss.* NEL- ꞉US 2) adduxit, ego non agnosco. Sunt hi : a) Si pars *maior* scienter erit aut postulauerit *indignum*; 3) b) Si pars *maior* talem *elegerit*, qui de- ſet *postulari*; 4) c) si pars *maior postulato* dedisset administrationem ante ulationis admissionem. 5) Non quidem diffiteor, quod hae exceptiones orte arridere queant, qui quasi per nebulam rem adspiciunt. At si inten- culis has exceptiones intuemur, atque de iis subtiliter & explorare iudi- us, in fumum abeunt. Nimirum in tribus illis, a NELLERO relatis, ous pars capituli *nocens* iure suffragii pro *hac vice* priuatur, iure eligendi es *solos innocentes* remanente. Ergo in computando iusto votorum numero respiciendum ad partem capituli *nocentem*, sed ex numero *innocentium* ca- larium definiendum est, vtrum adsint *maiora* respectu capituli praesentis *in- ntis*, quippe quod solum iure eligendi nunc gaudet. (§. 8.). Vincit itaque, e antea erat, *minor* capituli pars, non qua *minor*, sed qua pars nunc *maior*, euenire potest, vt nunc *minoris* partis vota constituant *vnanimia*. e. g. si capitulares scienter elegerunt *indignum*, & 8. *dignum*. In hoc casu ius & stas capituli remanet penes 8. capitulares *innocentes*, & ab his electus *vna- bus* capituli totius suffragiis designatus videtur. Et ex his principiis maio- nomenti quaestiones, quas NELLERUS 6) indecisas relinquit, facile de- ntur. Si enim *non omnes* partis maioris *nocentis* capitulares delictum par- ant, aut si reliqui *innocentes* capitulares vota sua in *plures* disperserunt per- s, tunc semper ad id respiciendum est, vtrum pro numero omnium *inno- um* capitularium suffragia *maiora* in *vnam* personam conspirent, an, in ca- uo *postulabilis* cum *eligibili* concurrit, illi faueant *duplo maiora*, vel hic *vltra s tertiam* habeat? Quod si horum neutrum est, nulla pars vincit, sed *nouum inium* a capitulo *innocente* institui debet. e. g. Ex 12. capitularibus 10 po- uerunt *indignum*, & ex his 6. scienter, 4. ignoranter, reliqui autem 2. elegerunt *im.* Actus plane inutilis est. Similis est hic casus : Ex 12. capitularibus ostulauerunt *indignum*, & ex his 4. scienter, 3. ignoranter, ex reliquis 3.

 ele-

elegerunt Titium, 2. Caium. Nam innocentes capitulares sunt 8., ergo Titio neque Caio fauent *maiora*. Porro: ex 17. capitularibus 9. postula *indignum*, & ex his 7. scienter, 2. ignoranter, 6. *postulauerunt dignum*, & *gerunt dignum*. Dignus ille *postulatus* habet quidem *maiora*, sed non *dup iora*, & *electus dignus* non habet *vltra vnam tertiam*. Ergo totus actus utilis. Sed sumas: ex 12. capitularibus 9. postulauerunt *indignum*, & ex scienter, 2. ignoranter, reliqui 3. *elegerunt* Titium; quo casu Titius quia *maiora* habet vota. Et sic in similibus

1) c. 40. X. de *elect.*

2) NELLERVS apud SCHMIDT T. II. p. 718.

3) c. 40. & 53. X. de *elect.*

4) c. 22. X. de *elect.*

5) c. 23. X. de *elect.*

6) *Pontifex* in c. 40. X. de *elect.* ita decreuit: *nisi forsan omnes, aut majo postulantium praesumtione damnabili, postulauerint scienter indignum, vice merito debeant eligendi seu postulandi potestate priuari. Et hoc casu electionem confirmes, si eam de persona idonea constiterit celebratam* haec verba in hunc modum commentatur NELLERVS apud SCHMIDT. p. 751. *Non est difficultas*, si omnes, *propter regulam communem*, q *Capitularis remanet penes* solos innocentes. *At cur, si* maior *pars po tium scienter elegisset indignum*, minor *cum ea punietur amissione vocis? ne delicta suos tenere debent authores, & capita singula, neque in delict ior pars capituli trahit ad se minorem? Ita est. Textus cit. non facit* iu regulam in thesi, & pro quouis casu, *sed* in hypothesi *illius capituli postulantium pars ita erat debilis, vt, licet ei saluum mansisset ius elige nouo, pars altera pariter innocens nihilominus semper fecisset maiora. thesin vero illam sic statuit* PANORMITANVS: in electione illa Constanti litana electores erant 16., postulantes ad plus erant 32., tunc, si maio horum scienter postulasset impostulabilem, non potuerunt ignoranter lantes esse vltra 15., quia scienter postulantes ad minus fuissent 17., vt retur major pars de 32. Sed 15. vincuntur a 16., si 15. eligant, & e plius si postulent. *Ita sane* ad hypothesin illius capituli particularem *s da sunt* verba INNOCENTII III., *ne delabamur in absurda. Quid enim, nonici fuerint* 12., 10. *indigne postulauerint, & ex his* 6. *scienter*, 4. *ranter*, 2. *vero elegissent dignum? An confirmabitur hoc casu electio du qui de sex innocentibus* vnam solam tertiam *efficiunt? Item: sint vni* 40., *vnus solus elegisset, reliqui* 39. *postulassent indignum; & inter h scienter*, 19. *ignoranter: an vnius solius electio confirmabitur, ita, v* 19. *contra communes iuris regulas praeponderaret vnus? Talem exor tiam non videtur vno paucorum illorum verborum ictu introducere v aequissimus* INNOCENTIVS.

§. XI.

CASVS SPECIALES RECENSENTVR.
I. SI VNVS CANDIDATVS ADEST.

His, vti credimus, pro instituti nostri ratione, satis expositis, nihil nos iedit, quo minus ad casus speciales, in §. 3. recensitos, progrediamur. Et no quidem, si *omnes* capitulares *vni* suffragantur, tum sane victoria nihil icultatis habet, siue candidatus sit *eligibilis*, siue *postulabilis*.

§. XII.

SI DVO AVT PLVRES CANDIDATI ADSVNT EIVSDEM QVALITATIS.

Deinde si *plures* adsunt candidati *eiusdem qualitatis*, tum, siue *duo* sumas, : *plures*, & siue *eligibiles* cum *eligibilibus*, siue *postulabiles* cum *postulabilibus* currant, *regula* (§. 8.) vim suam tuetur, isque victor existit, cui *vota ab-te maiora* fauent. 1)

) Et de eo nullus dubitat *Canonista*. Nec contrarium in casu, quo *postulabilis* cum *postulabili* concurrit, ex c. 3. X. de *postulat. praelat.* elici potest. EMANVEL. GONZALEZ. TELLEZ. in *Commentar. in Decretal.* ad c. 3. de *postul.* HENR. C. WAGENERECK in *Commentar. exeget. SS. Canonum* ad c. 3. X. de *postul.*

§. XIII.

III. SI DVO AVT PLVRES CANDIDATI DIVERSAE QVALITATIS CONCVRRVNT.

Denique si *plures* concurrunt *diuersae qualitatis* candidati, siue *duo*, siue &c., & siue *vnus postulabilis* cum *pluribus eligibilibus*; siue *vnus eligibilis* cum *ibus postulabilibus*, siue *plures eligibiles* cum *pluribus postulabilibus* concurrant, i vel de *postulabili*, vel de *eligibili*, palmam accepturo, & *quot suffragiis* ornaesse debeat, sermo est. At quot in hoc casu vota requiruntur, vt vel *eligi-*, vel *postulabilis*, victoriam reportet? Haec nobilis quaestio nos ad grauiss *Canonistarum* controuersias ducit. Antequam vero fautores cuiusque entiae nominatim in scenam producamus, &, quae pro qualibet pugnant, ones expendamus, necesse omnino est, vt *legem*, quae quasi fundus vnicus us controuersiae est, oculis lectorum subiiciamus, & *facta* s. *species*, quae tigerunt, repraesentemus, quo eo solidius & tutius arbitrari quilibet possit.

§. XIV.

CAPITVLVM XL. X. DE ELECTIONE.

Legem, quae de *concursu electionis & postulationis*, & de *iusto* votorum numero

mero in eiusmodi concursu necessaria, disponit, in *toto corpore iuris canonici* habemus *vnicam*, epistolam nempe decretalem INNOCENTII III., relatam in c. 40. X. de *elect.* vbi ita sonat: 1)

INNOCENTIVS III. *Magistro Maximo Notario nostro* (ann. 1212. Signia Constantinopolim)

Scriptum est in Apocal. Ioan. quod in medio (sedis) *& in circuitu sedis erant quatuor animalia:* (&c.) (& infra) *Sane ad hanc ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam, duo animalia sunt vocata, vtinam plena oculis, & alas habentia senas, videlicet* (ven. fr. n.) *Eradiensis archiepiscopus, &* (dil. fil.) *Plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium Archiepiscopum, quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis:* (& infra.)

Verum quia de his, quae per assertionem partium in iudicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides; quamuis super his, quae de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non per confessionem procuratoris aduersae partis in iudicio (quidem) *factam, sed postea reuocatam, pars altera assereret suam intentionem esse fundatam: caussam discretioni tuae duximus committendam, per apostolica scripta mandantes, quatenus super his & aliis inquiras diligentissime veritatem, de meritis electi & postulati apud Venetias, vbi nati fuerunt, & diutius conuersati. De studiis autem eligentium & postulantium, & omnibus generaliter, quae caussam possunt instruere apud Constantinopolim, vbi huiusmodi postulatio & electio celebratae fuerunt, & si partes consenserint, procedas hoc modo, vt si constiterit de mutuo conuenisse consensu, quod ad electionem patriarchae septem admitterentur praepositi, siue per seipsos, siue per alios, & duo alii ex parte vniuersitatis pro caeteris conuentualium ecclesiarum praelatis, totque tunc temporis conuentuales ecclesias habuisse praelatos, quod cum septem praepositis & nouem canonicis, quos quidem canonicos constat in postulatione praefati archiepiscopi conuenisse, duplo maiorem facerent numerum, quam sexdecim electores Plebani, tu vice nostra postulationem admittas: nisi probatum fuerit, postulato aliquid obuiare de canonicis institutis, quod promotionem ipsius debeat impedire, ac Plebani electione cassata, ipsum archiepiscopum absoluas a vinculo, quo Eradiens. ecclesiae tenetur, concedendo ipsum Constantinopolitanae ecclesiae in pastorem. Quod si ad faciendum duplo maiorem numerum simul omnes praedicti minime sufficerent; siue dignus siue indignus fuerit postulatus; tu postulatione repulsa, electionem plebani auctoritate nostra confirmes: dummodo nihil obsistat eidem, quod ipsum tanto praesulatu reddat indignum.*

Si vero numerus postulantium inuentus fuerit duplo maior, quemadmodum praedictum est, & persona postulata reperta fuerit indigna; vt tam postulationem, quam electionem non differas reprobare: nisi forsan omnes, aut maior pars postulan-

lantium, praesumtione damnabili, postulauerint scienter indignum, vt hac vice merito debeant eligendi seu postulandi potestate priuari. Et hoc quoque casu electionem confirmes, si eam de persona idonea constiterit celebratam.

1) Hanc epistolam non demum RAYMVNDVS, sed ipse iam INNOCENTIVS, in cuius Decretalium collectione *secunda*, ab ANTONIO AVGVSTINO in *Collect. antiq. Decretalium* edita, exstat, omissis & relecatis allotriis & superfluis aliis multis, quibus epistola luxuriabatur, abbreuiauit. Integram exhibet STEPHANVS BALVZIVS in *Epistolarum* INNOCENTII III. lib. XV. n. 156. Tom. II. p. 672. seqq. & GONZALEZ *Commentar.* in *Decret.* T. I. p. 336. Ne taedium lectoribus creemus, *longam* hanc epistolam exhibere integram noluimus. Quid enim iuuat, si scias, ex INNOCENTII III. sententia per illa quatuor animalia in *Apocalypsi* quatuor *patriarchales* ecclesias, *Alexandrinam*, *Antiochenam*, *Ierosolymitanam* & *Constantinopolitanam* designari? Historia *litis Constantinopolitanae* abunde patet ex *ipso textu*. conf. ANTON. DADIN. ALTESERRA in *Commentario ad Decretales Innocentii* p. 98. seqq. & GONZALEZ c. l.

§. XV.

DVBIA CONTRA HANC EPISTOLAM DECRETALEM MOTA.

Dissimulandum autem non est, epistolam hanc decretalem variis premi difficultatibus. Obiici enim solet, I. epistolam illam non continere *ius commune* in omnibus casibus similibus obseruandum, sed specialem tantum constitutionem, pro casu illo *Constantinopolitano* particulari; II. decisionem INNOCENTII fundari potissimum in *consensu electorum*, qui simul postulationem & electionem superiori praesentarunt, atque eo ipso consentire censentur, vt vel postulatio ipsorum admittatur, vel aliorum electio confirmetur; secus vero esse, si vtraque pars suae electioni & postulationi insistat. ac illa *confirmationem electionis*, haec vero *admissionem postulationis*, quasi de iure debitam, vrgeat; hoc enim casu, reiecta *electione minoris partis*, admittendam esse *maioris partis postulationem*; idque probare verba textus: *si partes consenserint — si constiterit de mutuo conuenisse consensu.* III. epistolam hanc INNOCENTII III. de anno 1212. sublatam esse per c. 42. X. de *elect.*, quod generalem regulam statuit: *maiora vota absolute talia vincere in quauis electione & postulatione*; IV. cap. 40. *cit.* in *Germania* non valere, cum anno 1456. in Archiepiscopatu *Treuirensi* casus adfuerit, in quo *postulabilis*, qui saltem *maiora* vota habuerit, *eligibilem* vicerit, & a Pontifice admissus sit. 1)

Sed has obiectiones omnes vno ictu prosternit constans *Romanae* curiae praxis, iuxta quam in obuenientibus casibus secundum *cap.* 40. X. de *elect.* decisio facta est, idque etiam in *Germania* valere, recentioris aetatis exempla in §. 17. alleganda probant. Deinde respondetur, ad I. de vi & valore generali *cap. 40. cit.* corpori iuris canonici iussu GREGORII IX. inserti frustra di-

ſputari; ad II. verba textus: *ſi partes conſenſerint*, hunc tantum ſer bere, vt partibus, quoad *deciſionem cauſſae*, Commiſſarium recuſare illa vero verba: *ſi conſtiterit de mutuo conueniſſe conſenſu*, indubie inte eſſe, de ſeptem Praepoſitis & aliis extraneis, qui non erant de capi mio, in negotio electionis ad ius ſuffragii admittendis; ad III. *cap.* non loqui de caſu *concurrentis electionis & poſtulationis*, & legem *gener* ſteriorem non derogare legi priori *ſpeciali*; & cum iam dudum ante per *regulam* generalem omnibus capituli actibus praeſcriptam fuerit tum: *in electionibus vincere vota maiora:* ab hac vero regula, quae pri terit, exceptio in *cap. 40. cit.* facta ſit, omnino dicendum eſſe, ſalu ſiſſe *exceptionem*, licet per legem *poſteriorem generalem* renouata ſit *reg* IV. caſum *Treuirenſem* male huc trahi, quia tunc non praeſentata fueri vna cum poſtulatione electio; ſed, poſtquam *poſtulantes* prima vice rint concordare cum *eligentibus*, tandem vtraque pars conſenſerit in *co ſum*; Compromiſſarii vero vnanimiter poſtulauerint IOANNEM, DIE non *iuxta eum electo*. 2)

1) Poſt *Gloſſam* ita ſentiunt PAVL. LAYMANN in *Quaeſt. can.* de *Prael* qu. 7. PETR. MART. PASSERINVS in *tr.* de *elect.* c. 24. qu. 15. ERNR HING in *Iur. can.* lib. 1. tit. 5. n. 18. LVDOV. ENGEL. in *Colleg.* lib. 1. tit. 5. n. 6.

2) VITVS PICHLERVS in *iure canon. practice explicato* P. I. p. 31. ſeq CLET. REIFFENSTVEL c. l. lib. I. tit. 6. n. 157. ſeq. PLACIDVS BÖ *Commentar. in ius canon.* lib. 1. tit. 5. n. 41. ſeqq. FRANCIS. S in *Iurispr. can. ciuil.* T. I. p. 373. NELLERVS apud SCHMIDT. T. II. & omnis fere Canoniſtarum cohors.

§. XVI.

RATIONES HVIVS DECRETI.

Quod ad rationes, quibus hoc pontificium *decretum* innititur, id quidem ſecundum illius tenorem extra omnem controuerſiam poſi INNOCENTIVM *nouum* plane *ius* haud voluiſſe conſtituere, ſed ſe ius, quod erat, decreuiſſe. Quibus autem *iuris veteris* rationibus n quo factum eſt, modo decreuerit INNOCENTIVS, non adeo expedi & plures ab interpretibus afferri ſolent rationes, inter quas illa, quam PETR. FAGNANVS 1) ex HOSTIENSE laudat, quod nempe in *poſ* ſit plus de *aqua* quam de *vino*, plane ridicula eſt. Rectius ſentire v illi, qui has proferunt rationes: *electionem* eſſe viam *ordinariam*, & *iuſ* nitentem, ideoque *fauore* dignam, *poſtulationem* contra eſſe viam *extraord gratia* ſuperioris indigentem, & *odioſam*, admittendam tamen, ſi *duplo*

capituli vota *postulabili* faueant, quia in *duabus partibus* potentia Capitularis s. Vniuersitatis consistat; 2) Si vero *postulabilis* non habeat *duplo maiora*, sed *eligibilis vltra vnam tertiam*, tunc aliquid reperiri de potentia capitulari ex parte *eligentium*, ideoque *electionem* hoc casu confirmandam esse, 3)

1) in *Commentar. ad Decretal.* T. I. p. 280. n. 59.

2) arg. l. 3. & 4. D. *quod cuiusque vniuersit. nomine.*

3) *Glossa* ad c. 40. X. de *elect.* ANACLET. REIFFENSTVEL c. l. lib. I. tit. 6. n. 153. VITVS PICHLER c. l. ALTESERRA c. l. p. 190. FRANCISC. SCHMIER in *Iurispr. can. ciuil.* T. I. p. 37. n. 141.

§. XVII.

EXEMPLA IN GERMANIA.

Antequam vlterius progrediamur, circumspiciendum nobis est, quale ius in casibus eiusmodi concursus obuenientibus in *Germania* obtinuerit. *Duos* reperire potui. *Primus* contigit in Archiepiscopatu *Coloniensi* anno 1688. In scrutinio praesentes erant Capitulares 24., nempe 23. in persona, & 1. per procuratorem; 9. *eligebant* Ducem Bauariae IOSEPHUM CLEMENTEM, qui *breue eligibilitatis* impetrauerat; 13. *postulabant* Cardinalem & Episcopum *Argentinensem* EGGONEM a FÜRSTENBERG, qui frustra *breue eligibilitatis* Romae petierat; 1. eligebat Ducem Neoburg. ANTON. LUDOVICVM & 1. eligebat GOBERTUM Comitem de ASPERMONT & RECKHEIM. Vicit *electus postulatum* iudicio Romae, quia *vltra vnam tertiam* votorum habuit. 1) *Alter* casus recentior est, & ad *Abbatiam Corbeiensem* pertinet, in qua anno 1737., praesentibus in Scrutinio 25. capitularibus, 13. *postularunt* L. B. de FÜRSTENBERG, 12. autem *elegerunt* L. B. de BOESELAGER. Pontifex, repulsa *postulatione*, *electionem* confirmauit. 2)

1) *Acta publica* ad hanc illustrem controuersiam pertinentia exhibent LONDORPIVS in *Act. publ.* T. XIII. & XIV. PFEFFINGERVS ad VITRIARIVM T. I. lib. I. tit. 14. n. 5. IVSTVS REDN in *Oper. can. pol.* de *electione* T. I. p. 7. seqq. *Perill.* IOAN. IACOB. MOSERVS im teutschen Staatsrecht T. XI. c. 38. Causam *Bauariae Ducis* ex instituto defendunt ZACH. de BONA CASA in *Consultatione super controuerso Archiepiscopatu & Electoratu Coloniensi &c.* Col. 1690. 4. REDN c. l. VITVS PICHLER in *iure canon. practice explicato* T. I. p. 31. seqq. IO. NICOL. HERTIVS in *controuersia de electione archiepiscopali Coloniensi.* Exstat in EIVS *Commentat. & Opusculorum* V. I. T. II. p. 326. seqq.

2) NELLERVS apud SCHMIDT T. 2. p. 747.

§. XVIII.

QVOT VOTA REQVIRANTVR, VT POSTVLABILIS CVM ELIGIBILI CONCVRRENS VICTOR SIT?

Nunc omnia praeparata sunt, vt ad controuersas quaestiones, quot instructus votis *postulabilis*, & quot votis *eligibilis*, in concursu victor sit? progredi illasque dirimere queamus; & primum de *postulabili*, deinde de *eligibili* verba sumus facturi.

In eiusmodi concursu vel *duo* tantum adsunt candidati, *vnus postulabilis*, & *alter eligibilis*; vel *plures* adsunt, ita vt *postulabilis* aut concurrat cum *pluribus eligibilibus*, aut cum *pluribus diuersae qualitatis* e. g. *eligibili* & *postulabili*, vel *eligibilibus* & *postulabilibus*.

In *priori* casu, si nempe *vnus postulabilis* cum *vno eligibili* concurrit, vnanimis omnium Canonistarum sententia eo redit, vt postulabilis tum demum victor discedat, si vota *duplo majora absolute talia* ipsi fauent. Idque ex ratione *arithmetica* aliter statui plane non potest: nam in eiusmodi casu, si *postulabili* non fauent vota *duplo maiora*, *eligibilis* habet *vltra vnam tertiam*, & hic (supposito tamen, actum scrutinii non plane esse *inutilem*, & postulabilem saltem habere vota *maiora simpliciter talia*. vid. §. XX.) palmam fert.

In *posteriori* quoque casu, si in *plures* quam *duo* candidatos *diuersae qualitatis* vota disperguntur, ex *communi* Canonistarum sententia, *postulabilis* non vincit, nisi *vota duplo maiora absolute talia* ipsi faueant. Duo tamen recentiores iique insignes Canonistae, quibus praecipua laus debetur, quod hanc materiam aliorum exemplo leui brachio non attigerint, sed diligenter & studiose examinauerint, contrariam sententiam amplexi, & vota *duplo maiora respectiue talia* sufficere arbitrati sunt.

Primus eorum est PLACIDVS BÖCKHN, 1) cuius argumenta, ad *alteram* quoque quaestionem, in §. sequenti discutiendam, simul pertinentia, his concepta sunt verbis: *Vt mentem nostram, quamuis neminem consentientem nouerimus, libere explicemus, videtur nobis: neque semper duas tertias, comparatione ad totum Capitulum instituta pro substantia, postulationis, neque semper vnam talem tertiam pro valore electionis desiderari; sed comparationem solum inter vota ipsorum postulantium & eligentium faciendam; & proin satis esse, si numerus certam personam postulantium sit duplo maior numero aliam personam eligentium, viciffim vero ad electionem sufficere tot vota, quae a postulantibus non excedantur in duplo, tametsi non constituant vnam tertiam ipsius Capituli. Id tamen sic intelligimus quoad priorem partem, vt postulantes iuxta regulam communem semper saltem maiorem partem quoad totum Capitulum faciant. Declaramus assertum per exempla. Ponas*

24.

4. habentes & exercentes ius suffragii: 14. (qui utique nondum duas tertias explent ... state ad Capitulum) postulant *Titium*, 7. eligunt *Caium*, *3. reliqui in alium conciunt vota: hic censemus admittendam esse* postulationem *Titii, cum vota in duplo vincant electionem Caii.* In *casu converso, si* 13. postulent *Titium*, 7. eligant *Caium*, *4. alii in alios vota dispergant, confirmanda erit electio Caii, quae quidem non facta est ab una tertia totius Capituli, sed tamen duplo non exceditur a postulantibus. Ratio nostra est ex d. c. 40. ubi ita Pontifex Maximo Notario mandat:* postulantes Archiepiscopum duplo maiorem facerent numerum, quam 16. electores Plebani, tu vice nostra postulationem admittas: quod si ad faciendum duplo majorem numerum simul omnes praedicti minime sufficerent, postulatione repulsa electionem Plebani auctoritate nostra confirmes. *Aperte hic Pontifex comparationem inter ipsos postulantes & eligentes saltem fieri vult: nec quidquam dicit, vota postulantium respectu ipsius Capituli duas tertias efficere debere. Et similiter non statuit, numerum constare debere una tertia Capituli, sed indefinite ait confirmandam electionem, si numerus postulantium non fuerit alterum tantum. Quia ergo in nostris exemplis praescriptae conditiones occurrunt, non est, ut aliam textu ... expressam nos addamus. Respondet nonnemo, esse verosimile, quod 16. vota eligentium in casu textus tertia pars fuerint, universim 48. vota. Verum id prorsus divinatorium est, nulloque in verbo fundatum: ut adeo ex coniectura tam incerta non possit certa conditio statui. Sane Pontifici nequidem constitisse de vero numero omnium, qui ad electionem s. postulationem illam concurrebant, aut ius concurrendi habebant, ex ipso textu apparet. Et hinc Pontifex cum nondum plene ea de re esset informatus, sciens saltem, 16. votis electum esse Plebanum, Maximo commisit, ut numerum ceterorum exploraret, & modo supra dicto procederet. Non ergo supponebat pro indubitato, praecise 48. omnes fuisse, sed ignorabat adhuc, an non essent pauciores vel plures. Sin vero vel uno plures fuissent, 16. iam non erant tertia pars respectu omnium. Igitur dum iussit confirmari electionem, si pars altera duplo non esset maior, eam in illa quoque hypothesi, qua 16. non essent pars tertia, sustineri voluit. Atque hinc nec vicissim ad postulationem cum electione convenientem determinate requiruntur duae tertiae absolute tales; quod in textu etiam non dicitur, ... cum de iure alias sufficiant maiora aeque ad postulationem, quam ad alios actus universitatis, huic regulae, quo minus fieri potest, in casu excepto concurrentis electionis derogandum est, si textus excipiens id patiatur. Nos vero clare ostendimus, ... ari dispositionem textus in cit. cap. 40. tametsi postulantes non ascendant ad duas tertias Capituli; cum nihilominus duplo egredi possint vota eligentium. Nec replicetur, nimium inde probari; quandoquidem & accidere potest, si magna votorum sit discordia, ut postulantes etiam, dum non faciunt maiora, electionem nihilominus in duplo excedant. Dicimus quippe, id Pontificem iam tacite subintellexisse, utpote iuris notissimi, si vota tamen fuerint simpliciter maiora. Atque id omnino verosimiliter praesumere, aut forte ex circumstantiis certo colligere potuit Pontifex, quod in*

casu sibi proposito ius voti habentes non fuerint vltra 63.: vt adeo, si postulantes Archiepiscopum duplo plures fuissent, quam 16. eligentes Plebanum, illi iam effecturi fuissent maiora relate ad omnes. —

Alter, quem laudauimus, Canonista est GEORG. CHRISTOPH. NELLERVS 2) qui BÖCKHNIO adstipulatur his verbis: *Sufficit, quod* postulantes *sint* maior pars *Capituli* diuisi, *eligentes vero* pars minor, *quodque* postulantium *numerus sit* duplo maior *numero* eligentium. *Ratio est, quia* cap. 40. de elect. *per haec duo satisfit: nam delegatus Apostolicus ibi non iubebatur inquirere,* an adsint duae tertiae totius Capituli *Constantinopolitani, sed* an postulantes duplo maiorem numerum facerent, quam eligentes. *Casus figurari debet in tribus factionibus sic:* Sunt 24. votantes, 7. eligunt, 14. postulant, 3. vota dispergunt, siue eligendo, siue postulando, diuersum. *Dico, postulationem praeualere electioni; quia pro primo adsunt majora Capituli, vt hoc censeatur postulasse; pro secundo* 14. *postulantes sunt* duplo plures, *quam* 7. *eligentes. Vltra nihil in iure requiritur: cumque* cap. 40. cit. *aliquid statuat contra regulam* de maiori parte capituli praeualente, *non debet vltra expressa extendi; non est autem idem dicere:* numerus postulantium debet esse duplo maior numero eligentium, *& dicere:* numerus postulantium debet habere duas tertias respectu totius Capituli.

Imo NELLERVS plus defendere audet, dum ad quaestionem, ab ipso motam: *cui parti hoc casu connumerabuntur illi votantes,* qui disperserunt suffragia sua, *& neque illa dederunt* postulato, *neque* electo, contendentibus inuicem, *sed* tertio, vni *vel* pluribus? respondet: *Hi connumerabuntur* maiori parti *Capituli, propter regulam:* quod omnes de collegio censeantur fecisse id, quod pars maior fecit, nisi protestentur contrarium tacite, vel expresse. *Hi dispergentes nec tacite, nec expresse protestati sunt contrarium, quia neminem alium postularunt, vel elegerunt: ideo non manserunt* neutri, *sed tracti fuerunt* ad partem maiorem Capituli: *quemadmodum, si pars maior* postulasset, *minor autem post vota* eligendo *data, non publicasset electionem suam contra publicatam postulationem: tunc enim pars postulantium, tanquam maior pars Capituli traxisset quoque ad se partem eorum, qui vota eligendo dederunt: ergo etiam, & a fortiori illi pauci alii, qui disperserunt vota sua, quin aliquam tertiam electionem, aut postulationem, publicarent, trahentur ad partem maiorem Capituli, ita, vt verum sit dicere:* totum Capitulum postulauit, exceptis his, qui contra postulationem publicarunt electionem. *Vnde, si posito in casu* 13. postulassent, & vniuersim electores 24. fuissent, dissentimus a BÖCKHNIO, *putante,* electionem postulationi praeualere: *quia, si illi* 4. *dispergentes connumerentur illis* 13. postulantibus, *erit horum numerus* duplo maior, *quam numerus* eligentium. *Nulla autem iuris ratio sinit, vt illi* quatuor dispergentes *maneant soli, sed regula conclusi Capitularis exigit, vt trahantur ad* alterutram partem, *propter quod etiam non reperitur casus iste in Corpore*

r iuris; sed semper duae partes; quia alterutra debuit ad se trahere illos, qui lam electionem communem fecerunt. *Ecqua autem trahet? Nonne* pars ma- Capituli? ...

Vides arma, quibus *communis* impugnatur *opinio*. Victasne BÖCKHNIO NELLERO dabimus manus? Absit, & defendamus potius, quantum in his est, *communem*, quae recta & proba est, sententiam.

Primo, regula generalis in negotio electionis obtinet: *vota non computan- respectu competitorum singulorum, sed respectu totius praesentis capituli;* (§. 8.) ui in *cap.* 40. contrarium neque *explicite* neque *implicite* est dispositum, ergo n casu *concurrentis electionis & postulationis* valet. *Secundo*, *postulatio electio- s* vincit, quia *vis capitularis* in *duabus tertiis totius capituli* consistere credi- , (§. 16.) ergo vota *duplo maiora absolute talia* esse debent. *Tertio*, in *cap.* . intelligi *vota duplo maiora absolute talia:* quod quidem temere negant Ad- sarii, verum euidenter probari potest hoc modo: *Duo* solum aderant candi- i, in quos *omnium* electorum vota collata erant. Hoc nemo negare potest, qui contra clara verba textus disputare velit. In eiusmodi autem casu, si tantum candidati adsunt, vota *intuitu competitoris duplo maiora* sunt etiam *in- u totius praesentis capituli maiora* s. *absolute talia* & v. v., idque ex ratione *thmetica*. (§. 3. & 9.) Dum igitur Pontifex statuit: *quod si postulantes duplo iorem facerent numerum, quam 16. electores, tu vice nostra postulationem admit-* — & porro: *Quod si ad faciendum duplo maiorem numerum simul* NB. OMNES *edicti* (postulantes) *minime sufficerent — tu, postulatione repulsa, electionem bani auctoritate nostra confirmes* — non alia *vota duplo maiora*, quam *absolute a*, intelligere potuit Concedimus, Pontificem *verum* numerum *omnium* vo- tium ignorasse, eumque hoc solum sciuisse, 16. suffragia fauere *eligibili* Ple- no, latuisse vero Pontificem, quot praecise & determinate vota *postulauerint* chiepiscopum. Sed quid inde? Ego sane non video, quid ex eo ad hanc ntrouersiam colligi possit. Ceterum ex his euidens est, in *illo casu*, qui con- etur in c. 40., idem esse dicere: *numerus postulantium debet esse duplo maior nero eligentium*, aut: *numerus postulantium debet habere duas tertias respectu to- s Capituli:* quod tamen NELLERVS negat. Exinde quoque patet, mani- to falsam esse conclusionem BÖCKHNII: *Igitur dum iussit confirmari electio- n, si pars altera duplo non esset maior; eam in illa quoque hypothesi, qua 16. ctores non essent pars tertia, sustineri voluit.* (Quae, qualis, quanta conclu- ? Nonne *postulabilis*, si vota *eligentium* non efficiebant *partem tertiam*, *ultra s* habebat *tertias?* Et nonne *postulabilis* tum victor erat, neutiquam vero *eli- ilis?*) *Atque hinc nec vicissim ad postulationem cum electione conuenientem deter- nate requiruntur duae tertiae absolute tales.* ... Omnino requiruntur: nam si in *u Constantinopolitano* vota *postulantium* non efficiebant *duas* suffragiorum *ter- tias,*

tias, tum *sedecim eligentium* vota certissime non saltem *vnam tertiam*, sed potius *vltra vnam tertiam omnium* suffragiorum constituebant; & cum Pontifex *postulationem* tum demum admitti voluerit, si vota *duplo maiora* respectu *sedecim* eligentium illi faueant, omnino, vt probauimus, aliter statui nequit, quam Pontificem *duplo maiora absolute talia* intellexisse. *Quarto*, posita hac, quod in *cap.* 40. *duplo maiora absolute talia* intellexerit Pontifex, indubitata & arithmetice probata veritate, prona est consequentia, vt & in casu, quo *tres pluresue* adsunt candidati, *postulabilis* non aliter vincat *eligibilem*, quam votis *duplo maioribus absolute talibus* instructus. In eiusmodi enim constitutionibus, ad *ius commune* pertinentibus, *principium iuris generale* in iis latens & pro basi decisionis positum separandum esse ab *hypothesi casus relati particularis* notissimum est. 3) Et cur in casu *duorum* candidatorum *postulabilis* demum vinceret *eligibilem* votis *duplo maioribus absolute talibus*, in casu autem *trium pluriumue* candidatorum votis *duplo maioribus respectiue talibus* instructus? e. g. Ex 24. votantibus 13. *postulant* Aulum, 6. *eligunt* Titium & 5. *eligunt* Tullium. In hoc casu ex Aduersariorum sententia vinceret Aulus, quia ipsi fauent vota *duplo maiora respectiue talia*. Nam quae differentia est, vtrum *postulabilis* cum *vno eligibili*, aut cum *pluribus eligibilibus*, aut cum *eligibili & postulabili* concurrat? cur in illo casu maiorem requiris votorum numerum, quam in hoc? *Quinto*, quod ad *attractionem* partis *minoris*, quae *communem electionem* aut *postulationem* non publicauit, a NELLERO ingeniose excogitatam attinet, supra iam (§. 8.) dixi, & iterum intrepide dico, hanc *attractionem* esse lernam absurdissimarum conclusionum, in iure canonico plane incognitam & omnibus Canonistis inauditam, imo aliis principiis iuris canonici, de *mutatione votorum post publicatum scrutinium* prohibita, & de *accessu minoris partis ad maiorem* non valente, e diametro repugnantem; itaque nouum ingenii NELLERIANI partum numquam in iure nostro admittendum, aut tolerandum. Plura de hac *attractione* dicemus in §. 20. & 21.

Et his, quae attulimus, argumentis, *communem* sententiam de votis *duplo maioribus absolute talibus* contra Aduersariorum tela in tuto collocatam esse loco nobis equidem persuademus.

1) in *Commentar. in ius canon. vniuersum* lib. I. tit. 5. n. 45. seq.

2) in *diss.* de *postulatione Praelatorum* §. 3. qu. ad n. 6. apud SCHMIDT in *Thesauro* T. II. p. 739. seq.

3) Id quod vel sexcentis exemplis probari potest. Occurrit l. 2. C. de *rescind. vend.* & c. 11. c. 16. & 18. X. de *testam.*

§. XIX.

§. XIX.

VOT VOTA REQVIRANTVR, VT ELIGIBILIS CVM POSTVLABILI CONCVRRENS PALMAM ACCIPIAT?

Restat quaestio de *eligibili*, & quot illum vota in concursu cum *postulabili* ɔrem constituant. *Duplex* iterum probe distinguenda est species, vtrum pe *unus eligibilis* cum *vno postulabili* concurrat; an *plures* adsint, ita vt *eligi-* cum *pluribus postulabilibus*, aut cum *pluribus diuersae qualitatis* concurrat, ıes fere hanc distinctionem negligunt, & confuse rem tractant.

In *priori* specie ex ratione *arithmetica* euidenter patet, *eligibilem vltra* *n tertiam* habere debere, nec illum victoriam reportare, si praecise *vna* *a* votorum ipsi faueat: quoniam hoc casu *postulabilis* alter *duplo maiora vota* *lute talia* habet, ideoque *eligibilem* vincit: idque ipse NELLERVS agnoscit. ur euidens est, *Perill.* GEORG. LVDOV. BOEHMERVM 1) qui de *hoc* *casu* loquitur, si *vnus* eligibilis cum *vno* postulabili concurrit, male do- se: *Si pars capituli* postulat *aliquem*, *pars* eligat; *postulatio non praeualet*, duabus tertiis *suffragiorum constet:* (hactenus bene) *sin secus*, *praeualet* ele- , *quae* vna tertia *constat.* — Ergo iudice BOEHMERO *vterque* vincit: *po-* *ıbilis* quia *duas tertias*, & *eligibilis* quia *vnam tertiam* habet. Nam in casu *um* candidatorum, si vna pars *vna* praecise *tertia* constat, omnino necesse vt altera pars *duabus tertiis* constet. Vides ergo doctrinam BOEHMERI ɔre manifesto implicari. *Vir Celeberr.* quodam BARTHELII 2), quem bationis caussa quoque laudauit, loco male intellecto deceptus est. In dem errorem incidit WOLFFGANG. SCHMITT, *Monachus Fuldensis*, seolus *compilator* pariter ac impudentissimus multis in locis *plagiarius*, 2 †) ita scri..t: *Si vero postulatio eiusmodi concurrat cum electione, adeo vt alii* *Capitularibus eligant, alii postulent, tunc vt postulatio praeualeat, postulandus* *'t habere duplo maiorem numerum votorum (duas tertias vocant) quam electus.* *le vicissim suffragia eligentium, vt ius electo tribuant, debent efficere tertiam* *tem suffragiorum collectim sumptorum, quae in electum & postulatum conspirant.*— eiusmodi ergo casu *vterque* vincit: *postulatus*, quia habet *duplo maiora*, & *lus*, quia habet *vnam tertiam.* En contradictionem! E ZECHIO sua trans- psit auctor, hic autem, quod probe notandum, non habet: *debent efficere* *ım tertiam*, sed: *debent* SVPERARE *vnam tertiam* &c.

In *posteriori* vero specie, si in *tres* aut *plures* candidatos vota collata sunt, *communi* Canonistarum sententia *eligibilis* victor est, si *vltra vnam tertiam* & *dem totius praesentis capituli* habet, non vero, si *praecise vna tertia* ipsi fa- :, & multo minus, si haec *vna tertia* tantum *respectiue talis* est. Ita recte :ent: AVG. BARBOSA, 3). ANDREAS VALLENSIS, 4) HENR.

CANISIVS 5). HENR. ZOESIVS, 6) ROB. KOENIG, 7) LVDO ENGEL, 8) ERNR. PIRHING, 9) VITVS PICHLER, 10) IACC WIESTNER, 11) FRANCISC. SCHMALZGRVEBER, 12) ANAC REIFFENSTVEL, 13) THOM. SCHMITZ, 14) IVST. REDN, 1 PETR. LEVRENIVS, 16) AD. IOS. GRENECK, 17) IO. IAC. MOS RVS, 18) BENED. OBERHAVSER, 19) ANTON. SCHMIDT, 2 & STEPHAN. RAVTENSTRAVCH, 21). Nunc vero & aduerſarios ſtremus, mirum quantum inter ſe diſſidentes atque diſcordantes. FRANCIS XAVER. ZECHIVS, 22) concedit quidem *vota eligentia* ſuperare debere *tiam partem*, ſed ſtatim addit: *ſuffragiorum collectim ſumtorum, quae in poſtu tum & electum conſpirant.* e. g. ex 20. electoribus 11. *poſtulant* & 7. *eligu* PAVL. IOS. de RIEGGER 23) ſufficere ait *tertiam votorum totius capi partem.* Ex PLACIDI BÖCKHN, cuius verba in §. *ant.* retulimus, ſent tia non ſolum *tertia praeciſe pars* ſufficit, ſed & illa pars *reſpectiue*, non *abſolu* computanda eſt. WOLFFG. SCHMITT c. l. *not.* p. idem fere dicit: *Non tem requiritur, vt in hoc caſu vota minora* ſuperent vnam tertiam quoad vn ſaltem votum: *quia dum in* cit. cap. 40. *poſtulatio tunc demum praefertur, ſi ſ fragia poſtulantium* duplo maiorem partem *efficiunt*, vnam tertiam eligentium *ſ ficere neceſſum eſt, quando ita diſperſa ſunt reliqua vota, vt poſtulantes in duplo excedant.* -- Denique *Clariſſ.* NELLERVS ita ſentit: *An electio, cum poſtu tione concurrens, debeat neceſſario habere* vltra vnam tertiam? *Reſpondetur. In ſu quo* totum capitulum *reduceretur* ad duas ſolummodo partes, *vnam* poſtula tium, *alteram* eligentium, *hoc vtique neceſſarium erit ex ratione arithmetica: q ſecus poſtulantes facerent* numerum duplo maiorem. *Sed, ſi eſſet ita diuiſum pitulum, vt* poſtulantes *non haberent eius* maiora, *eligentes* praeciſe *eius* terti *haberent, quaeſtio moueri poſſet. Caſus eſto:* Capitulum conſtat ex 60. Cano eis, 30. poſtularunt Caium, 20. elegerunt Titium; 10. diſperſe: .it vota ſt *Hoc caſu* ſentit *Cl.* BÖCKHN electionem praeualere: *eo quod* poſtulantium *merus non ſit* duplo maior *numero eligentium, quo ipſo impleatur omne id, qu* c. 40. *requirit ad victoriam electionis prae poſtulatione; cum ſit in eo altum ſile tium* de vna voce vltra vnam tertiam, *imo & de ipſa tertia, ſed* praeciſe *inſtitu tur* comparatio inter poſtulatum & electum, & *vnice quaeratur*, vtrum poſtu lantes ſint duplo maiores eligentibus; *ſin ſecus, electionem confirmari. Nos ſ putamus: vel* decem illi, *qui diſperſerunt vota ſua*, immiſcent ſe liti, vel non: *hoc, ſe ipſos facient alienos, & conſiderabitur Capitulum*, vt eſt reductum ad du ſolas partes, *& conſiſtet in 50. Quoniam igitur hac reductione ſtante, ſolummod conſiderantur* 30. poſtulantes ad 20. eligentes; *poſtulantes vero ſic non erunt i* numero duplo maiori *eligentibus, ſequitur hoc caſu eligentes habere* vltra vnam ter tiam Capituli reducti: *& ſic manebit rurſus verum, quod in concurſu poſtulation cum electione haec debeat habere* vltra vnam tertiam, *minus habere non debeat.* Si

vero

vero decem illi *se opponant tam postulationi*, *quam electioni*, *repelletur inprimis* postulatio, *quia 30. huic contradicerent*, *& sic* nimia foret contradictio & diuisio: *cessabitur deinde* electio, *quia 40. ei contradicunt*, *quoad hoc* causam *facientes* communem; *& erit pars maior*, *imo duae partes Capituli* inuitae, *quibus sane Canones dari nolunt Episcopum*, *a factione tam exigua electum*. —

Nobis, si cordate pronunciandum est, neutra harum singularium opinionum placet, sed, quam supra explicauimus, *communis sententia* rectissime se habere, & per exempla a nobis in §. 17. relata extra omnem dubitationem posita videtur. In illustri enim *causa Coloniensi*, testantibus Actis, ideo confirmata est *electio*, quia *electo* fauebant suffragia *plus quam vnam tertiam totius praesentis Capituli* efficientia. ZECHIVS, SCHMITTIVS & RIEGGERVS nulla protulerunt argumenta. BÖCKHNII rationes iam explosimus, nam, quae in §. 8. exposuimus argumenta, ea & hic valent. Concedimus quidem in c. 40. altum silentium esse de *vna voce vltra vnam tertiam*, imo & de *ipsa tertia*: si de *verbis* disputas; si autem de re *ipsa* quaeris, supra euidentissime probauimus, Pontificem non aliter voluisse *electioni* palmam deferre, quam si 16. vota *eligentium* efficiant *plus*, *quam vnam tertiam omnium votantium*. De *verbis* non disputamus, sed de *re*. Quod deinde ad NELLERI explicationem attinet: *primo*, exemplum ab ipso propositum neutiquam tribuendum est BÖCKHNIO, & mirari satis nequeo, quod talem casum figurare potuerit *Vir* ceteroquin rei peritissimus. Etenim in illo casu, quem NELLERVS figurauit, scrutinii actus plane foret *inutilis*, quia omnino deficiunt *maiora* capituli, quae tamen ex ipsa NELLERI sententia alibi prolata, *simpliciter* & *absolute* adesse debent, vt ad communem *electionis* aut *postulationis publicationem* rite procedi queat. (vid. §. 20.) *Secundo*, ingeniosissimus NELLERVS *nouum* iterum edidit partum, nempe *reductionem capituli ad duas solas partes*, si illi, qui disperserunt vota sua, liti se non immiscent. *Inaudita* hactenus fuit *talis reductio*, & ipse NELLERVS alio loco 23) docuit, *maiora* vota numerari respectu capituli *vt congregatum* est. Vbinam lex exstat, quae illos, qui disperserunt vota sua, & liti se non immiscent, *pro mortuis* aut *vmbris* declaret? Et cur in hoc casu deseris a te quoque enixam *attractionem minoris partis ad maiorem*, perspicacissime NELLERE? (§. 18.)

Stat igitur immota *communis* sententia, *eligibilem* in eiusmodi concursu tum vincere, si tot ipsi suffragia fauent, vt *plus quam vnam votorum totius praesentis capituli tertiam* habeat. Vt *integrum vnum* votum supra tertiam partem adsit, non *praecise* requiritur, quia Pontifex in c. 40. electionem confirmari iubet, si vota *postulantium*, quorum numerus *certus* ignorabatur, *duplo maiorem* non facerent numerum quam 16. vota *eligentium*. Nimirum aliquando numerus votorum *totus* in *tres* partes *aequales* non nisi per *fractiones* diuidi potest, ali-

aliquando *sine fractionibus*. In *hoc* casu *eligibilis integrum vnum* votum *vltra vnam tertiam* habere debet; non autem in *illo*. Sumamus casum ex *cap. 40.*, & fingamus *totum* votorum numerum fuisse 47., cuius *tertia pars* sunt $15\frac{2}{3}$. Nunc *eligibili* fauebant 16. suffragia, ergo habebat *trientem vnius* voti *vltra tertiam partem* capituli, non vero *integrum vnum* votum excedens. Nihilominus tamen secundum clara *cap. 40.* verba in eo casu, si totus votorum numerus fuisset 47., *eligibilis*, cui 16. suffragabantur, victoriam reportasset. Conferas, quae in §. 8. de simili quaestione diximus. Ceterum ex his perspicuum est, accurate non loqui quosdam Canonistas, e. g. REIFFENSTVELIVM, REDN, PICHLERVM, dum *vnum* votum *vltra vnam tertiam* indistincte desiderant.

1) in *Princip. Iur. canon.* §. 493. edit. 3*tiae*.

2) IO. CASPAR. BARTHEL. in *Opusc. iurid.* T. II. p. 532. *Electus postulato praefertur, etiam alias canonica votorum pluralitate destitutus, modo suffragia pro electo data* vnam tertiam ipsius postulati superent: *Sic si ex* 30. *suffragantibus* postulatus 19. electus 11. *suffragia numeret, potior* postulato electus *erit* ex c. 40. *Exemplum huius legimus de anno* 1688. &c. --- Perspicuum est, BARTHELIVM supponere casum *duorum* candidatorum, eumque non statuere, *electionem*, quae praecise *vna tertia* suffragiorum nititur, *postulatione* potiorem esse.

2 †) in *Instit. iur. eccles.* lib. II. tit. 14. §. 7. (*Fuldae* 1770. 4.)

3) in *iur. eccles.* lib. 1. cap. 19. n. 18.

4) in *Paratit. iur. can.* lib. 1. tit. 5. §. 4.

5) in *Commentar. ad Decretal.* eod. *tit.* n. 3.

6) in *Comment. in ius canon* eod. *tit.* n. 4.

7) in *Princ. iur. can.* eod. *tit.* n. 6.

8) in *Colleg. iur. can.* eod. *tit.* n. 6.

9) in *Iur. canon.* eod. *tit.* n. 18.

10) in *Iur. canon.* eod. *tit.* n. 10.

11) in *Instit. canon.* eod. *tit.* n. 28.

12) in *Iur. can.* eod. *tit.* n. 19.

13) in *Iur. canon.* eod. *tit.* n. 154.

14) in *Medulla iur. canon.* p. 71.

15) c. l. p. 32. n. 120.

16) in *Foro benefic.* P. 2. qu. 202.

17) in *Exam. iur. can.* lib. 1. tit. 5. q. 6.

18) im teutschen Staatsrecht T. XI. c. 38. §. 154.

19) in

19) in *Praelect. canon.* lib. 1. tit. 5. §. 9.
20) in *Instit. iur. eccles.* T. I. p. 308.
21) in *Instit. iur. eccles.* §. 748.
22) in *Hierarch. eccles.* §. 223.
23) in *diss.* 1. de *Sacrae elect. processu* §. 5. n. 13. apud SCHMIDT. T. II. p. 717.

§. XX.

ACTVS SCRVTINII NON DEBET ESSE PLANE INVTILIS.

Eligibilis ergo in *concursu* cum *postulabili* gaudet *praerogatiua*, vt victor discedat, quamuis *maiora* capituli vota non habeat. Sed haec praerogatiua cum grano salis applicanda est. Quid enim, si ex 60. electoribus 30. *postularint* Caium, 30. *elegerint* Titium? aut: si ex 60. canonicis 29. *postulent* Caium, 21. *eligant* Titium, 10. *eligant* aut *postulent* vnum vel plures? Putasne in his casibus palmam accipere Titium *electum*, qui vtrique *vltra vnam tertiam* suffragiorum *absolute* talium habet? Neutiquam vincit. Sed quae ratio? Haec est: Actus scrutinii nondum est *vtilis* & *perfectus*, vt *communis* capitularis *electionis publicatio* peragi queat; ad hunc enim effectum requiritur, vt, *collatione votorum* instituta, *vni* candidatorum saltim *maiora absolute talia* faueant, licet *hic* victor non exsistat, quod in casu concursus *postulationis* cum *electione* contingere potest. Hanc thesin, de qua *generatim* nemo dubitat, (§. 8.) recte ad *concursum postulationis* & *electionis* applicant, &, nisi *postulabilis* vota saltem *maiora absolute talia* habeat, (nam si ipse *eligibilis* votis *maioribus absolute talibus* instructus est, ob *regulam generalem*, (§. 8.) & non ob *praerogatiuam concursus*, palmam accipit.) *eligibilem*, quantumuis suffragiis *vltra vnam tertiam* instructum, victorem non declarant antea iam laudati BÖCKHNIVS, ZECHIVS, ANTON. SCHMIDTIVS & IO. GEORG. SCHLOERIVS. *1*) Vt ergo *iustus* in *eiusmodi concursu* suffragiorum numerus adsit, non solum requiritur, vt *eligibili* faueant suffragia *vnam tertiam* capituli *totius excedentia*, sed & desideratur, vt *concurrens* aliquis *postulabilis* habeat vota saltem *simpliciter maiora*. Quae tamen egregia obseruatio plerosque fugit.

1) in *diss.* ad *Concord. German.* de *Electione Archi- & Episcoporum in Germania.* Mogunt. 1767. pag. 55. seq.

§. XXI.

QVANDO CONCVRSVS POSTVLATIONIS CVM ELECTIONE ADSIT?

Nobilissima restat quaestio: quando nimirum vere dici possit, *postulationem* cum *electione* concurrere? Frustra euoluis omnes Canonistas. NELLERVS,

RVS, *Vir eruditissimus*, *primus* est, qui illam posuit, & sequenti modo dissoluit: *Concurrere tunc modo intelligitur postulatio cum electione*, quando vnus postulantium, suo & sibi consentientium nomine, in communi publicauit *postulationem*, & ex altera parte alius vnus suam electionem: *non autem iam*, *quod vota in protocollo scripta sint*, *quorundam postulantium*, *quorundam vero eligentium*, arg. c. 7. de elect. in 6. *Et ratio est ex* cap. 55. X. de elect., *quia sine* publicatione communi *non est electio*, *nec postulatio*, *ergo neque concursus vnius cum altera. Vnde inanis erat in quadam Germaniae electione*, *hoc seculo celebrata*, *scrupulus*, *malaque instructio Canonicorum illorum*, *qui intendebant* postulare, *aliis volentibus* eligere, *erantque in casu*, *quo* eligentes *non facere poterant* maiora *Capituli*, postulantes *vero non* duas tertias. *Crediderunt hi*, *periculum sibi fore*, & *postulando*, *si in scrutiniis*, *quae saepius iterabantur*, *vnquam darent* vota postulantia: *ideoque nulla dabant* postulando, *sed variando mox huic*, *mox illi*, eligentes, *quos tamen non intendebant serio: resultauit hoc modo tandem*, *illis non opinantibus*, electio, postulatione *in scrutinio non comparente. Debuissent illi* vota postulantia *audacter* dare in quouis scrutinio, *sed eo publicato*, *nec habitis duabus tertiis*, *non procedere* ad publicationem communem suae postulationis: *tunc non exstitisset concursus: & licet eligentes in numero minori existentes*, *suam electionem publicassent*, *nihil egissent*, *cum nec habuissent maiora Capituli*, *nec concurrissent cum postulatione*, *vtpote quae nondum fuisset in mundo.* — NELLERO vnicus, quantum scio, adstipulatur *Heidelbergensis Canonista* ANTON. SCHMIDTIVS, 2) sed sine argumentis.

Ego vero a NELLERO iterum dissentio, quod aegre facio, idque non nisi ex grauissimis, quas habeo, rationibus. Ipse NELLERVS cum *omnibus* Canonistis docet, 3) *scrutinii* actum, in quo obseruanda est dispositio c. 42. X. de *elect.*, ita instituendum esse, I. vt eligantur *tres scrutatores*; II. vt hi *scrutatores* exquirant *singulorum* vocalium vota, eaque in scriptis redigi faciant; III. vt, exquisitis *omnibus* votis, illa *publicentur in communi*, i. e. coram *vniuersis* electoribus significetur, in quas personas suffragia collata fuerint, & quot cuique faueant. Recitatur nempe publice *protocollum*, in quod fuerunt descripta vota. Et hic actus vocatur *publicatio scrutinii.* IV. vt, *publicatione scrutinii* facta, statim a *scrutatoribus* suscipiatur *collatio votorum*, & eum quidem in finem, vt appareat, vtrum actus scrutinii sit *vtilis*, i. e. an in *praesenti* casu *iustus* adsit suffragiorum, in aliquam personam conspirantium numerus, vt illa palmam accipere possit. Omnino igitur considerari debet, vtrum *omnes* candidati sint *eligibiles*, an *omnes postulabiles*, an *alius aliue eligibiles alius aliue postulabiles.* Si, *collatione* instituta, *iustus* in *praesenti* casu (conf. §. 18. 19. & 20.) non inuenitur suffragiorum numerus, scrutinii actus plane *inutilis* est, & *nouum* suscipitur *scrutinium*, vel *eodem*, vel *alio* die. Si vero *iustus* in *praesenti* casu reperitur suffragiorum, in aliquam personam conspirantium, numerus,

ad

id officium *ſcrutatorum*, praeſertim *primi*, pertinet V. vt hac illaue formula conſueta *electionem* aut *poſtulationem communem* ſ. *capitularem* publicet. Quod ſi *ſcrutatores* circa hanc *publicationem communem* peccant, vt forte illum non *publicant*, cui *iuſtus* votorum numerus in *praeſenti* caſu fauet, *eorum* eſt culpa, non vero *votantium*. 4) Igitur per ſe patet candidatos, in quos in ſcrutinio vota collata ſunt, *omnes* poſt *publicatum ſcrutinium* in actu *collationis votorum* CONCVRRERE; niſi enim hoc concedas, qua quaeſo ratione ſuſcipi poſſet *votorum collatio* ? Atqui *Celeberr.* NELLERVS 5) ipſe ſtatuit in caſu *electionis mixtae*, i. e. vbi *candidati diuerſae qualitatis* adſunt, accurate obſeruandam eſſe formam in c. 42. X. de *elect. ſcrutinio* praeſcriptam; ergo indubium quoque eſt, poſt *publicatum ſcrutinium*, in actu *collationis votorum* ſtatim ſuſcipiendo, *eligibilem* cum *poſtulabili concurrere*. Et haec eſt ratio, cur *omnes canoniſtae* recentiores & antiquiores, de quaeſtione, a NELLERO mota, reſoluenda ſolliciti non fuerint, putantes, eam non eſſe diſputabilem, ſed extra omnem dubitationem poſitam. Accedit, quod *eligentibus* vota *mutare* non liceat, *publicato ſcrutinio*; 6) & quamuis *poſtulantibus* variandi facultas detur, quamdiu poſtulatio *ſuperiori* nondum eſt *praeſentata*, 7) id tamen ad eum praecipue pertinet caſum, quando *poſtulatio* in actu *collationis votorum iuſtum* habuit ſuffragiorum numerum, & *communis poſtulatio* facta eſt, In actu quidem ſcrutinii *diſcordi* fieri plerumque ſolet, vt *alterius* partis *electio* aut *poſtulatio*, quam praetendit canonicam eſſe, a *ſcrutatore* tamen non eſt publicata, per *vnum adhaerentium* votantium in *communem electionem* aut *poſtulationem* redigatur & *publicetur*, ſed hoc *abſolute* non eſſe neceſſarium, cauſa illuſtris *Colonienſis* clariſſime probat. In illo enim *ſcrutinii* actu *primus ſcrutator poſtulationem communem* publicauerat, nulla *communi electione* vel ab ipſo, vel ab vno *eligentium* Capitularium *publicata*. Obiiciebat quoque *omiſſam communem electionem* FÜRSTENBERGIVS, & *conſenſum poſtulationis cum electione* negabat adeſſe. Sed iuſte haec exceptio reiecta, & *electio*, cui *iuſtus* in *actu collationis votorum* fauit ſuffragiorum numerus, nihilominus ex capite *iuſtitiae*, non *gratiae*, Romae *confirmata* eſt. 8) *Leges*, a NELLERO excitatae, dicis gratia allegatae ſunt, & theſin, ab ipſo defenſam, nequaquam probant, vt nemini, qui textus inſpicit, obſcurum eſſe poteſt.

Duo, velut corollaria, adnectimus; *Primum*, quod NELLERI cautela, *poſtulantibus* commendata, inanis & inutilis ſit, quodque canonicos, quos in mente habuit, immerito taxauerit; *alterum*, quod nunc ſole clarius ſit, *attractionem minoris partis ad maiorem*, & *reductionem capituli ad duas partes*, de quibus in §. 18. & 19. pluribus dictum eſt, mera eſſe *noua* figmenta, ex *iure canonico* eliminanda.

1) in *diſſ.* de *poſtulatione Praelatorum* §. 3. n. 7. apud SCHMIDT T. II. p. 748.

2) in

2) in *Instit. iur. eccles.* T. I. p. 308.

3) in *diss.* I. de *sacrae electionis processu* §. 5. n. 6. seq. apud SCHMIDT T. II. p. 716. seqq.

4) PASSERINVS in *tr.* de *elect.* c. 19. qu. 5. n. 31. seq.

5) apud SCHMIDT T. II. p. 746. n. 3.

6) c. 58. X. de *elect.*

7) c. 4. X. de *postul.*

8) Instar omnium VITVS PICHLER. in *Iure can. practice enucleato*, p. 42. & c. l. qui causam Coloniensem diligentissime pertractarunt, hic euoluantur.

§. XXII.

DE ARBITRIO SVPERIORIS IN CONCVRSV ELECTIONIS ET POSTVLATIONIS.

Nunc rite & ex quacunque parte enucleatam a nobis esse doctrinam de *iusto* suffragiorum numero in *electione & postulatione canonica*, praesertim vero in *concursu vtriusque*, nobis persuademus. Vnam adhuc addere nobis liceat, quodammodo connexam, controuersiam. Quaeritur nimirum: vtrum in *superioris arbitrio* positum sit, in casu *concursus*, *postulationem*, quae quidem *maiorem* capituli *simpliciter talia*, non autem vota *duplo maiora*, habet, *admittere*, vel *electionem* concurrentem, cui suffragia, *plus quam vnam tertiam* capituli efficientia fauent, *confirmare?* Affirmatiuam sententiam plures tuentur, veluti PASSERINVS, ENGELIVS, PIRHINGIVS & LAYMANNVS, aliique, quibus calculum quoque suum, quod valde miror, adiecit NELLERVS. 1) Negatiuam vero amplectuntur WIESTNERVS, KÖNIGIVS, SCHMIERIVS, REIFFENSTVELIVS, BÖCKHNIVS & plures, quam quoque sententiam ex professo confirmauit IO. GEORG. SCHLOERIVS. 2)

1) in *cit. diss.* apud SCHMIDT. T. II. p. 851. seq.

2) in *cit. diss.*

§. XXIII.

VSVS INTER EVANGELICOS.

Sed quis huius tractationis, de *iusto* votorum numero in electionis negotio, *inter Euangelicos vsus?* Insignis omnino, quod praeclare ostendit *Vir summus* IVST. HENN. BOEHMERVS, 1) qui, licet in ipsa de *iusto* numero suffragiorum controuersia cum reliquis omnibus *Protestantibus Canonistis* plane sterilis sit, vsum tamen huius doctrinae inter *Euangelicos* egregie & solide stabiliuit.

1) in *Iure eccles. Protestant.* T. I. lib. 1. tit. 5.

Vnum

Vnum etiamnum tibi indicatum volo L. B. In *Biblioth. iurid.* LIPE-IANA refertur IO. ANDR. *de* BOISGAVTIER *diss.* de *electionis postulatio-isque concursu*. Argent. 1752. Quod scriptum meas vt ad manus perueniret, iligentiam, quam potui, adhibui prope omnem. Sed optatis meis adeo ex-di, vt dum haec scribo, illa adhuc dissertatione caream. Quodsi amici cu-isdam verbis fides habenda est, illa meris iisque breuioribus, nullius pror-is momenti, thesibus constat. Quod ego quidem facile crediderim, cum issertationum, quas Candidati *Galli* pro obtinendis gradibus academicis *Ar-ntorati* ventilant, tantum non omnium, eam sortem atque conditionem se, quilibet in *historia iurisprudentiae litteraria* non plane hospes iam du-um norit.



XII.

LUDOVICI PHILIPPI BEHLEN J. V. D.

Eminent. ac Celsiss. Archiep. et Principis Elect. Mogunt. Consiliarii Eccles. SS. Canonum in Academia Moguntin. quondam Professoris

DISSERTATIO

DE

DEFRAUDATIONIBUS DECIMARUM.

§. I.

Hujus loci non est, ipsarum Decimarum origines, qualitates, & jura quæcunque fusius excutere, præstiterunt id satis Viri diversarum nationum, imo & non unius Religionis eruditissimi, qui Ecclesiasticas & civiles hujus rei antiquitates e ruderibus excitarunt. Inter Catholicos THOMASSINUM & ESPENIUM, inter Protestantes SELDENUM, SCALIGERUM, HOTTINGERUM, BINGHAMUM, HUMPHREDUM PRIDEAUX hic notasse sufficiat. Satis illi deduxerunt, antiquissimum Decimarum reditum inter homines extitisse, Decimasque ab origine sua vel laicales fuisse, vel Ecclesiasticas, ac hodiedum uno vel altero titulo Decimas adhuc percipi, ita, ut in ipsis causarum figuris difficile quandoque sit, discernere, num laicalis, num vero Ecclesiasticæ sint originis hæ vel illæ Decimæ; quin vel in ipsa thesi non una Scriptorum mens est, quod satis apparet ex GEORG. AUG. BOEHMERI *Dissert. de Orig. & Fat. Decim. in Germ.*, qui Scriptor totus in eo est, ut plerisque in Germania Decimis originem mere laicalem adscribat.

§. II.

Nec hujus loci est, Decimarum divisiones longius enarrare in prædiales, personales, mixtas, majores, minores, novales, easque vel proprie vel improprie tales, multo minus divisiones ab ipsis fructuum speciebus desumptas vini, frumenti, olei, fœni, animalium, & quæ sunt innumera alia. Neque

que vacat, Decimarum fata ex tot sæculorum historiis antiquiora vel recentiora a) recensere, quibus alibi nullæ omnino Decimæ, alibi rigorosius omnes Decimarum species præbentur, alibi majores tantum, nullæ autem fœni, vel olerum aut animalium, alibi animalium omnium, equorum etiam, vulgo Füllen-Zehenden, b) alibi decima præcise, alibi duodecima, vel quindecima, imo vigesima, vel trigesima; hæc enim omnia extra Dissertationis præfixæ scopum abeunt, qua defraudationes illarum tantum Decimarum delineabo, quæ hodiedum adhuc debentur in theoria & praxi.

§. III.

Decimarum justitiam satis omnes, qui hac de re tractarunt, Scriptores demonstrarunt, sive enim originis sint laicalis, adeoque antiquissima collectarum species terrarum Dominis pensitari solita, sive census a colonis, servisque glebæ adscriptis Domino præstandus, sive originis sint Ecclesiasticæ, ac in V. & N. L. ministrorum Ecclesiæ sustentationi, ipsarumque Ecclesiarum usibus, sartisque tectis conservandis destinatæ, utroque modo sumptæ sua se justitia & æquitate commendant, ita quidem, ut in hac Decimarum materia fraus & dolus minus indulgentiæ mereatur, quam in contractuum materia, aliisque, queis ærarium expilatur circa gabellas, telonia, similesve præstationes, artibus; soli indociles olim Saxones Decimarum nomen detestati sunt, olique in rusticorum bello rebelles subditi Christianæ libertatis prætextu & Principum ac Dynastarum imperia una cum operis ipsis debitis ac Decimis in vanum detrectarunt.

§. IV.

Sine discrimine igitur, cujus originis, qualitatis, aut quantitatis sint Decimæ, quave ratione in hos, vel in illos etiam Laicos translatæ sint Decimæ Ecclesiis ereptæ, aut rursus ad Ecclesias non Parochiales, vel ipsa Religiosorum asceteria pervenerint; cum certum semper sit & maneat, suum cuique tribuendum, suas proin cuilibet possessori Decimas titulis tam antiquis, tamque justis quæsitas, consectarium est, qualemcunque Decimarum defraudationem injustam esse & refrænandam.

Ggg 2 §. V.

a) Ordinat. decim. Archi-Episc. Mogunt. JOANNIS PHILIPPI anno 1661. 15. Septembr. ubi: Ben bevor gewesenen Land-verderblichen Kriegs-Unruheh.... allerhand Unbilligkeiten und Veruntreuungen einschleichen, indem sich etliche Gemeinde unterstehen, das Außzehenden zu verweigeren.

b) BOEHMER Jur. Eccl. Protest. L. 3. tit. 30. §. 49.

§. V.

Potest autem defraudatio, sive injusta Decimarum læsio contingere vel in quantitate, cum videlicet decimandus vel nullas, vel saltem non integras solvit; sive in qualitate, dum id, quod vilioris aut deterioris est conditionis, Decimatori datur; vel demum in utroque conjunctim, quando & non integras Decimas, & id, quod vilius, persolvit decimandus.

§. VI.

Jus commune Ecclesiasticum, si quis hac in materia, prouti oportet, consulat, regulam illud generalem exhibet ejusmodi, ut Decimæ etiam personales, adeoque Decima omnis lucri ex licito questu, artificio, militia, piscatione &c. provenientis tanquam debita solvatur a). Hæ tamen Decimæ, eo quod parum aut nihil demptis expensis quandoque remaneret, paulatim exoleverunt b). Porro iidem sacri Canones c) statuunt, ut decima præcise spica, decimum granum, decimum animal vel pullus, decima uva solvatur; id quod etiam constitutum habetur in Ordinat. Decim. SEBASTIANI Archi-Episcopi Mog. d) unde consectarium est, defraudationem Decimarum jam esse, si quid minus in quantitate præstetur; adeoque hodiedum adhuc universaliter & in regula fundum decimabilem teneri ad decimam præcise tam diu, quamdiu a possessoribus fundi vel doceatur remissio, vel pristini juris per consuetudinem, quæ hac in parte multum attendenda e), abrogatio; eo quod juri communi eousque insistendum sit, donec contrarium plene probetur introductum f); nunquam enim recedendum a regula, nisi de contrario doceatur g).

§. VII.

Ab hac autem constituta obligatione varios reperire est inique recedentes,

a) C. 20. 22. 28. de Dec. Synod. Londin. 1157. Can. 13.

b) Besold thes. pract. V. Zehenden.

c) C. 5. & 22. de Decim.

d) Cit. Ordin. 1547. Mittwochen nach Assumpt. Mariæ verbis: den zehenden Theil ohne allen Betrug und Listigkeiten.

e) S. Thom. Aquin. 2. 2. q. 87. a. 2. C. 20. de Decim.

f) Van Espen Jur. Can. p. 2. tit. 33. C. 2. N. 36. & 37.

g) Salicet. in L. Fundum. C. qui pot. in pign. C. 2. de conjug. leprof. L ab ea parte 5. ff. de prob. Ordin. Archi-Episc. Joannis Philippi de anno 1661. cit.

tes, Decimasque omnes variis artibus Decimatori denegantes, & nullas omnino reddentes, quos ut bonus Pastor Archi-Episcopus & Elector Moguntinus SEBASTIANUS in Constit. cit. verbis: *Salutis aeternae faciunt jacturam, Dei iram in se provocant, varias a Deo vindice poenas &c. ideo sentiunt*, vehementer monet, ut *Decimas, cujuscunque conditionis, dignitatis, aetatis, sexus sint, rite pendant sub poena non relaxanda* a). Commemorare nolo, nec attingere enormissimam eorum fraudem, qua non raro locorum Domini ob praepotentiam suam certos agros, certos districtus, a Decimis immunes nullo allegabili titulo praetendunt. Sileo illos, qui anno stercorationis immunitatem sibi arrogant; sileo pariter fraudem, quam adhibent, qui ex agris decimabilibus hortos ex consuetudine loci non decimabiles efficiunt; an quoque hic recenseri possit novalium praetensio, dum quis ejusmodi Decimas, quas ex quolibet fundo percipiendi intra limites suae Parochiae intentionem in Jure Canonico fundatam habet Parochus b), ideoque eas HENRICUS III. Brabantiae Dux suo in testamento Ecclesiis, *ad quas pleno jure pertinent*, restituit, jure territorii, regalium, advocatiae, aut jurisdictionis sibi arrogat, non vacat determinare c).

§. VIII.

Silere tamen haud vacat eos, qui, dum Decimam v. g. de frumento per annum una jam vice Decimatori persolverunt, secundam eodem in agro & anno speciem seminant, colliguntque, de hac autem secunda frugum collectione Decimas abnegant, integros sibi fructus nullis Decimis praestitis retinentes, parum memores ex omnibus terrae fructibus & proventibus indistincte *integram, sanctamque* Decimam deberi, prouti superius demonstratum, & expresse statutum habetur a). Fructus autem secundo plantatos & collectos quis negabit esse veros proventus terrae, per consequens & Decimas de iis praestandas b). Taceo, Decimas esse onus reale, adeoque percipi non poterunt fructus, nisi solu-

a) Confer. MOLAN. Prof. Lovan. orat. 2. de Decim. C. 7.

b) C. 2. de Decim. in 6. Concil. Burdigal. 1255. Can. 31.

c) Vid. VAN ESPEN loc. cit. C. 6. N. 14. & 15. BOEHM. J. E. P. cit. N. 60. & seqq.

a) C. nuntios. C. ex parte de Decim. Can. omnes 16. q. 7. Abbat. in C. ex parte Ordin. Decim. BERTHOLDI Archi-Episc. Mogunt. de anno 1487. 16. Martii.

b) C. 1. de Decim. BOEHM. loc. cit. N. 80. & in terminis, ut ajunt, terminantissimis decidunt Abb. l. c. REBUFFUS q. 8. N. 7. in fin. C. multiplici. C. in tuo. de Decim.

ſoluto onere inhærente, quin onera per annum habita deducere liceat c). Accedit, quod decimandus ejusmodi duplex commodum eodem ex agro & anno reportaverit, qui ergo eum pudebit, duplex etiam onus ſubire d)? Aſt ſemel jam decimatum eſt, ad quid ulterior decimatio? Dico enim, nunquid etiam ſemel jam commodum ſive fructus percepti? Aſt tributa etiam non niſi ſemel penduntur per annum? Dico, diſparitas eſt inter tributa & Deimas, illa intuitu rei, hæ intuitu fructuum ſolvuntur e). Æque parum terret, quod nemo onera plura ſubire debeat eodem tempore f); nam duplex commodum eodem tempore perceptum poteſt & habere duplex onus. Nec refert, an bis maturæ fuerint fruges, nec ne, quoniam ex eadem ratione & de immaturis Decima danda g). Ager ſiquidem bis eodem in anno ſeminatus macrior efficitur, per conſequens Decimatori pro anno ſequente damnum datur.

§. IX.

Devium quoque greſſum a recta Decimarum præſtatione ponunt, qui per longiſſimum aut plane immemoriale tempus loco Decimarum in natura certam pecuniæ quantitatem Decimatori quotannis ſolverunt, deprehendenti dein Decimatori ſe in quantitate maximopere fraudari, adeoque Decimas ſuas in natura exigenti ſe opponunt, non attendentes, Decimas de jure in natura deberi, adeoque & in natura ſolvendas, res enim omnis eo modo ſolvenda, quo debita; quod autem pecunia loco earum ſumpta fuerit, ex accidenti fuit, re ipſa tamen ſolutio debita eſt ipſum debitum Decimarum ex ipſis fructibus. a) Nec etiam prior ſpecies debita utpote regularis & ordinaria unquam amittitur. b) Accedit, quod re & jure ſuo, exigendi videlicet Decimas in natura, uti vel non uti, ſit actus meræ facultatis, cui nullo unquam tempore, absque recuſatione ſive contradictione & patientia huic contra dictioni acquieſcente præſcribitur. c) Unde corruit præcipuum taliter

c) Ordin. Decim. BERTHOLDI cit.

d) Arg. C. 55. in 6. ANCHARAN. conſ. 217. N. 4. ubi: *Non eſt ferendus, qui vult commodum, & non vult ſentire onus.*

e) MEVIUS p. 9. Deciſ. 67. N. 7.

f) L. ſi cum dotem. ff. ſol. matrim.

g) ORDIN. DECIM. HASSO-DARMSTAD. 1695. §. II.

a) MEVIUS p. 2. deciſ. 70. N. 4.

b) BOEHMER loc. cit. N. 82.

c) TIRAQ. de retr. conv. §. I. gl. I. N. 21. PANORM. in C. quod translationem.

fraudantium argumentum, prætensa scilicet præscriptio, quæ hac in ex defectu possessionis necdum inchoatæ non habet, ubi pedem figat, incipiat. Per consequens, cum subsit hic solus titulus locationis, sive iæ annuæ pro Decimis in natura, dominii non translativus, adeoque æscriptionem insufficiens, immunitas ejuscemodi ceu præscripta præ- nullatenus potest, quæ tunc demum possessione legitima acquiritur, si adsit, cujus in arbitrio sit, petere id, a quo quis se immunem di- . Ex quibus sua sponte porro fluit, observantiam etiam immemoria- on inducere hic præsumptionem per pactum quoddam talem mutatio- ontigisse, cum potior sit & fortior præsumptio pro titulo locationis, dictum, & indicant verba antiquissimorum contractuum: statt des Ze- : für den Zehenden; & 2do certum sit, Decimas ab initio in natura debitas, adeoque fortissime præsumendum, ita etiam fuisse solutas, ıe & nunc ita solvendas; pactum certe ejusmodi ab allegante proban- k exhibendum. Atque his conformiter judicatum sæpius fuit a Rdmo Episc. Vic. Mogunt. variis in causis, a Judicio Elector. Aul. Mog. in Communit. in Cassel cont. Insign. Colleg. S. Petri Mogunt., nec non nera Imper. e)

§. X.

Non absimilem fallendi viam arripiunt, qui sine omni hæsitatione certis rictibus, ubi Decimas minutas vi consuetudinis aut aliunde non solvunt, tritici aut aliarum frugum ad Decimas majores pertinentium semine in quantitate incipiunt serere tale semen, cujus fructus ad Decimas mi- nactenus relati; quam fraudandi viam Decimator occludere si voluerit, as quoque minutas exigat; cum taliter defraudantes conditionem Deci- s reddant deteriorem a), eamque ob causam Eminentissimus PHILIP- CAROLUS, aliique Imperii Principes, & in specie Serenissimus PALA- JS puncto deren Grund-Bieren ordinarunt b), daß die Grund-Bieren für zu dem großen Zehenden gehören sollen. His porro in circumstantiis Deci- mæ

tionem. de offic. Legat. N. 4. Bald. in L. 6. C. de serv. Leyser differt. de reb. meræ facult. cum præjudicio Helmstad.

L. B. De Cramer T. 2. Opusc. Op. 8. §. 10. Idem p. 12. art. 3. §. 22.

L. B. De Cramer in seinen Wetzlar. Nebenst. p. 12. a. 3.

Mevius p. 9. Decis. 68. Arg. L. sed si. ff. de usufr. Monet. Tr. de Decim. C. 4. N. 74.

Die 25. Jun. 1742.

mæ minores subintrant, & induunt locum & obligationem majorum compensari oportet damnum illud Decimatori hoc modo causatum; cum colonus vi dominii habeat facultatem liberam plantandi semen que, etiam Decimatori denegandum non est, vi juris decimandi quale semen decimare, dictante id quoque naturali æquitate. Idque eo m nendum, cum fundus in & de se sit & maneat decimabilis, & locus id ciat, ut Decimas jusque fundo inhærens mutet d). Nec facit, quod I minores his in & ex locis hactenus non fuerint perceptæ, per consequ non usum jus fuerit extinctum; jus enim & causa exigendi semper ade & ager in se decimabilis semper mansit, & manet in eo jus decimandi donec vel cum toto agro, vel cum toto genere Decimarum intereat f).

§. XI.

In idem fere recidunt decimandorum complures, certam frug ciem antea per longum tempus in minori quantitate sine præstatione actione Decimarum, dein vero in majori quantitate non sine ingen matoris damno plantantes & seminantes, Decimas autem earundem denegantes; sed immerito. Fundatam quippe intentionem in jure ha cimator, petendi Decimas cujuscunque speciei & quantitatis a); ut a obstet, Decimas in casu non fuisse per longum tempus solutas, nec per consequens præscriptioni locum esse; siquidem hoc, sive petitio necessaria, cum decimandus sciat se esse obstrictum, ad illico solvend cimas b); diesque cæteroquin aut tempus interpellet pro homine a mas fructibus collectis præbendas c). Illud vero sive non solutio, n decimandos, tum quod de se jam sint in m. f., cum intelligant, De rem in casu esse Decimatorem universalem, Decimamque de omnibu fructibus deberi d); tum quod negativa non solutio Decimarum,

c) Farinac. in dec. posth. Decis. 502. Balb. de præscript. 2. p. p N. 21.

d) Boehm. loc. cit. N. 80.

e) De Lyncker respons. 170. N. 12.

f) De Cramer loc. cit. §. 28.

a) C. 21. C. nuntios 6. de Decim.

b) Werndle L. 2. C. 4.

c) C. cum homines de Decim. S. Thomas Aquin. 2. 2. qu. 87. ad 2.

d) C. nuntios. cit.

40. imo 100. annorum sine contradictione & acquiescentia nullum operetur effectum, etiam possessionis e). Quid? quod earundem exactio ex fructibus in minori quantitate primum plantatis quandam inhumanitatis & avaritiæ notam præ se ferret f). Unde consuetudo aut præscriptio in casu nequaquam allegari potest, cum non fuerint seminatæ in ea quantitate, ut honeste potuerint decimari, nec eo modo, quo fructus alias decimabiles seminantur; sed judicandum de iis erit, quasi fruges istæ nunquam eo in loco seminatæ fuissent; unde recurrendum erit vel ad consuetudinem vicinorum locorum, vel ad jus commune g), eamque doctrinam ESPENII in judicando adoptarit Camera Imperialis *in causa Communitatum Helterсdorff & Wupperich contra Von Hagen.* Quibus porro non immerito adstipulatur, quodsi Decimator statim ab initio plantationis Decimas exegisset, plus impendii, quam compendii habuisset; imo plantatio ejusmodi frugum forsan plane fuisset intermissa. Taceo in arbitrio colonorum alias fore, secundum proprium beneplacitum, si non tenerentur de qualicunque fructu in fundo decimabili plantato Decimas solvere, Decimatorem circumvenire, quod non venit dicendum h). Nec commemoro, requiri hic consuetudinem positivam, non solvendi Decimas, stabilitam actibus positivis, evectionibus videlicet & collectionibus publicis, nullis interim solutis Decimis a Decimatore petitis, a decimandis autem denegatis, Decimatore scilicet Ecclesiastico interim per 40. annos acquiescente ex ante dictis; sic enim exemptio & jus non solvendi Decimas ceu jus negativum acquiritur contra Ecclesiam ob læsionem & juris extinctionem. Sed nonne omne jus per solum non usum amitti potest, adeoque & jus decimandi in hoc vel illo fundo, in his vel illis fructibus ob negligentiam Decimatorum? Respondet D. DE CRAMER i), prout & ego §. X., negative, *idque asserere falsum esse, sed requiri copulative contradictionem & acquiescentiam*, uti dictum k). Quin tamen completa forsan præscriptio de specie ad speciem extendi valeret, siquidem non plus præscriptum, quam posses-

e) TUBINGENS. Differt. de Jur. Decim. univ. §. 13. apud DE CRAMER.

f) Laudat. VAN ESPEN loc. cit. C. 2. de Decim.

g) Cit. VAN ESPEN loc. cit.

h) Vid. die Solmsische Zehend-Ordnung. §. 11.

i) DE CRAMER p. 12. art. 3. §. 22. & 28.

k) REBUFF. q. 14. N. 3. CRAV. conf. 258. N. 16. GUTTIER. sicque decisum in Camer. Imper. in caus. Rdmi Capit. Cath. Spir. contr. Communit. in Birlenbach. subditor. Solm. contr. D. Comitem Solm. apud D. DE CRAMER.

possessum, nec præscriptio locum habet, nisi in illo actu, quo quis fuit usus l).

§. XII.

Insignem quoque fraudandi methodum plures hæredes admittunt, dum agros hæreditarios (idem cum proportione dic de vineis adeo divisis, ut decima, vigesima vel trigesima ohma certis in locis solummodo debita nullibi colligi valeat) inter se ita dividunt, & quasi dilacerant, ut nullus eorum 10. vel 20. &c. mergites suo in agro deinceps colligat, Decimatorque hac prava dividendi ratione nihil aut parum recipiat; unde quæstionis foret, annon Decimatio de agro in agrum facienda? Quod intrepide affirmandum, tum quod id non obscure insinuetur Deuter. 14. a), tum ob Ordinat. Eminentissimorum Archi-Episcoporum Mogunt. JOANNIS PHILIPPI cit. b), LOTHARII FRANCISCI 1712. die 9. August. §. 3. c), quam confirmarunt & innovarunt PHILIPPUS CAROLUS 21. Jun. 1732. §. 3. d), & modernus Eminentissimus FRIDERICUS CAROLUS 4. Septembr. 1751. §. 3. Idem etiam statutum in der Hessen-Darmstädtischen Zehend-Verordnung de anno 1695. §. 7. e) Item in einem Befehl des Ober-Amts Alzey 1676. die 17. Jun. f) Item Pfalz-Zweybrückischer Befehl auf Esenheim ad instantiam Reverendissimi Capituli Metropolit. Mogunt. die 26. Julii 1663. Vet. St. g) Nec deest ratio; hac enim malitiosa dividendi methodo ultra

l) L. 1. §. si quis interdicto. ff. de itin. act. priv. & ibi BART. N. 1. BARB. in C. auditis. de præscript. N. 2. MASC. de prob. concl. 14. & 946.

a) De omnibus fructibus, qui in agro tuo sunt. Vid. Lev. 27.

b) „Daß von einem Acker zum anderen fortzuzehlen ,,,, sie sich nicht schuldig „zu seyn erachten ,,,, wordurch dann die Decimatores wider alle Billigkeit „mehr als ein Drittheil aller Zehenden vervortheilet würden, wann sie absonderlich ein und anderer seinen Acker, so nur 18. Garben trüge, seinen Kindern vertheilte, und von 9. Garben nicht fortzuzehlen schuldig wäre.

c) „Soll von einem Acker auf den anderen gezehlet, und die ohnverzehend gebliebene Garben auf dem anderen Acker aufgerechnet werden.

d) „Soll von einem Acker auf den anderen :c. :c.

e) „Soll alsdann von einem Acker auf den anderen gezehlet, und aufgerechnet „werden.

f) „Von einer zehenden Garb auf die andere, von Acker zu Acker angezehlet „werde, ,,,, zur wohlverdienten Straf um 10. fl. für jede unterschlagene „Garb, beneben Ersetzung des Schadens, worauf die Zehende bestanden :c. :c.

g) „Damit der Zehend richtig abgereichet, von Acker zu Acker fortgezehlet.

a tertiam partem Decimator contra aequitatem defraudaretur (sunt verba linat. JOANNIS PHILIPPI cit.) malitiis autem hominum nihil est in- gendum h); nec etiam commodi quidquam ex malitia sua reportare quis et i). Et sane, quomodo, qui de 8. vel 9. mergitibus nihil solvit, *in- e de omnibus terrae fructibus*, prout & de jure communi & vi Decreti a Vice- nino in Rhingavia L. B. DE BICKEN jussu Archi-Episcopi & Electoris gunt. 1578. die 4. Septembr. promulgati tenetur k), nec non id jam an- BERTHOLDUS Archi-Episcopus & Elector Moguntinus *sub excommu- tione ipso facto incurrenda in ambitiosa cupiditatis filios & oves errantes Deci- s integram non solventes sub obtestatione divini judicii* graviter statuerat, De- as pendere dicendus? Unde, ut Decima *integre* solvatur, de agro in am eodem semine plantatum numerandi sunt manipuli, ac si in uno eo- ique agro fuissent collecti, eo quod & reliqui diversis in agris percepti, aeque fructus terrae, per consequens legi Decimationis subjecti, ac isti l). quid, si ager nullus, ad quem numeratio fiat, porro restet? Dividendi manipuli, qui infra decem sunt, & ligandi ita, ut decem exin fiant m).

§. XIII.

Est & via alia vicina huic fraudandi Decimas animalium, dum quis e. g. plures per annum anseres habuit, circa tempus Decimationi proximum ali- t alienat, aut aliter efficit, ut vix quatuor retineat, sic per tempus subin gissimum Decimatori nullum solvat, hocque agendi modo ille, dum ex 700. capitum grege vix unum decimare valet, jus suum sterile sentire debeat; in casu ut obviet ejusmodi fraudibus Decimator, de anno in annum anno- la & annumeranda sunt animalia, nec non suo tempore completo numero ario de iisdem Decima exigenda; si enim hoc obtineat in numeratione ma- alorum de agro in agrum, cur non & in annotatione animalium de anno in

Hhh 2

) L. 2. sol. matrim. L. in fundo. ff. R. V.

) C. ex literis. de dolo. L. sicui. 38. ff. ex quib. caus. maj.

) Ihren rechten und schuldigen Zehenden ohne Betrug und alle Gefahr zu ge- ben - - - - zu Erstattung des Zehendens, und ernster Straf angehalten wer- den soll.

) C. tua nobis. C. non est in potestate. de Decim. atque ita judicatum in Camer. Imp. in caus. Abbat. Ilbenstad. contra Communit. in Wülffersheim 10. Jun. 1733. & alias.

m) Ordin. Decim. Archi-Ep. de anno 1712. cit. §. 3. & 4. Decret. Palat. 1676. cit.: *Quia de omni fructu terrae juxta S. Scripturam Decima danda.* Hessen-Darmst. Zehend-Ordnung. cit. §. 7.

in annum? Certe jus otiosum, & prorsus inutile cæteroquin, imo nihil h bit Decimator.

§. XIV.

Cum de Defraudantibus solummodo agam, commemorare hic nolo quentatam sæpenumero præclaram, scilicet, Decimas furandi rationem, non pauci carcere aut laqueo plane digni solent uti, dum noctu frumen aut alias fruges spicis excutiunt, Decimatori paleas vacuas & stramen r quentes *).

§. XV.

Sunt Defraudantes, qui, dum agrum aut agros sibi vicinos habent, unum continuo meditantur, ut ex diversis ejusmodi agris, quorum unus alt immunitate a Decimis, majori fertilitate aut bonitate frugum præ alio gau unum quasi efficere possint, totum dein continuum exemptum prætendente mentientes, mergites in alio decimabili vel non æque fertili fundo colle noctu clam ad agros non decimabiles deportant, ac Decimatori eos, qu agris admodum macris creverunt, fructus præbent a), quos sane integra nium manipulorum confiscatione aut alias b) tum in propriam delicti pœn salutarem pro futuro correctionem, tum in aliorum terrorem mulctandos e nullus dubitarem. Ejusmodi deportationem vero summopere prohibuit Or Decim. Hasso-Darmstad. cit. §. 17. c) Et sane non video, quo pacto isti cimas rite & sine fraude, prout de Jure & Ordinat. DANIELIS Archi-E scopi Mogunt. 2da Octobris 1564. d) constitutum, præbeant.

§. XVI.

Nemo (opinor) erit, qui nesciat, quid sentiendum de iis, qui sem manipulos minores Decimatori relinquunt, aut noctu, vel summo mane, sequam Decimator manipulos sibi designatos avexit, mergites non paucos c

*) Vide Constit. Criminalem CAROLI V. art. 167.

a) Prohibitum id in Ordinat. JOANNIS PHILIPPI cit. „und also Vortheil an B und Güte der Aecker suchen.

b) Vid. Formalia des Chur-Pfälzischen Ober-Amts Alzey Befehl cit.

c) „Es solle keiner von einem Acker tragen.

d) „Bey einer nahmhaften Straf den gebührenden Zehenden, wie sie von Rechtswe „schuldig, zu lieferen, indem alle Gefährde und Vervortheilung abzuschaffen.

collecto cumulo capiunt, ac ne quid quoad numerum desit tali cumulo, ex uno diviso mergite binos rara arte multiplicant, paleasque, aut quid aliud mergitibus, ut æqualis sit omnium magnitudo, superaddunt; his ut obviaretur, quam optime ab Eminentissimis Archi-Episcopis & Electoribus Moguntinis LOTHARIO FRANCISCO & PHILIPPO CAROLO §. 8. Ordinat. cit. a), nec non in ORDINAT. HASSO-DARMSTAD. §. 13. iisdem fere verbis constitutum, ne quis de noctu, post campanæ pulsum, agros adeat, fruges vecturus, quodque Decimator relictum sibi manipulum sumere non teneatur b), imo deterioratam ejusmodi Decimam ex aliis compensare possit c).

§. XVII.

Inter alios reperiuntur defraudantes, qui, dum copiosam affulgere messem aut vindemiam conspiciunt, Decimatorem forsan aliunde pressum, aut de rei statu non sat certioratum adeuntes, pulcherrima commenta vix credibili dexteritate ita norunt componere & effingere, ut vilissimo subin pretio copiosissimos Decimarum fructus sibi comparent, quos profecto actionibus eam in rem competentibus Decimator convenire, aut saluberrimo juris remedio, restitutione videlicet in integrum sibi consulere, nequaquam negligat. Vid. DD. *ad tit. de restitut. in integr.*

§. XVIII.

Sunt præterea, qui non tantum in propriis, sed & alienis fructibus Decimatorem ingenti circa Decimas nocumento afficiunt; oves, vaccas, porcos, anseres fructibus & decimis necdum collectis aut avectis in agris pascentes, quod severe prohibitum in ORDINAT. HASSO-DARMSTAD. alleg. a) Idem dic de vineis.

Hhh 3 §. XIX.

a) Keineswegs aber des Nachts oder gegen Abend nach dem Abend-Läuten bey willkührlicher Straf Frucht ablangen.

b) Ordin. Mogunt. cit. §. 5. Die Zehend-Heber nicht schuldig diejenige Garbe zu nehmen, welche ihnen vorgelegt.

c) Ordin. Mogunt. cit. §. 6. Wo aber diese für keine Zehend-Garbe tüchtig, soll von dem Hauffen dieselbige genommen werden.

a) §. 19. „Die Schaaf-Küh-Schwein- und andere Hirten sollen mit dem Viehe „aus dem Feld bleiben, bis die Frucht allesamt heimgeführet. §. 20. Die „Gänse sollen gar nicht in das Stoppelfeld, viel weniger in die Weinberg ge„than werden. §. 21. Sodann wollen wir, daß die Schweine bey Straf ein„gehalten werden, bis ꝛc. ꝛc.

§. XIX.

Et hæc de non privilegiatis, nunc etiam deveniendum ad privilegiatos, hoc est, qui sub colore, aut inani fumo privilegii Decimas magistraliter defraudant; ejuscemodi privilegium falsum inter alia est, quod *Clericus Clericum non decimet*, unde non raro Clerici & Monachi Decimatori Ecclesiastico Decimas denegant, est futili & falsissimo fundamento, siquidem *Episcopus & alius possessor prædiorum Ecclesiasticorum, in cujus parochia prædia sita sunt, decimas prædiales solvere tenetur, idque non tantum de prædiis propriis, sed & de prædiis Ecclesiæ, cum Ecclesia quoque ad decimas prædiales teneatur Ecclesiæ, in cujus parochia prædia sita sunt, etiamsi prædia illa Ecclesiæ pro dote assignata forent* a). Et certe, si Clerici a Parochis ministerium laborum spiritualium accipiunt, aut prædia, quorum onus reale sunt decimæ, intra limites parochiæ possideant, cur decimas detrectent? Nec movet tralatitium illud citatum; hoc enim intelligendum venit de Parochis, qui intra fines suarum parochiarum prædia habent, & inde sibi ipsis decimas non reddunt b).

§. XX.

Est & alius ex privilegio desumptus fraudandi modus, si qui immunitatis a decimis privilegium in Corpore Juris clausum habeant circa prædia, quæ propriarum manuum labore colunt, hancque immunitatem dein in maximum Decimatoris præjudicium & detrimentum extendere velint ad omnia & singula, quæ etiam ut conductores possident; silebo ego, privilegia ejusmodi esse maxime odiosa, contra jus commune, in præjudicium & damnum tertii per consequens strictissime interpretanda a). Loquatur & audiatur CABASSUTIUS b): *Exemptiones istæ (Religiosorum) non extenduntur ad terras, quas præfata Religiones tradunt aliis excolendas in emphyteusin, vel in censum C. Licet. de Decim. veruntamen ut horum privilegiorum occasione Ecclesiæ non graventur, INNOCENTIUS III. in Concilio Generali provide decrevit circa Cistercienses, Templarios & Hospitalarios* (idem tene de iis, qui in omnibus quoad privilegia favorabilia & exemptiones volunt participare) *si quod prædium acquirant post idem ipsum generale Concilium, ut non hac exemptione fruatur, quamvis ab ipsis Religiosis possideatur & excolatur.* Audiatur etiam FABER c), decisum habens in Senatu Sabaudiæ

a) BENEDICTUS DE CAPRA Reg. 98. N. 14.
b) BOEHMERUS J. E. P. h. t. N. 78.
a) ZOËSIUS ad ff. tit. de Constit. Princip.
b) Jur. Canon. Theol. & Prax. L. 2. C. 29. N. 7.
c) In Cod. L. 1. tit. 3. Def. 1.

diæ in causa Franciscanorum contra Canonicos de la Chambre, hoc privilegium ad alios fundos, quam propriis manibus excultos se non posse extendere. Et sane non est ratio extendendi ejusmodi injuriosas (ut ait PETRUS BLESENSIS Epist. 82.) immunitates, olim intuitu *paupertatis* concessas, cum hodie amplissima prædia & latifundia post Concilium Lateranense nacti fuerint, & nanciscantur; unde in totum hodie cessare deberent ejusmodi privilegia, cum cesset eorum ratio d). Non attingam, quod, si ejusmodi privilegia ambitionis potius, quam Religionis instrumenta (ut ait idem PETRUS BLESENSIS) ad fundos quoslibet post Concilium Lateranense tanta in copia acquisitos contra C. 34. *de Decim.* extendere pro lubitu liceret, tota statim Parochia immunis foret. Certe *honestati contrarium, & obvium rationi est, manus extendere ad turpia lucra, vinearum emere multitudinem, ab aliis conducere, de quibus antehac decima solvi solebant, vinum tamen in usus proprios non convertere, ad alias imo Provincias deportare, & decimam subtrahere & auferre*, verba sunt INNOCENTII III. Epist. 85. L. 16. Edit. Bosquet. e).

§. XXI.

Ad memoratum modo abusum quam proxime accedunt, qui privilegia Pontificum immunitatis a decimis adducunt, quæ tamen vel nunquam fuere recepta, vel etiam non producta, in libris tamen impressis audacter venditata; non attendentes, privilegia usu non recepta viribus carere a), ea ceu facti probatione indigere b), & *non probata ejusmodi exemptione sic denegantes decimas contra præceptum Dei agere* c); ea exhibenda, inspicienda, & alleganti non credi d), subversari periculum artificiosæ sub- & obreptionis, ea esse in præjudicium & damnum Decimatorum gravissimum, contra clarissimam juris decisionem e), vi cujus de amodo acquirendis etiam propria manu excultis terris ob gravamen Ecclesiis imminens decimæ sunt persolvendæ; unde bene dicit ZYPÆUS f) ea, scilicet privilegia post Concilium Lateranense Magnum a Pontificibus quomodocunque obtenta, non esse in viridi observantia.

§. XXII.

d) L. Titia 87. ff. de Legat.

e) Vid. VAN ESPEN p. 2. tit. 33. C. 7. ubi hoc de abusu cordate scribit.

a) L. de quibus ff. de LL. KLOCK. Tom. 3. cons. 149.

b) C. 31. de offic. deleg.

c) Laudat. Ordin. JOANNIS PHILIPPI Archi - Episc. ohne genugsamen Beweiß *tituli exemptionis.*

d) C. 7. de priv.

e) C. 34. de Decim. cit.

f) Consult. 8. de Decim.

§. XXII.

Hactenus de injustitiis potissimum circa quantitatem defraudatam admissis, nunc pauca de qualitate subtracta; hanc primo circa decimas animalium illos lædere in aperto est, qui agnos, vitulos, &c. vix heri natos nescio qua alacritate fraudulenta, & præpropera nimis solutione Decimatori porrigunt, nec illos eousque, prout oporteret, alunt & fovent, quousque usui & esui inservire possent *), optime intelligentes, quod, cum retinere sibi eos nequeant in proprium usum, nihil quoque emolumenti ob præsentem interitum in Decimatorem redundare possit.

§. XXIII.

Præclarum œconomiæ exemplar exhibent, qui non ferenda fidelitate & integritate ante actualem anserum, agnorum, &c. decimationem, horum lanam acutissima forcipe, illorum vero plumas avarissimis unguibus tollunt & evellunt; glabratum dein hoc & munus pessimum contra Ordinat. Reverendissimi JOANNIS SCHWICKARDI Archi-Episcopi & Electoris Moguntini in simili casu latam **), uti Cain, Deo, ejusque ministris deferunt.

§. XXIV.

Pares imo superiores modo dictis defraudantibus censendi sunt, qui nihil mali somniantes, id, quod est pejus, minus, deterius, vix semivivum amplius fraudulenta solicitudine Decimatori asservant, solvuntque; sed quid ad hæc Lex vetus a), tum Juris Canonici, Ordinationum Decimarum, nec non Constitutionum civilium auctoritas? Certe, si Canones, prouti hac in materia peccati injustitiæ gravissima potissimum oportet, consideres, decimas *fideliter* reddendas decidunt b), si porro lubeat necessariam movere quæstionem, & interpretationem expetere, quid sit fideliter dare? breviter sine mora dicendum, *fideliter dare decimas esse, ut nec pejus, nec minus de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus &c. aliquando offeratur* c) Idem etiam inculcant laudatæ Ordinationes Moguntinæ DANIELIS,

*) Arg. L. servus. 68. ff. de solut. verb. *Ne datio ex illorum imbecillitate pereat.*

**) De anno 1604. 2. Aug. ibi: Das allerungeschlachteste.

a) Numer. 18. Ecclesf. 33.

b) Can. Quicunque. 16. qu. 7.

c) Can. Omnes Decimæ. 16. qu. 7. Can. Quicunque .cit.

ELIS, JOANNIS SCHWICKARDI d), JOANNIS PHILIPPI &c. &c. inentissimorum Archi-Episcoporum & Electorum Moguntinorum. Conıtiones vero civiles si perscruteris, casum pariter non indecisum dabunt, rd, si in testamento, codicillo &c. equus, bos &c. legatus, testatorque plu- ac unam speciem habuerit, hæredi nil minus sit concessum, quam ut lega- o pessimum quodque aut vilissimum ex rebus legatis præstare valeat, sed id, ıd est ex mediocribus, nec pessimum videlicet, nec optimum solvere lega- o teneatur e). Quodsi ergo hoc in ultimis voluntatibus, earumque execu- ıe, quis dubitabit, id in exsolutione decimarum Deo in recognitionem su- mi in omnia dominii, atque in honestam Ejusdem ministrorum sustentatio- ı, nec non laboris mercedem debitarum a potiori esse observandum; ut ı commemorem, ejusmodi rem tibi debitam a debitore tuo in tali qualitate oblatam certo certius a te non fore assumendam. Et indignum non sit, id e Deo, quod dedignatur homo? f)

§. XXV.

Supremæ vix non omnium classi veniunt annumerandi, pœnisque exem- ribus emendandi a), qui vinum Decimatori offerendum pessima fraude & redibili malitia in granario, aqua, musto, & luto permixtis, vulgo Lenen- ısser, ita callent perficere, ut Decimator vilissimam accipiat mixturam, pes- am tamen medicinam, vinumque aliud, cui ea b. f. affunditur, totum cor- ıpatur. Sane hic quoad omnia vid. Ordinat. SEBASTIANI Archi-Episcopi ıguntini in verbis supra citt. §. 7.

§. XXVI.

Quantæ & quot fraudandi methodi quotidie excogitentur & practicentur, ıntæque exin injustitiæ emergant, sistit hæc in praxi sæpius pessime frequen- ı. Quamplures dantur decimabiles, qui, dum in & ex vindemia vinum ens generosum fore prævident, dolii sui capacitatem solummodo virga men- soria

) Ordinat. cit. verbis: An den allerungeschlachtesten Orten, wo entweder die Trauben nicht zeitig, oder sonsten gegen anderem Gewächs zu viel un- geschlachtet seynd.

) L. Legato generaliter. ff. de leg.

) Can. fin. D. 49.

) Vid. Ordinat. Elector. Mogunt. de anno 1746. contra abusus lata: Die Ge- wissenlose Zehend-*Defraudanten*, nebst gänzlicher Ersetzung des sträflich- Unterschlagenen mit Zuchthaus-Straf angesehen werden sollen.

ſoria, vulgo Viſit: Ruth, explorari pro eo anno faciunt, decimasque nullas reddunt, ſed eo usque differunt, dum ex anni tempeſtate vinum fore ſecundarium, ignobile, aqueum, nullarumque virium intelligunt; quo anno decimas vix non dixiſſem decimarum pro annis ſubin 4. 5. præteritis, & 3. 4. futuris Decimatori pendunt; aſt nondum ſatis fraudum. Ex vineis a ſæculo incultis & jacentibus pendentes botros coëmunt; hos conquaſſatos Decimatori pro decimis deferunt, adeoque hic nil niſi folliculos, vinacea, uvarumque pedes absque muſto (wegen denen verbottenen Weegen) habet; ſunt tamen, qui hac in parte inter defraudantes videri volunt honeſtiores, decimasque ſuas tanta (ſi Superis placet) cum fidelitate præbent, ut vinum ſibi comparent nimia acoris ſui jucunditate labia ac linguam pene dilacerans, lacrymasque ex oculis, velis nolis, ciens, acidiſſimumque hunc fructum, immaturum etiam, & alium plane ab eo, ac ipſi perceperunt a), & dare deberent b), avaro ſatis vultu immemores illius 2. *Corinth. c. 9.* c) & *Eccl.* 35. d), Decimatori offerunt. Sileo illos, qui dolia trium vel quatuor fundorum ſeu diſtinctionum callidiſſime elaborant, in earum medio foramen relinquunt, tempore menſurationis & explorationis vaſorum capacitatis, vulgo bey der Eichung, dum autem muſto complent, reclusum. Æque ſpatioſum fraudandi campum ſibi eligunt, qui capacitatem vaſorum nequaquam explorari faciunt, contra Reſcriptum Eminentiſſimi ANSELMI FRANCISCI 1683. die 1. Octobris f), & Decretum PALATINUM anno 1700. die 17. Septembr. g)

§. XXVII.

Coronidis loco hos & ſimiles, quos adducere poſſem, millenos quotidie de novo inventos abuſus tollendi remedium præter ea, quæ hinc & inde ſparſim jam dedi, ſuppedito, & optimum erit, ſi Dominus territorialis, prouti poteſt a), ſalubres, firmas & ſtabiles Conſtitutiones ferat, eas ſervari ſub pœna quam ſtrictiſſime jubeat, ac in transgreſſores pœnis exemplaribus anim-

a) Carpzov. Jur. Conſ. L. 1. tit. 8. def. 126.

b) Boehmer. loc. cit. §. 80.

c) *Hilarem datorem diligit Deus.*

d) *In omni dato hilarem fac vultum.*

e) *Vindictam Dei hi non effugient.*

f) Die Ladfäſſer und Bütten noch vor Herbſt eichen und meſſen laßen ſolle.

g) Alle Fäſſer und Geſchirre zu eichen ꝛc. Die Zehend-freye Weinberg zwey Täg vor der gemeinen Laß zu leſen.

a) L. B. De Cramer Wetzlar. Nebenſtund. p. 9. a. 2. §. 3.

nimadvertat. Nil etiam prohibet, cur sacrorum Canonum rigor non adhibeatur, dummodo illud majoris mali & scandali metus, aliæque prudentiales egulæ, quas nec Canones spernunt, non impediant, scilicet: si Judex Ecclesiasticus viam regiam a Canonibus præscriptam tenens defraudantes quoscunue etiam Religiosos b) semel, secundo & tertio admoneat; & si nihilominus efraudare perrexerint, in futuram illorum correctionem, aliorumque exemlum pœnam medicinalem a Canonibus constitutam, nullo habito personarum spectu d), nihilque curando calumniosam quorundam linguam, effrænemue in Viros integerrimos, doctissimosque impudenter debacchandi, licentiam equatur anathematis vinculo incorrectos subjiciendo e), ac demum si ita sabriter correpti vivi non fuerint correcti, non restituerint injuste ablatum, destiterint, mortui ad sepulturam Ecclesiasticam non admittantur f). Deque non exiguum querelas circa abusus, imo & ipsos abusus tollendi remeum erit, si Judex sæcularis brachium quoque suum & autoritatem interpoat, circa vindemiam capacitatem doliorum, aliorumque vasorum modio menirari, eichen vulgo, mensurata ejusmodi vasa, prohibitis aliis omnibus, sommodo deinceps in decimatione adhiberi, & ex iisdem decimas solvi dirićte præcipiat g); atque ita judicatum in causa D. Decani & Capituli S. rucis extra muros Mogunt. contra Communit. in Niedersaulheim h). Et uomodo mandata executioni data, perlustret i), imo manu etiam militari ad ecimas integraliter sine diminutione & fraude k) persolvendas, atque ad loca eterminata & portas deferendas, vulgo Pforten-Zehenden l), præcipue si De-

 cima-

b) Clem. 1. de Decim.

c) Synodus Londin. 1175. Can. 13.

d) Ordinat. Decim. SEBASTIANI sæpius cit. in verbis: Vom Adel, Amtleut, Bürger, Innwohner, Unterthanen.

e) Ordinat. Archi Episcopi BERTHOLDI cit. ubi: *Ad decimarum omnium integram solutionem .... sub excommunicationis pœna, quam contra facientes incurrere volumus ipso facto, esse obligatos.* Synodus Londin. cit. C. 15. 21. & 26. de Decim.

f) C. Prohibemus. 19. de Decim.

g) Vid. Ober-Amts Alzey Befehl alleg.

h) L. B. De Cramer loc. cit. §. 5.

i) Rescript. Eminentissimi ad D. Vice-Dominum de BICKEN cit. ibi: Die Zehend-Register von mir mit Fleiß besichtiget. Ordinat. JOANNIS SCHWICKARDI cit.

k) CC. Mog. sub Archi-Episcopo SEBASTIANO 1549. C. 75.

l) Ordinat. JOANNIS SCHWIKARDI cit.

cimator benignissima ex voluntate loco decimæ sibi debitæ, un- vel duodecima velit esse contentus, refractarios compellere poterit, quemadmodum a celsis Dicasteriis juxta Leges & Canones rite procedentibus olim, judicatum, & præjudicium extat in causa Reverendissimi D. Decani, & Vener. Capituli ad S. Victorem extra muros contra quinque Communitates in Rhingavia m). Cæterum plura qui voluerit, consulat SYRING. *prax. aur. jur. decim.* Atque hic Dissertationis meæ, utinam & defraudationum magis quotidie auctarum, esto

FINIS.

m) Vid. D. De CRAMER loc. cit. §. 2.



XIII. JO-

XIII.

JOANNIS RUDOLPHI WILL
Consil. aul. Mogunt. et Universit Mogunt. Profess.

DISSERTATIO
DE
DIFFERENTIA DECIMARUM ECCLESIASTICARUM ET SÆCULARIUM PRÆCIPUE QUOAD ONUS REPARANDI ECCLESIAS.

I.

Existunt in germania complures decimæ originetenus sæculares.

Decimas non paucas in germania dari, quæ originetenus ad fiscum Regium, aut alios sæculares Dominos ut census species spectabant, optime e Diplomatibus ab incunabulis Reipublicæ Nostræ datis licet intelligere. c enim dum CAROLUS M. in DOUBLET *Histoire de St. Denis* pag. 708. onasterium Honaugiense a tali præstatione fiscali eximit, disponendo; quod *llum telonium*, *neque exclusaticum*, *neque decimum*, *neque barganaticum* dare beant; manifestum evadit, viguisse Decimam quandam ut speciem telonei. arius e Diplomate apud HEDAM *de Episcopis Ultrajectinis* p. 39. eruitur obuisse decimam ut speciem Census fiscalis, eamque Ecclesiæ e largitione Regia venisse: nam ibidem CAROLUS M. Ecclesiæ ultrajectinæ ab Antecessoris suis obtenta privilegia confirmaturus ait: *de rebus quas Antecessores nostri psam casam Dei concesserunt, ut omnem decimam de terris seu de Mancipiis aut teloneis vel de negotiis aut undecunque ad partes fisci Census spectare videbatur.* arissime vero idem demonstrant verba in Diplomate LUDOVICI GERMACI apud MARTENE *collect. veter. Scriptor. & Monumentor.* Tom. I. p. 187. æ ita sonant: *Dominus Avus Noster concessit quandam Decimam ad Monastem Altrepia de fisco qui vocatur Neccranva*: quæ verba nullum sane dubium re-

linquunt, quin fuerint Decimæ reales, quæ ad fiscum Regium spectaverint. Consl. Georg. Ludov. BOEHMER erudita Dissertatio *de origine Decimarum in Germania.* Fiscales ejusmodi Decimas perinde ac alias præstationes fiscalinos ad Palatium civitatis vicinæ solvere solebant subditi eousque, donec Regia dispositio aliunde easdem assignaret: colligi id non tantum potest e Diplomate LUDOVICI PII in ECCARD *de rebus Franciæ oriental.* Tom. 2. p. 883. ubi Ecclesiæ Herbipolensi inter alias res ab Antecessoribus suis collatas etiam confirmat, *quidquid Karlomannus sive bonæ memoriæ Pipinus Rex & reliqui Deum timentes homines ad ipsam Ecclesiam delegassent tam in rebus, quam in Marchis ac Decimis &c.* Manifesto rursus indicio, Decimas hic memoratas inter Jura ac præstationes Dominicas, antequam Ecclesiæ advenerant, fuisse relatas; sed multo clarius id intelligitur e Diplomate apud SAGITTARIUM in *Antiquitatibus Magdeburgensibus* §. 72. Ubi OTTO M. assignat *Cryptæ Martyrum noviter fundatæ Magdeburgi omnem decimationem, quam Theutonici vel Slavi ad urbem Magdeburg pertinentem persolvere debent, nec non omnium Theutonicorum vel Sclavorum Decimam ad Civitatem Frosa pertinentia, & illam quam Theutonici & Sclavi persolvere debent ad Civitatem Barlic pertinentem &c.* Breviter reales ejusmodi Decimæ inter Jura Regalia referebantur, & sicut hæc, ita & Decimæ in status Imperii & Ecclesias subinde alienabantur. Id rursus ad oculum demonstrari potest e Diplomate in HARENBERG *Histor. Gandersheim.* p. 672. Ubi huic Ecclesiæ HENRICUS III. concedit *pagum Empnegavi, insuper Decimas, pascua, piscationes in singulis præfatis locis una cum Juribus ceteris Regalibus.* Non minus alii sæculares Domini Decimas ejusmodi reales sive a Regibus obtinuerant, sive ipsi instituebant, deque iis eodem penitus, ac de aliis suis sæcularibus reditibus modo disponebant; ceu rursus e Diplomatibus probari potest: sic CONRADUS Marchio Misnensis in HAHN *Collect. monument. veter.* Tom. 1. p. 77. Confirmat *Decimas de Dominicalibus suis in villa Staril & in Tresgowe, aliasque Decimas quorundam ad præfatum locum pertinentes cum modiis, quas singuli de singulis mansis reddunt, quibus P. Thiemo Comes præfatam Ecclesiam dotavit, Decimasque piscationis de Stagno a piscatoribus in Knosepe* sic, sicut SIGFRIDUS Archi-Episcopus Moguntinus qua Dominus terræterram incultam & montosam prope Rüdesheim excolendam permittens in GUDEN. Tom. 1. Cod. dipl. p. 381. Sibi & suis successoribus reservavit, ut solverent cultores illius *annuatim de Mansis & Jugeribus sub nomine Decimæ quadraginta Carratas vini Pontici;* Ita & anno 1296. OTTO Dux Luneburg. & Brunsw. in novella plantatione terræ prope Harborg ad se pertinere ostendebat Decimas illius novales; nam in Diplomate apud PUFFENDORFF *observat. Jur. Univ.* Tom. 2. append. p. 5. ait: *terram hujus, quicunque fuerint possidentes, omni Jure libere possidebunt, excepta Decima & Judicio, quæ nos tangunt . . . sequitur forma de terra hujus Decima colligenda. In Campis quartus decimus cumulus, qui vyme vulgariter dicitur,* colli-

colligetur &c. Quæ novalis Decima citra omne dubium erat originetenus sæcularis. Plura exempla in cit. BOEHMERI Diss. §. 31. & seqq. memorantur. Decimæ ejusmodi ad Regem vel terrarum Dominos spectantes dicebantur *Decimæ Regales*, *Dominicales*, *Indominicatæ*, & *Salicæ*; Inque has Ecclesiasticis nullum Jus competebat: hinc in Diplomate apud SCHATEN in *Annal. Paderborn.* Tom. 1. p. 177. LUDOVICUS GERMANICUS hoc testatur: *hactenus observatum comperimus, ut Decimæ de Dominicatis Mansis non darentur Episcopis.* Simile ait HENRICUS AUCEPS in GUNDLING *Histor. Henr. Aucupis* p. 310. & OTTO M. dum in GUDEN. Tom. 2. p. 3. Ecclesiæ S. Maximini prope Treviros concedit *Dominicales, quas vulgo Salicas vocant, Decimationes, quoniam essent Regales, & nulli unquam termino Episcopali vel Ecclesiæ subjacentes.* Manifesto indicio, Decimas hasce ad Jura Laicorum spectasse; idquod ipsimet Episcopi non raro agnoscebant. ceu apparet e Diplomate de Anno 1142. in GUDEN. *Sylloge* p. 3. ubi Episcopus Wormatiensis testatur, *qualiter locum in Schonaugia emancipaverit, & immunem fecerit a Jure Census & Decimationis, & absolverit ab omni potestate Laicali.* Quod certe dicere non potuisset, si locus hic Decimis Laicalibus non subfuisset. Unde jam sufficienter puto constabit veritas asserti mei, scilicet dari in Germania Decimas originetenus Laicales.

II.

Sunt quoque in Germania Decimæ originetenus Ecclesiasticæ.

De Decimis Ecclesiasticis in genere, earumque origine hic differere mei non est Instituti. Unde & nequidem tangere opus habeo, quomodo Patres Ecclesiæ præcipue inde a Sæculo V. diligenter instituerint, ut, ubi sufficientes ad personas cultui divino necessarias, ad pauperes alendos, item ad ædificia Ecclesiæ conservanda & reparanda Ecclesiis non suppeterent facultates, omnes & singuli fideles omnium suorum redituum Decimam ad Altare Domini offerre non detrectarent, & quæ sunt reliqua, Decimas generatim concernentia. Unice Decimas Ecclesiasticas Germaniæ hic ob oculos habeo, & ibi observo, non tantum magnam Decimarum sæcularium partem Capellis & Parochiis fuisse assignatam, Episcopis & Ecclesiis donatam, ceu inter alia e diplomate CAROLI CRASSI in GUDEN. Tom. 1. *Cod. Dipl.* p. 2. apparet, ubi testatur, quod LUDOVICUS PIUS *tradiderit quasdam res proprietatis suæ ad Capellam suam in Franconofurd hoc est illam villam, quæ dicitur Pargilla, cum Ecclesia & Decima ad eam pertinente, sicut eam Ruotkerus in beneficium habuit, & illam Ecclesiam ad Biscofesheim cum omni Decimatione cum Mancipiis & terris adeam pertinentibus.* & OTTO II. ibidem p. 12. *Quod medietatem totius Decimæ illius villæ, quæ vocatur Ozzenheim, a fideli Erphone, qui illam in beneficio tenebat, tali tenore liberrime rede-*

redemerit, ut ex nunc tota Decima in Ozzenheim ad Ecclesiam ipsius villæ & ad Præbendam Parochiani perpetuo Jure debeat pertinere; alias Chartas innumeras simile testantes ut taceam; sed præterea non paucæ Decimæ ab Ecclesiis vel saltem in bonis, quorum proprietas ad Ecclesias spectabat, primitus erigebantur; de quo genere Decimarum tanto utilius erit notitiam suppeditare, quo certius est, Capitularia Regum Francorum, quando Decimas Ecclesiis sancte esse persolvendas inculcant, rarissime alias, quam hujus generis, de quo mox sermo fiet, Decimas intelligere. Scilicet ipsa publicæ & Communis necessitatis ac utilitatis ratio impellebat Reges, præcipue belli tempore, ut in defectu pecuniæ reditus assignarent militibus suis. Hunc in finem bona Ecclesiastica militibus ad dies vitæ, ni propria Ecclesiæ utilitas citius revocari suaderet, utenda fruenda concedebant, aut ut ipsæ Ecclesiæ sic in beneficium militibus concederent, præcipiebant. Ne vero hac ratione Ecclesiæ ad incitas redigerentur, prospiciebant, ut tales beneficiati Milites partem onerum Ecclesiasticorum ferrent, simulque annuorum redituum Decimas Ecclesiis accurate persolverent. Discimus hæc e CONCILIO LIPTINENSI in GEORGISCH Corp. Jur. Germ. antiq. p. 491. ubi ita disponitur: *Statuimus propter imminentia bella & persecutiones ceterarum gentium, quæ in Circuitu nostro sunt, ut sub precario & Censu aliquam partem Ecclesialis pecuniæ in adjutorium Exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de una quaque Cassata solidus ad Ecclesiam vel Monasterium reddatur, eo modo, ut si moriatur ille, cui pecunia commodata fuit, Ecclesia cum propria pecunia reinvestita sit. Et iterum si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & rescribatur novum, & omnino observetur, ut Ecclesiæ vel Monasteria penuriam & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præstita fit. Sed si paupertas cogat, Ecclesiæ vel Domui Dei reddatur integra possessio.* Cum quo combinandum Capitulare CAROLI M ibid. p. 1173. quod ita sonat: *De rebus vero Ecclesiarum, unde nunc Census exeunt, Decima & nona sint soluta, & unde antea non exierunt, similiter nona & Decima detur, & precaria ubi modo sunt, renoventur, & ubi non sunt, scribantur.* Beneficiorum ejusmodi Ecclesiasticorum sub Censu & precaria concessorum possessores quando Decimas inde ad Ecclesias solvendas præstare negligebant, sicque plane metuendum esset, ne oblitterata qualitate precaria causam possessionis sibi mutare de facto præsumerent, & hæcce bona Ecclesiastica velut allodia proprietatis Jure sibi & suis detinerent, mox ut opem ferret Rex; institisse Ecclesias patet. E. g. e Diplomate LUDOVICI PII in BALUZ Tom. 3. Miscell. p. 27. ubi dicitur: Clerici „conquesti sunt, quod Nonas & „Decimas, unde necessarios sumptus habere debebant, fideles nostri, qui res „S. Gervasii munere beneficiario possidebant, aut negligenter persolverent, „aut penitus reddere differrent, petieruntque, & suppliciter deprecati sunt „Nos, ut nostra Imperialis potestas efficeret, qualiter secundum antiquam con-

„suetudinem & jussionem Domini & Genitoris Nostri Karoli præstantissimi Au„gusti ac nostram pleniter de eisdem rebus Decimæ & Nonæ partibus præ„scriptæ Ecclesiæ persolverentur, ut villarum nomina, ex quibus Nonæ & De„cimæ ad supra dictam Ecclesiam persolvi debent, in Nostræ Auctoritatis præ„cepto nominatim adscribi præciperemus. „ Confl - Diploma ibidem p. 103. unde & ejusmodi personis, quæ e bonis Ecclesiasticis sive immediate ab ipso principe, sive mediantibus Ecclesiis aut comitibus talia beneficia obtinuerant, solutionem Decimarum sedulo inculcare Reges nostri non desinebant, ceu præter multos Capitularium passus id docet E. g. Diploma LUDOVICI PII in CALMET *Histor. Lotharing.* Tom. 1. probat. p. 297. ubi præcipitur *omnibus, quicunque ex largitione Nostra vel Comitum aut vassorum de rebus Monasterii habent, Nonas & Decimas annis singulis dare non negligant.* Quomodo & in quibusnam Decimæ ejusmodi reales in Ecclesiasticis bonis constitutæ fuerint præstandæ, docet Charta in MABILLON vet. Analect. p. 294. ibi: „Ut de omnibus Con„laborationibus terræ tam fœni, quam & annonæ omnium generum tam de sua „Dominicata, quam & de vasallorum suorum, de vindemiis quoque & perdo„nato, de pastionibus & pascuariis, de Herbaticis & pullis, de piscationibus, „& pastionaticis, id est de glandaticis, de Melle & conlaborationibus, quæ in „hortis fiunt, de nutriminibus animalium & Caseis, qui fiunt vaccariciis Do„minicatis, ac de omnibus redhibitionibus, quæ ab hominibus Ecclesiæ reci„piuntur, censum legitimum & Nonas & Decimas anni singulis partibus Ec„clesiæ absque ulla dilatione reddere, aut minoratione pleniter persolvere fa„ciant; qui negligit censum, perdat agrum, & per hanc auctoritatem vel eo„rum negligentia vel contemtu ipsa perdant beneficia. „ Ex his paucis jam facile colligi potest, Decimas Ecclesiasticas etiam originetenus tales in Germania occurrere, earumque numerum non esse minorem ac ipsa beneficia & precarias in bonis Ecclesiasticis constitutas, antiquis temporibus in Germania frequentissimas. Ulterius novæ subinde pro Ecclesiis constituebantur Decimæ; quando enim Rex in Regionibus nullas proprias terras aut reditus fiscalinos possidebat, interim tamen Ecclesiis recens fundandis de dote esset prospiciendum, provide statuebatur, ut, quo ministri Altaris de Altari etiam vivere possent, Decimæ ad Ecclesias præstarentur; Consilium hoc ad exemplum Juris divini veteris testamenti in terris Saxoniæ & Westphaliæ capiebat CAROLUS M. hinc E. g. LUDOVICUS GERMANICUS in Diplomate apud ECCARD Tom. 2. rerum Francic. p. 398. dicit: „Osnabruggensem Ecclesiam Adriani „Papæ consultu a magno & Illustri viro Karolo primitus in provincia Westfala „fundatam, & a venerabili Egilfrido Leodicensi Episcopo consecratam, & eis„dem Decimis, quia alia ibi tunc temporis non erant Donaria, dotatam. „ Præter hasce Decimas Ecclesiastico-reales aliam quoque Decimam Generalem sibi constitui sub CAROLO M. urgebant Ecclesiastici. Hinc in SYNODO

FRANCKFORDIENSI Ann. 794. Capitulum 23. ita legimus apud GEORGISCH p. 592. „Ut Decimas & Nonas sive Censūs omnes generaliter donent, qui Debitores sunt ex beneficiis & rebus Ecclesiarum secundum priorem Capitularem Domini Regis & omnis homo ex sua proprietate Legitimam „Decimam ad Ecclesiam conferat. Experimento enim didicimus in Anno, „quo illa valida fames irrepsit, ebullire vacuas annonas a Dæmonibus devoratas, & voces exprobrationis auditas. „ Verum iteratas licet pro Decimis his primo nuncupatis sanctiones impetrarent Ecclesiastici, ad posteriorem generalem Decimam tamen non tam facile pervenire poterant, ceu in decursu pluribus apparebit.

III.

Nunquam in Germania omnes decimæ Juris Ecclesiastici sunt effectæ.

Neminem, qui vel obiter in historia versatus est, fugere potest, fuisse tempora, queis omni studio eo laboratum fuerit, ut Decimæ sive originetenus Laicales, sive ex post justo titulo sæcularibus concessæ in meras Decimas Ecclesiasticas transformarentur. Sic notum est, BURCARDUM Episcopum Halberstadiensem omnes Abbatiarum Decimas sibi deberi contendisse, quia Monachi originetenus fuerant Laici. Sic Sæculo XI. Decimæ acriter per Episcopos exigebantur, adeo, ut e. g. Ipse Rex, quo Decimas terris Regalibus constitutas, & Capellis ac Ecclesiis suis appropriatas conservaret, apud GUDEN. Tom. 1. p. 374. *pro redimendis ab Episcopali inquisitione Regalis terræ Decimis 120.* Mansos dare debuerit. Sic dum An. 1060. PETRUS DAMIANI in Italia acerrimum Decimarum vindicem se se exhibebat, mox in Germania An 1062. OTTONEM ORLAMUNDANUM, Decimas ut promitteret, fuisse adactum testatur LAMBERTUS SCHAFNAB. ad hunc annum. Sic Thuringis eandem præstationem injungere spondebat Anno 1069. HENRICUS IV. quam illi etiam mediante transactione in se recipere Anno 1073. Spondere debebant; Cumque turbæ in Saxonia exortæ ansam recalcitrandi mox suppeditarent, idem negotium in Synodo Erfurdiensi An. 1074 urgebatur. Verum hæc omnia sine successu erant, ceu cit. LAMBERTUS SCHAFNAB. enarrat. Neque famosum illud CONCILIUM LATERANENSE de An. 1078. quo sub Sacrilegii crimine statuitur, ut Laici Decimas restituerent, *quas in usum pietatis concessas esse Canonica Authoritas demonstrat*, alium in Germania effectum habuit, quam ut illæ Decimæ, quas antea Ecclesiis concessas, & iis illegitimo ac sacrilego modo fuisse ablatas constabat, Ecclesiis restituerentur; Ceu vel e moribus Thuringicis de Anno 1122. & 1123. colligi potest. Neque effectum in Germania post se trahebant Concilia Ann. 1139. & 1170. a summis Pontificibus habita, & nequidem restitutionem Decimarum olim ad Ecclesias pertinentium ex post

vero

vero juſte alienatarum operabantur; ceu clariſſime patet ex hiſtoria Comitiorum Geilenhuſanorum An. 1186. celebratorum, ab ARNOLDO LUBECENSI lib. 3. Cap. 18. in hunc modum deſcripta: „Imperator curiam generalem „edixit in Geilenhuſen, ubi convenit multitudo Epiſcoporum & Principum. „Et procedens in Concionem ſic omnibus locutus eſt: Rogamus vos ſummos „ſacerdotes & Epiſcopos & Principes, quorum Corda juſtitia poſſidet, ut ani„madvertatis, quæ dico. Compertum forte habetis, quantis adverſitatibus „impetor a Domino Papa, injuſtum eſſe, aliquam Laicam perſonam Decimas „poſſidere, quas manifeſte Dominus his, qui Altari deſerviunt, deputaverit. „Scimus autem Decimas & oblationes ſacerdotibus & Levitis primitus deputa„tas. Sed cum tempore Chriſtianitatis ab Adverſariis infeſtarentur Eccleſiæ, „easdem Decimas præpotentes & Nobiles viri ab Eccleſiis in beneficio ſtabili „acceperunt, ut ipſi Defenſores Eccleſiarum fierent, quæ per ſe obtinere non „valerent, & quamvis hæc pro Prælatis eſſe videantur, non tamen credo, quod „ita facile mutari poſſint, quæ ex longa antiquitate uſus in conſuetudinem ver„tit, imo ipſa conſuetudo a progenie in progeniem tranſcendens quaſi juſta „traditione roboravit. Ad hæc verba ſurgens D. Moguntinus Conradus ſic „locutus eſt: ſine præjudicio melioris conſilii, ſi placet, ſcribatur Domino „Papæ ex perſona Epiſcoporum, in quibus commoneatur, ut ea, quæ ad pa„cem ſunt, vobiscum ſentiat, & juſtitiam vobis in his, quæ juſte ab eo exi„guntur, faciat. Placuit Imperatori & omnibus Epiſcopis, quod dixerat; „& ad voluntatem Imperatoris ſcripta eſt Epiſtola ſignata bullis Epiſcoporum, „& miſſa ad Dominum Papam: „Ex poſt quidem hanc vel illam Decimam ſaltem in feudum ſibi offerri petebant Eccleſiaſtici, imo & in tractu Trevirenſi authoritatem CAROLI IV. ad eundem ſcopum ſibi commodari impetrabant in HONTHEIM *Tom. 2. hiſt. Trevir. Dipl.* p. 170. Verum Jus quæſitum ſibi tam facile eripi ægre patiebantur ſæculares, & hinc non mirandum, dum etiam præcipue ſubſecutis temporibus tam frequentes in queisdam locis Germaniæ Decimas Laicales deprehendimus, ut e. g. Jus Provinciale Saxonicum Decimas maluerit Lib. 2. Art. 58. Inter ſpecies Cenſus Laicalis, quam Lib. 1. Art. 2. Inter reditus Eccleſiaſticos referre. Dum poſt hæc tempora non minus, quam antea deprehendimus, fuiſſe adhuc Decimas ſat multas, quæ ſub liberrima Laicorum Diſpoſitione fuerunt; ceu e queisdam Diplomatibus ſpeciminis loco clarius apparebit. Sic Ann. 1210. Marchio Orientalis Decimas donat Monaſterio in LUDEWIG *Reliq. Mſct.* Tom. 1. p. 26. Similiter Landgravius Haſſiæ An 1284. in GUDEN. Tom. 4. p. 948. Nec non Comes de Zigenhayn An. 12,7. ibid. p. 978. uti Comes de Mansfeld eodem anno in LUDEWIG cit. l. Tom. 5. p. 107. Similiter Marchio Brandenburgenſis An. 1303. ibid. p. 116. Sic Rex Bohemiæ militem inveſtit An. 1320. Decima in SENCKENB. *prim. lin. Jur. feud. append p. 15.* Similiter Dominus de Eppen-

penstein An. 1357. ibid. p. 27. & Dominus de Münzenberg An. 1384. in Kopp *de insigni distr.* p. 438. uti & An. 1403. Dominus de Bickenbach ibid. p. 43. Sic Landgrafius Hassiæ Decimas militi in feudum contulit, hic sub lege de retrovendendo eas cum consensu Domini directi alienavit in alium militem, hic quoque easdem legavit Ecclesiæ, quæ mox Decimas has vendidit civi, similiter Domino directo assentiente; Ceu hæc omnia apparent e Diplomate de An. 1457. in Kuchenbeck. *analect. Hass. collect.* 5. *p.* 89. Sic An. 1577. Decimis militem investivit Imperator in Senckenb. *prim. lin.* p. 116. Alia exempla fere innumera ut taceam; quæ omnia probant, omni ævo in Germania sat magnum Decimarum Laicalium fuisse numerum, quæ sicut alii reditus sæculares sub libera sæcularium dispositione erant constitutæ; unde etiam non mirandum, quando in Germania deprehendimus de iisdem perinde ac de aliis reditibus fuisse olim in Judiciis sæcularibus judicatum, imo quando indistincte decimis perinde ac aliis reditibus applicari videmis principium: Actor sequitur forum Rei, & hinc e. g. ordinationem Electoralem & Archi-Episcopalem Moguntinam de An. 1733. 21ma Febr. ita disponere legimus: Viertens lassen Wir es nicht nur wegen denen Klagen in Zehend-Sachen, sondern auch in Casum reconventionis bey der von Wayland Churfürst Johann Philippsen Christlöblichen Andenkens unter dem 5ten Septembris 1670. ergangenen Verordnung in allem gänzlich und dergestalten bewenden, daß, wann der Beklagte ein Laicus ist, sothane Zehend-Sachen, wie in mehr anderen Catholischen Landen herkommlich, also auch in unserem Erzstifft sowohl in possessorio als petitorio bey unseren weltlichen Gerichten angebracht, und Rechtlich erörtert werden, auch die Geistliche Kläger auf die zugleich gegen sie bey dem weltlichen Richter angestellte wider Klag sich einzulassen, und daselbst den Rechtlichen Ausspruch zuerwarten gehalten seyn sollen. Paucis, non est mirandum, dum in Germania Decimas non aliter ac alios reditus considerari deprehendimus, qui ad sæculares non minus, quam ad Ecclesiasticos pertinere possunt, quique, dum ad sæculares pertinent, pro Decimis sæcularibus sunt habendi. De cujus principii in Germania recepti veritate eo minus erit dubitandum, quo clarius videmus, quod in Documentis aperte distinguantur Decimæ sæculares ab Ecclesiasticis. Sic in Diplomate de 1331. apud Lucium im Bericht vom Adel in Teutsch-Land p. 251. Ulricus Landgravius Alsatiæ feudi lege confert das Dorff bi Richens-Hoven mit Zwinge, Banne Lene-Zehenden &c. Similiter in investitura Murbacensi de Anno 1655. In Fabri Staats-Canzley Tom. 16. p. 523. occurrit der Kirchen-Saz zu Legenheim mit dem Lenen-Zehenden. Quodque Ecclesiastici Decimas mediantibus sæcularibus ad se delatas vel hodienum in qualitate sæcularium Decimarum se se possidere profitentur, ceu E. g. adhuc An. 1756. in speciali Deductione Moguntiæ typis edita Abbatia in Schönthal contra Communitatem in Marlach palam fecit, & ceu ipse summus pontifex Pius II. An. 1459. apud Besold Tom.

Tom. 1. Document. rediviv. Monaſter. Würtenberg. p. 109. innuere videtur, dum Monaſterio Albenſi ſua Jura & Privilegia confirmans hujus Diſcriminis inter Decimas Eccleſiaſticas & Laicales expreſſam mentionem facit in verbis: *vobis & præfato Monaſterio veſtro quascunque Decimas tam Eccleſiaſticas quam Laicales per viam emptionis, Donationis, Ceſſionis, permutationis, ſeu ex piis Legatis aut aliis juſtis modis adquirendi & adipiſcendi, nec non acquiſitas & adeptas per vos retinendi & poſſidenti licentiam & auctoritatem eadem auctoritate concedimus per præſentes.* Manet ergo indubitatum, dari adhuc hodie permultas Decimas ſæculares, adeoque hic omnes Decimas in Decimas Eccleſiaſticas nondum eſſe transformatas.

IV.

Olim erat differentia inter Decimas ſæculares et Eccleſiaſticas, præcipue in puncto reparationis Eccleſiæ.

Hoc diſcrimen jam antiquiſſimis temporibus ſeſe exſeruit; nam Decimæ ad Eccleſias ſpectantes eo ipſo, ac partem redituum Eccleſiaſticorum efficiebant, mox etiam cum iis ut patrimonium pauperum conſiderabantur. In quem finem non raro Decimas expreſſe fuiſſe conceſſas apparet. Vide Diplomata in GUDEN Tom. 1. p. 5. & in GUNDLINGII *hiſt. Henrici Aucupis* pag. 310. Hæc perinde ac alia bona Eccleſiaſtica ad fabricam Eccleſiarum queis ſcilicet Decimæ erant conceſſæ pro parte erant impendendæ. Ita enim *Capitularium L. 7. Cap. 375.* Sonat: „inſtruendi ſunt Presbyteri pariterque admo„nendi, quatenus noverint Decimas & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, „pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia, & non quaſi ſuis, ſed „quaſi commendatis uti debere; de quibus omnibus ſciant ſe rationem redditu„ros in conſpectu divinæ Majeſtatis, & niſi eas fideliter pauperibus, & his „quibus præmiſſum eſt, adminiſtraverint, condemnationem patiendos. Qua„liter vero diſpenſari debeant, Canones ſacri inſtituunt. Scilicet ut quatuor „partes ex omnibus fiant, una ad fabricam Eccleſiæ relevandam, altera pau„peribus diſtribuenda, tertia Presbytero cum ſuis Clericis habenda, quarta „Epiſcopo reſervanda.„ Quando magnates in Capellis ſuis Decimas Dominicas ſive integras ſive pro parte ſuis aſſignabant presbyteris, hi eoipſo ad reparandam eam obligabantur, quia eoipſo Decimæ, quatenus capellæ vel presbyteris erant attributæ, naturam Decimæ Eccleſiaſticæ aſſumebant. Patet id e Concilio Meldenſi de An. 845. C. 75. ibi: *Si Capellas veſtras, presbyteris aut Eccleſiaſticis viris dederitis, & Dominicas Decimas acceperint, ſarta tecta Eccleſiæ & luminaria exinde provideant.* Poſtquam in bonis Eccleſiaſticis Precariæ erant conſtitutæ, bona hæc, utpote facile ex capite indigentiæ propriæ revocabilia, & per mortem poſſeſſoris ad Eccleſiam certo devolvenda adhuc naturam bo-

norum vere Ecclesiasticorum retinebant, unde & eorum possessoribus præt
decimas exinde ad Ecclesiam persolvendas onus Fabricæ reparandæ incumb
bat. Patet hoc non tantum e CONCILIO FRANCKFORDIENSI de An
784. C. 26. in BALUZ *Tom. 1. Capitular. p. 267.* & in GEORGISCH p. 59;
ubi: *ut Domus Ecclesiarum & tegumenta ab eis fiant emendata vel restaurata, q
beneficia exinde habent.* Et CONCILIO MOGUNTINO de An. 813. C. 42
relato in Cap. 1. X. de Eccles. ædif. vel reparand. Sed etiam e Capitular
primo de An. 813. C. 24. *Ut, quisque beneficium Ecclesiasticum habet, ad tect
Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias omnino adjuvent. Et Capitulari Wormat
de Ann. 829. C. 9. & lib. 4. Capit. 40.* Conf. Diplomata in MABILLON *vet
Analect.* p. 293. & in CALMET *hist. Lothar. Tom. 1. probat. p. 297.* vid
THOMASSIN *de veter. & nov. Eccles. Discipl. part. 3. lib. 2. cap. 22.* & seqq
ubi pluribus probationibus hoc thema illustrat. Ex his omnibus igitur sat cla
rum credo erit, eos, qui Decimas Ecclesiasticas percipiebant, aut bona Ec
clesiastica in Precarias habebant, ad Ecclesias reparandas præferenter fuisse ob
ligatos. Alii, qui Decimas Sæculares aut reditus, vel bona non Ecclesiastic
possidebant, ad reparationem Ecclesiæ non specialiter obligabantur, sed tan
tum reditibus & Decimis Ecclesiasticis deficientibus perinde ac ad aliud opu
publicum perficiendum concurrebant. Patet id clarissime ex iis, quæ medita
tione prima adducta sunt, quod scilicet decimæ Regales, indominicatæ & s
licæ nullatenus authoritatem Ecclesiasticam attigerint; cum queis combina
oportet id, quod in MONACHO SANCT-GALLENSI *L. 1. C. 32.* legi
tur, ubi ait: „quod si novæ fuissent instituendæ Ecclesiæ, omnes Episcopi
„Duces & Comites, Abbates etiam vel quicunque Regalibus Ecclesiis præsi
„dentes cum universis, qui publica sunt consecuti beneficia, a fundamentis u
„que ad Culmen instantissimo labore perduxerunt.„ Hoc nihil singulare fuis
se, sed eodem modo circa exstruenda alia opera publica concursum fuisse præ
stitum ad oculum patescit, si conferamus, quod idem AUTHOR scribit i
verbis. „A Majoribus autem laboribus nullus Ducum vel Comitum, nullu
„Episcoporum vel Abbatum excusaretur aliquo modo. Cujus rei testes sun
„adhuc arcæ Pontis Magonciacensis, quem tota Europa communi quidem, se
„ordinatissimæ participationis opere perfecit.„ Queis omnibus jam confici
tur, olim Decimas Ecclesiasticas inter & sæculares viguisse differentiam, præ
cipue, quando de obligatione ad reparandam Ecclesiam quæstio movebatur.

V.

Hodie quoque servatur differentia inter Decimas Ecclesiasticas & sæculares quoad reparandas Ecclesias.

Hic non immorabor generalibus principiis passim a Canonistis ad titu
lum de Eccles. ædific. vel repar. tradere solitis, quod scilicet Ecclesia e pr
pri

priis reditibus, sive hi hactenus pro fabrica fuerint specialiter asservati, sive Parocho ultra suam congruam, sive aliis relicti, debeat excitari. Quodque huc etiam Decimæ Ecclesiasticæ pertineant; ulterius, quod reditibus ejusmodi Ecclesiasticis deficientibus illis de Communitate, qui in Ecclesia sacra participare solent, & sic eis, qui non sunt forenses, hæc obligatio incumbat, quique collatis prorata pecuniis Ecclesiam reparare teneantur. Sed hic tantum observo generali consuetudine Galliæ & Belgii vid. ESPEN. part. 2. tit. 16. Cap. 5. §. 26. & Diœceseos Moguntinæ observante PICHLERO lib. 3. tit. 48. *Summ. Jur. Canon.* n. 4. & nobis quotidie videntibus id pro regula obtinere, quod navis Ecclesiæ cum turri, Campanis & horologio ad onera communitatis pertineat, utpote queis unice navis Ecclesiæ ad necessitatem, turris ad decorem Campanæ, & horologium ad utilitatem inserviunt; contra chorus utpote proprius Cleri locus reditibus Ecclesiasticis unice relinquatur, & quidem quia utplurimum Parochi ultra congruam non multum solent esse beati, refectio & ædificatio Chori unice Decimatoribus imponatur. Verum Decimæ sæculares hic plane in computum non veniunt. Quamvis aliqui Decimatores sæculares pari cum Decimatoribus Ecclesiasticis passu ambulare debere velint, communiore tamen Canonistarum calculo eorum sententia approbatur, quæ Decimas sæculares eatenus immunes pronunciant. vid. ZYPÆUS *Consult. Canon.* lib. 3. tit. de ædificand. Eccles. consult. 1. n. 6. 8. 9. 10. nec non lib. 3. tit. De Parochiis consult. 4. n. 2. ANDREAS VALLENSIS *paratitl. Jur.* Canon. tit. de Eccles. ædific. §. 2. n. 3. CASPAR. MANZIUS *in appendic. Dec. Palatinar.* q. 5. n. 12. usque ad fin. SCHMALZGRUBER *ad Jus Canon.* h. t. n. 56. & 57. PICHLER *ad Decretal.* h. t. n. 5. PYRRHING *eod. tit.* n. 18. NICOL. EVERHARD junior *vol. 2. consil. 35.* & in WERNDLE *tract.* Vom Zehend-Recht *append.* resp. 9. fol. 220. & seqq. quam sententiam etiam facultas Juridica Hallensis in BOEHMER Tom. 1. consultat. responsf. 4. & Tubingensis in SCHWEDERI vol. 2. dispp. in append. approbavit. Nec minus vicariatus Archi-Episcopalis Moguntinus in sententia de An. 1738. Martii 13tia & Anno 1741. 4ta Maji in ESTORS Anfangs-Gründen des gemeinen und Reichs-*Process.* §. 2433. & 2434. Nec non in sententia 20ma Maji 1756. in Causa Appellationis Herbipolensis Abbatiæ in Schönthal contra communitatem & Parochum in Marlach idem principium confirmarunt.

VI.

Sæculares Decimis investiti, eas in qualitate Decimarum sæcularium tenent, adeoque ad reparationem Ecclesiarum non obligantur.

Quando sæcularis a sæculari Decimis est investitus, quod tunc omnis qualitas Decimæ Ecclesiasticæ exulet, vacat dubio; Ast quando Dominium directum

rectum est penes Ecclesiam, tunc potissimum quæstio oriri solet, an tales Decimæ, quousque nexus feudalis perdurat, qualitate Ecclesiastica sint affectæ, nec ne? circa cujus quæstionis resolutionem prævie observandum est, fuisse tempora, queis Prælati pro lubitu circa bona Ecclesiastica versati, easque facillime alienare præsumebant. Præcipue in bonis Mensalibus liberiorem sibi esse potestatem autumantes, substantiam Ecclesiæ citra necessitatem vel utilitatem in suos consanguineos, aut queis favebant, milites, impendebant. Abusui huic frequenter obicem ponere sacri Canones contendebant, nunc enim alienationes rerum Ecclesiasticarum, nunc bonorum Mensalium prohibebant; in specie vero infeudatione Decimarum iis interdixit GREGORIUS VII. in *Caus. 16. Quæst. 7. can. 3.* Verum hæ omnes prohibitiones sicut tantum abusus sui temporis resecare intendebant; ita neutiquam illicitas reddere cogitabant illas infeudationes, queis locupletiores factæ Ecclesiæ, dum Dominium directum vel in Decimas laicales, vel in alia bona hac ratione acquirebant, vel quas ipsa necessitas exigere videbatur; unde pro hujus exigentia non dubitabant Præsules, etiam personas sæculares sicut aliis reditibus, ita & Decimis investire. Aliqua Exempla afferam. Sic dum Dominium directum in varia bona, simulque militem, turbulentis Germaniæ temporibus, Ecclesiis admodum necessarium, acquirere poterat Ecclesia Pataviensis, non dubitavit Episcopus Ann. 1198. in feudum concedere Decimas ad Ecclesiam pertinentes in LUDEW. *Rel. Msct. Tom. 4. p. 211.* Eadem Ratione Conciti Decimas contulit Episcopus Razeburgensis, in HELMOLD *Chron. Slavor. Lib. 1. C. 77.* Sic Decimas ab Ecclesia Monguntina recognovit Landgrafius teste Charta in GUDEN. *Tom. 1. pag. 703.* Sic Milites quidam a Monasterio Hersfeldensi Decimas in feudum tenuerant, ceu patet e charta de An. 1273. apud eundem Tom. 1. p. 111. Sic ARCHI-EPISCOPUS BREMENSIS Ann. 1297. civem investivit Decimis in SENCKENBERG *prim. lin. append. p. 8.* Sic Decimas ab Ecclesia Fuldensi in feudum habuit Dysnasta: prout patet e Diplomate de An. 1304. in GUDEN. Tom. 4. p. 988. & ab Ecclesia Moguntina Comes Teste Charta de Ann. 1312. ibidem Tom. 3. p. 84. Similiter ab EPISCOPO HERBIPOLENSI An. 1431. in LUNIG *Corp. Jur. feud. germ.* p. 1559. ubi & Miles ab Ecclesia Moguntina Ann. 1436. in SENCKENBERG *Cit. L. p. 5. in fine.* pariter Comes ab Ecclesia Fuldensi An. 1462. in SCHANNAT *client. & Fuld. Cod. prob. N. 127.* Hac enim ratione oportebat pacem & defensionem Impetrare Ecclesiis, ubi omne fere jus Germaniæ in manu & bellis privatis, ac spoliationibus consistebat: Et hæc est ratio, cur hodie tot supersint Decimæ, quas sæculares in feudum ab Ecclesiis recognoscunt. Circa Decimas hasce quoad punctum reparandæ Ecclesiæ ita scribit VALLENSIS in *Paratitl. Jur. Canon. Lib. 3. Tit. 48. N. 4. Decimæ feudales in manu Laica existentes sunt plane immunes ab onere reparandarum Ecclesiarum, & ædium Parochialium*

lium; NON TAMEN ILLÆ, QUÆ DOMINUM ECCLESIASTICUM AGNOSCUNT. Cui opinioni non bene pondus addi videtur per hoc, quod olim, qui reditus Ecclesiæ in beneficium acceperint, ad Ecclesiam reparandam fuerint obligati, ceu supra MEDITATIONE 4. vidimus; aliunde vero notum sit, feuda olim dicta esse beneficia vid. E. g. SENCKENBERG *prodr. jur. feud. p. 119.* §. *9.* MASCOV. *de jure feud. C. 2.* §. *4.* BUDER *repertor. jur. publ. & feud. V. beneficium & feudum*; adeoque vasallis ejusmodi Ecclesiasticorum omnino incubuisse obligationem sumptus ad reparandam Ecclesiam suppeditandi. Id quod & hodie rationem videtur habere, dum onus fabricæ etiam secundum Analogiam juris recentioris in specie TRIDENTINI *Sess. 21. Cap. 7.* incumbat reditibus & bonis Ecclesiasticis, & eorum possessoribus, adeoque & iis, qui Decimas Ecclesiæ in feudum tenent. Verum hæc omnia argumenta tanti non sunt ponderis, ut talibus vasallis ejusmodi onus injicere valeant. Ut enim taceam, hoc argumentum probare nimium, dum exinde sequeretur, non tantum eos, qui Decimas Ecclesiæ sub lege fidelitatis tenent, sed quosvis vasallos Ecclesiarum ad reparandas Ecclesias adstringi, quod tamen notoriæ observantiæ refragatur; aliunde cognitum est, quod beneficium non eoipso pro feudo possit reputari. Sic enim constat, apud Romanos jam viguisse beneficia, & fuisse beneficiarios, quin tamen exinde sequatur, in Imperio Romanorum jam feuda & vasallos innotuisse; potius enim magna inter illa beneficia & nostra feuda occurrit differentia, ceu erudite ostendit præfatio ad BOEHMERII *Tomum 3. Exercit. ad Dig.* Similiter etiam tempore Francorum notissima quidem fuere beneficia, & hæc ipsa semina feudorum, quæ ex iis deinceps post An. 1000. enata sunt, continet, Ceu MURATORI in *Diss. de Allodiis, Vassis, Vassallis.* In JENICHEN *Tom. 1. Thesaur. jur. feud.* ostendit. Ast inde nondum sequitur, beneficia Francorum jam fuisse feuda. Potius & hic magnum intercedere discrimen ostendit GEORG. LUDW. BOEHMER in program. *de feudis e Francorum beneficiis enatis.* Præcipue magna inter feuda & beneficia Francorum Ecclesiastica se prodit differentia, si modo consideremus, quod in ante deductis jam fuit observatum, scilicet beneficiorum ejusmodi possessores præter obligationem reparandi Ecclesias, exinde nonas & Decimas ad illam Ecclesiam vel Monasterium, unde beneficium acceperant, dare debuisse; præterea beneficia hæc certo modo fuisse precaria, dum e Capite propriæ indigentiæ ab Ecclesia poterant revocari, denique morte Precaristæ tale beneficium vacasse, nec in ullum ejus heredem transisse. Quæ omnia in feudis etiam Ecclesiasticis longe aliter se habent; horum enim natura non in eo consistit, ut Vasallus reparet Ecclesias, ut nonas & Decimas Ecclesiæ præstet, sed ut fidelitatem exhibeat, Ecclesiam tueatur & defendat, & servitia regulariter militaria, sive castrensia sive extra castrum præstet. Feuda Ecclesiastica, non temporalem tantum ususfructus alienationem, sicut benefi-

cia tempore Francorum, ſed longè firmiorem abdicationem Dominii utilis continent, & hinc nec ex capite indigentiæ Domini directi revocari, nec Deſcendentibus Vaſalli ab Eccleſia eripi poſſunt. Quæ ipſa differentia in cauſſa eſt, cur beneficia hæc tempore Francorum adhuc pro bonis Eccleſiaſticis etiam durante adhuc precaria potuerint conſiderari, cum econtra feudum ab Eccleſia datum durante nexu feudali perinde ac alia res ſæcularis a vaſallo poſſideatur, & ſic omnis qualitas Eccleſiaſtica extincta ſit, & demum in caſu conſolidationis cum Dominio directo reviviſcat. confr. BOEHMER *Tom. 1. Conſult. 4. Num. 161. & ſeqq.* adeoque ſua ſponte conficitur, quod, quia bona ab Eccleſia ſæcularibus in feudum data quousque ut feudalia poſſidentur, non poſſunt ut bona Eccleſiaſtica conſiderari, quod eo ipſo etiam, quam parum ad Menſam Epiſcopalem, ad congruam Clericorum, & ad ſuſtentationem pauperum, tam parum etiam ad fabricam Eccleſiæ a vaſallis ſæcularibus impendi debeant, quodque ſimiliter vaſalli Decimis ab Eccleſiaſtico inveſtiti ad reparationem Eccleſiæ concurrere merito detrectent. Nam (ut bene ait CORPZOV. *in jurisprud. Conſiſtoriali* Lib. 2. def. 347.) *bona feudalia onere contribuendorum Eccleſiæ ſumptuum non debent gravari, cum enim vaſallus ratione feudi Domino directo ſit obſtrictus ad ſervitia, æquum, ut viciſſim ab aliis oneribus quoad feudum eximatur, ne duplici onere gravetur.* Neque in contrarium authoritas VALLENSIS fui usque adeo eſt valitura momento, ut integram hanc juris feudalis & hodierni analogiam queat evertere, hinc potius eatenus prævalebit ſententia a COSTÆ *ad Decretales Tit. de tranſaction. In fin.* dum ait: *Laici decimas in feudum ab Eccleſia datas jure optimo poſſident tanquam res proprias & patrimoniales,* & BARBOSÆ *ad C. 2. de Decimis in 6. N. 12.* ſcribentis: *Decimæ poſtquam in Laicos alienatæ fuerunt, factæ ſunt de ipſorum patrimonio, & uti profana bona cenſeri debent.* Nec non ESPENII *P. 2. Tit. 33. C. 4. N. 380. ſeqq.* ubi ita dicit: *Illud jam pridem hic & in Gallia aliisque partibus invaluit, quod Decimæ infeudatæ a Laicis poſſideantur ut alia bona patrimonialia, idque obſervarunt omnes pragmatici, & notoria praxis ubique confirmat.* Qui etiam in ſubſequentibus bene obſervat Decimas ejusmodi, ſi ſoluto Nexu feudali ad Eccleſias revertantur, rurſus qualitatem redituum Eccleſiaſticorum induere, horumque juribus deinceps eſſe æſtimanda.



XIV. JO-

XIV.

JOANNIS VALENTINI STRAUS J. V. D.

in Academ. Mogunt. Professoris

DISSERTATIO

DE

DECIMIS.

I.

Decimæ seu jus decimandi late sumptum aliud est profanum & mere laicale, aliud Ecclesiasticum, decimæ laicales sunt v. g. dum Domini tem-'ales datis prædiis suis in usumfructum, feudum, vel Emphyteusin loco ›uti, pensionis annuæ, vel Canonis imposuerunt decimam vel aliam partem ꝭtuum pendendam, aut quas per speciem Collectæ seu contributionis indi- unt subditis suis: huc etiam referri potest jus illud decimandi de quo fit atio *in l. 3. C. de Metallariis*, ubi nempe præcipitur fisco, nec non etiam mino fundi, in quo saxa vel metalla inveniuntur, decimas saxorum & me- orum solvi, ast de his non est intentio impræsentiarum agendi, sed de Ec- iasticis.

II.

Decimæ itaque Ecclesiasticæ sunt quota pars fructuum tam terræ, quam rum rerum Deo in recognitionem universalis dominii debita & Ministris lesiæ ob Ministerium Spirituale persolvenda: *Engels ad decretales tit. de de is n. 1.*

III.

Decimas has Ecclesiasticas originem habere ex jure divino, Communis resolutio, a Deo enim institutæ fuerunt, & olim saltem sub veteri lege ceptæ, Deus enim optimus Maximus *Exod. 22.* præcipit eas solvi. *Decimas uit & primitias non tardabis offerre. Et leviticorum ult.* ibi, *omnes decimæ terræ*

 sive

five de pomis arborum five de frugibus domini sunt, & illi sanctificantur. item Num. 18. Cum Sacerdotibus, qui & ipsi erant ex tribu levi, dedisset Deus omnia primitiarum jura, levitis concessit decimas omnium fructuum, summo vero Sacerdoti decimam decimæ levitarum: & hæc quoad decimas prædiales; quoad personales vero habetur *2. Esdra 10. Levita decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum.*

IV.

Decimæ aliæ sunt prædiales quæ ex fructibus prædiorum debentur, ut de vino, frumento, oleo, pomis, fœno & similibus terræ fructibus, personales vero quæ ex proventibus propria cujusque solertia & industria quæsitis, ut de negotiatione, artificio, & similibus solvuntur: sed de personalibus decimis inquit *Layman in Theologia Mor. lib. 4. Tract. 6. cap. 1. n. 4.* Sollicitos nos esse non oportet cum eæ ferme ubique per desuetudinem abolitæ sint: Mixtas constituunt, alii eas, quæ partim ex industria humana v. g. in pascendis pecoribus adhibita partim ex natura proveniunt, E. g. ex animalium lana, lacte, butyro, ovis &c. alii vero eas ad prædiales & quidem non inepte referunt, tum quod non nisi in prædiis animalia ejusmodi haberi possint, tum quod plus in illis natura quam industria operetur, tum denique quod etiam in frumento & vino magna hominum industria requiratur & tamen has prædiales esse nemo sit, qui dissentiat.

V.

Solent præterea decimæ prædiales dividi in majores & minores seu minutas, Majores sunt, quæ ex frumento, vino, & oleo aliisque ejusdem generis penduntur, minores vero seu minutæ, quæ ex horto & partu animalium præstantur.

VI.

Magna fuit inter antiquiores DDres præsertim Theologos & juristas controversia, an decimæ in lege gratiæ debeantur ex jure divino, an vero ex jure Ecclesiastico, illis sustinentibus eas esse juris Ecclesiastici, his vero juri divino eas adscribentibus: missis vero argumentis pro & contra, placet sententia *Maximi illius & Consultissimi Theologi, Joannis a Turre-cremata Cardinalis, qui utramque & Theologicam & juris utriusque scientiam cum summa Laude Professus est, quique in Cap. revertemini: n. 5. & 6. Cauf. 16. qu. 1.* cum quæstionem proposuisset, an decimæ sint de præcepto, an de Consilio? Sentit cum *Alexand. Alen. & Sancto Thoma*, ac decidit, quoad sustentationem Ministrorum sive quoad substantiam esse præceptum divinum de iis solvendis, quoad quantitatem vero seu determinationem esse præceptum Ecclesiæ: huic sententiæ quo-

que

que præter *Zerolam Theologiæ pariter & Juris Utriusque Doctorem de utraque facultate bene meritum in sua praxi Episcopali verbo Decimæ* adstipulatur *Petrus Moneta Sacræ Theologiæ etiam ac jurisprudentiæ Laurea donatus in Tractatu suo de Decimis Cap. 1. qu. 2. n. 28.:* nos quoque huic ultimæ tanto libentius subscribimus cum juri conformior videatur, & omnes passim recentiores Canonistæ idem accedant.

VII.

Debentur autem Decimæ de jure de omni frumento, ut est triticum, siligo, hordeum avena &c. item de vino, fructibus arborum, de leguminibus, de fœtu pecorum, & de reliquis bonis *Cap. 3. Cap. 21. & 22. x. h. t.* taliter etiam, ut si ager aut hortus bis vel pluries in anno ferat fructus, toties solvendæ sint Decimæ, quin & si diversa semina in eodem spargantur agro: *d. Cap. 21. h. t.* & quidem Decimæ hæ debentur integræ, sive cum integritate, id est sine deductione seminis & expensarum text. *in Cap. 26. & 28. h. t.* in plurimis tamen locis de pomis, pyris aliisque arborum fructibus, item in aliquibus locis de fœtibus animalium de consuetudine solvi non solent, estque talis consuetudo in Materia decimarum attendenda *Cap. 8. Cap. 20. & 32. h. t. & alibi passim.*

VIII.

Decimæ regulariter Parochiali Ecclesiæ debentur, & ita quidem, ut si Parochus cum Collegio Canonicorum, Monasterio, clerico vel laico, super perceptione decimarum contendat, Parochus non cogatur jus suum probare, quia fundatam habet intentionem in jure, ex quo præsumitur, quod Decimæ ad eum pertineant, nisi adversarii contrarium ostendant, *cap. 29. & 30. h. t. cap. 2. de restit. spoliatorum in 6.* imo quamvis alias spoliatus ante omnia restituendus, attamen is qui aliquandiu id est modico tempore decimas possedit, spoliatus a Parocho super decimis non restituatur, nisi de jure suo plene docuerit: *d. cap. 2. de restit. spol. in 6.*

IX.

Præfata autem juris assistentia etiam opitulatur Collegiis Canonicorum, & Monasteriis, si iis Parochiæ incorporatæ sint, tunc etenim quoad decimas Collegia & Monasteria habentur pro Parochis & contra quoscunque intentionem fundatam habent jure parochialitatis. *Rot. Rom. post Tambur. de jure Abbatum decis 102.*

X.

Si parochiæ non sint distinctæ, cum tota Diocœsis sit parochia Episcopi *cap. omnes Basilicæ caus. 16. qu. 7.* Decimæ pertinent ad Episcopum: itemque

 si præ-

si prædium in alicujus Parochia non sit situm *Moneta: in d. tract. cap. 7. n. 9. & seqq.* secus vero si locus esset intra duas parochias, sed ignoretur, sub qua sit, nam tunc non deberi Episcopo, sed potius inter utramque parochiam dividendas esse *post Abbatem in cap. quoniam x. de decimis* suadet *Moneta cit. loc. n. 11.*

XI.

Sed quid si aliquis in una parochia percipiat Sacramenta, in alia vero sua prædia colat? Quoad decimas personales definitum est *in cap. 20. x. h. t.* quod debeantur parochiæ, in qua Ecclesiastica percipiuntur Sacramenta, quoad prædiales autem *in cit. cap. 20. necnon cap. 18. h. t.* dicit Pontifex ad consuetudinem esse recurrendum, qua in contrarium cessante *juxta gloss. in cap. fin. de paroch. vers. prædiorum: & in cap. 20. h. t. versu consuetudo: nec non in cap. 18. eod. tit. vers. diversæ.* de jure communi illi Ecclesiæ debentur, sub qua prædia sunt sita, & hoc passim ubique observamus

XII.

Decimas novalium quod attinet, alia sunt novalia proprie, alia improprie dicta: proprie dicta sunt locus omnino sterilis ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset: *cap. quid per novale 21. x. de V. S.* improprie autem dicta novalia dicuntur, si in locum ante cultum novi fructus inserantur, itemque modus culturæ mutetur v. g. si loco frumentorum serantur olera & legumina si ager, convertatur in vineam, pomerium, aut pratum, & vice versa, vel etiam terra præcisa, quæ anno vel aliquibus annis cessavit *d. cap. quid per novale.*

XIII.

Novale improprie sumptum ex mutatione culturæ vel seminis ad rem nil facit, mutata enim culturæ vel seminis qualitas non mutat substantiam decimarum, *cap. 4. x. h. t.* adeoque manent ejusdem qui ab ante decimas percipiebat, & locus semel decimabilis semper decimabilis manet, *per text. cap. 30. h. t. & d. cap. 4.* decimæ autem novalium proprie dictorum competunt parocho loci intra cujus fines exurgunt. *cap. quoniam 13. x. h. t.* Si vero in loco nullius parochiæ. v. g. aliqua sylva, quæ pro finibus utriusque loci habebatur, tunc ad discretionem Episcopi a Deo sibi datam pertinet, cui Ecclesiæ deputare, aut etiam sibi retinere velit, *per Text. dict. cap. 13.* quæ tamen discretio non injuste regularetur, si juxta consilium *Moneta in cit. tract. de decimis cap. 4. n. 54.* cessantibus aliis motivis particularibus divideret inter utramque.

XIV.

XIV.

Præmissa quod novalia competant parocho loci, ampliantur, ut id etiam tineat, licet in eadem parochia alii decimas ex præscriptione, consuetudine l privilegio aut infeudatione obtineant *cap. 29. h. t.* qui textus tamen semet um limitat, nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostentur, per quam appareat novalium ad eas decimas pertinere.

XV.

Inter ejusmodi causam rationabilem in terminis præscriptionis primo cen-i potest, si decimæ præscriptæ sint intra certos limites certi prædii & aliqua rs ejusdem prædii inculta, ad culturam redigatur, maxime si pars illa mi-r sit, 2. si præscribens præter jus ordinarium decimandi insuper præscri-onem juris percipiendi decimas novalium probare possit, demonstrando lelicet, quod hactenus de exurgentibus novalibus semper solitus fuerit deci-s accipere; quæ tamen præscriptio, si resultet ex diversis actibus respectu ersorum, videtur potius assumere naturam consuetudinis.

XVI.

Quemadmodum laici decimas ex antiquo, etiam ex concessione in feu-n percipientes, decimas novalium usurpare aut sibi de jure arrogare non sunt *text. in cap. 25. vers. nec occasione.* ita quoque Ecclesiastici decimas cum sensu Episcopi de manibus laicorum juste detinentium, *juxta cap. 7. de his fiunt a prælatis* acquirentes non poterunt ex hac translatione decimas nova-n petere, sicut nec ipsi laici potuissent *text. in cap. fin. de decimis in 6.*

XVII.

In terminis privilegii Ecclesiasticis concessi autem absque dubio causa onabilis contra parochi intentionem erit, si collegio vel Monasterio ejus-li Privilegium cum incorporationis jure fuerit concessum, tali namque ca-Collegium vel Monasterium, uti supradictum est, censetur loco parochi, is o qui administrat Sacramenta non est nisi vicecuratus: cessante autem in-poratione pro causa rationabili adhuc haberi poterit, si privilegium conti-t verba ampla & favorabilia, ex quibus colligi valeat mentem privilegii se ndere etiam ad novalia *cap. 27. x. de decimis.*

XVIII.

Cessantibus ejusmodi causis rationabilibus juri ac æquitati magis conso-ı videtur, quod privilegium percipiendi decimas non extendatur ad nova-lia,

lia, privilegium namque eſt reſtringendum, quatenus concernit præju tertii *cap. 16. de privileg.* & ad futura privilegium non extenditur *Clem de reſcriptis* nec eſt intentionis concedentis, voluiſſe concedere decimas lium & omnino privare Eccleſias Parochiales omnibus decimis, quibus ſignatæ erant a Dyoniſio Papa. *cap. Paſtoralis 9. x. de his quæ fiunt a p* ultra autem concedentis intentionem privilegium non eſt extendendum *c x. de reſcriptis*, eſtque non ſolum ſummæ æquitatis, ut ſi parochialis p veteres, quod ſaltem novales habeat, ſed inſuper eſt odioſum, quod quispiam habeat decimas in aliena Parochia *cap. 2. de reſt. ſpol. in 6.* de namque uti ſupra dictum de jure communi proprio curato, aſt odia ſt ſtringenda *per cap. odia 15. de R. J. in 6.*

XIX.

Decimas præteritas non ſolutas parochus poteſt petere ab empto poſſeſſore ſalvo regreſſu contra venditorem *arg. l. 7. ff. de public. & l. de jure fiſci*, ubi deciditur fiſcum ob non ſoluta tributa novos poſſeſſore venire poſſe, quod argumentum tanto potius procedit, cum decimæ quam tributa privilegiatæ ſint, & ante hæc perſolvi debeant, *cap. 33. h.* bertatem tamen ſeu electionem habet Parochus contra emptorem vel ve rem, prout magis placuerit & utilius viſum fuerit, agendi, ne id quod vorem Eccleſiæ introductum eſt, in ejus odium retorqueatur.

XX.


Suppono regulariter jus decimandi tanquam ſpirituale non poſſe c tere laicis, ideoque eos eſſe juris illius incapaces *optim. text. in can. placu Cauſ. 16. qu. 3. & can. decimas 1. cauſ. 16. qu. 7. nec non cap. 7. x. de pra & cap. 17. h. t.* ex hinc fluit, quod nullo unquam tempore dominium dir decimarum præſcribere poſſint, ubi enim adeſt incapacitas juris, nec pe memorialem acquiri poteſt, prætermittendum tamen non eſt, quod ſi laicus poſſederit decimas per tempus immemoriale, maxima ſit præſump tuli vel ex privilegio vel ex infeudatione ante Concilium Lateranenſe acq quin autem Papa alicui Principi vel etiam alteri laico ex ſpeciali privil vel in feudum decimas ſeu jus eas percipiendi concedere valeat, non d mus eum *Engels ad decret. h. t. n. 22. Moneta cap. 5. n. 83.* & pluribus il latis: nec tamen ex hoc inferes, quod ergo laicus idem jus ſaltem ten immemoriali præſcribere veleat, cum tempus immemoriale vim privileg beat, nam id fallit, ubi adeſt incapacitas in poſſidente.

XXI.

Immunitatem ſeu exemptionem a ſolvendis decimis acquirere poſſunt
ım laici quam clerici, PRIMO per Privilegium *text. in cap. 3. & cap. 24. x.*
. t. SECUNDO per conſuetudinem *cap. 8. & 32. in fin. h. t.* TERTIO
er præſcriptionem. *cap. 4. x. de præſcript.* & denique QUARTO per contra·
tum ſeu conventionem, ſuper decurſis quidem ſine conſenſu ſuperioris, ſuper
ıturis autem alias non quam aſſenſu ſuperiorum firmatam *cap. 2. & cap. 8. x.*
e transact. & d. cap. 3. h. t. intelligenda tamen hæc erunt, juxta dicta in *th. 6,*
t decimæ quoad ſubſtantiam non tollantur.

XXII.

Cauſa Decimarum, ſi petitorio agatur, ad judicium Eccleſiaſticum per-
inet, *cap. 25. h. t. & cap. 2. x. de judiciis,* ſi vero agatur in ſolo poſſeſſorio
ıdicio, e. g. ſi parochus vel alius Eccleſiaſticus conveniat laicum interdicto
dipiſcendæ retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis, aut quæratur an decimæ
ne fraude & integræ ſolutæ ſint. &c. nonnullorum eſt opinio hanc cognitio-
em eſſe mixti fori & etiam ad laicum judicem pertinere, de quo tamen judi-
ium noſtrum ſuſpendimus.



XV.

JOAN. FRANC. JOSEPHI HEINR. DE GRASMANNSDORFF,

Consiliarii aulici Bamberg. & Reverendiss. Capituli Consulentis.

DISSERTATIO

DE

DECIMIS PER LONGISSIMUM TEMPUS IN AESTIMATIONE PRAESTITIS.

§. I.

Nostri, quod impraesentiarum tractandum nobis sumpsimus, argumenti ratio non patitur, vt de Decimis in genere prolixius agamus. Hinc ne alienos Doctissimorum Virorum circa hanc materiam labores recoquere videamur, perpauca praemonenda duximus.

§. II.

Vt tamen omnia in suo fiant ordine; Decimas, prout hodie passim obtinent, definimus, quod sint pars decima omnium quorumcunque fructuum ex introducta consuetudine, subsequutaque expost lege ecclesiastica, ecclesiae ministris quolibet anno soluenda.

§. III.

Non equidem ignoramus, plures DDres eius fuisse sententiae, decimas iuris diuini existere, quorsum & nonnulla iuris Canonici capitula respexere. Verum enim vero, si rem penitius intueamur, decimae, quatenus decima pars sunt, ad summum nonnisi exemplariter iuris diuini dici possunt; id est, ad exemplum decimarum veteris Testamenti, primitus magis vsu, vrgentibus dein potissimum Regum Capitularibus, specialiter denique superueniente iuris Canonici dispositione sunt introductae.

§. IV.

§. IV.

Rationes quippe iuris Mosaici ita comparatae sunt, vt clero nostro mi-conueniant. Erant leges de decimis iudiciales, statui iudaicae reipublicae ommodatissimae, & suo modo ceremoniales, Leuitis porro ex singulari pror-ratione, quod in diuisione terrae sanctae cum aliis vndecim tribubus quo-praedia & possessiones partem non haberent, adplicatae, per consequens noua lege penitus abolitae

ixta APOSTOLVM *ad Galat. III. v.* 25.

§. V.

E sacris litteris autem mandatum, decimas in noua lege soluendi, erui um potest, nullum de certa quantitate soluenda praeceptum extat; quum us historia ecclesiastica abunde testetur, per prima quinque secula decimas tas non fuisse. Illa enim domorum agrorumque cum magno feruore ab esia Hierosolymitana facta distractio eum non habuit finem, vt congesta edes Apostolorum pretia sane ingentia stipendia quasi existere, aut deci-um rationem prae se ferre debeant: neque Apostolus ad copiose seminan-ı mundanas diuitias catechizandos

2. *Cor.* 9. *v.* 6.

x causa incitare videtur, vt tantum detur Verbi praedicatoribus, quum magno non essent in numero, vt facillime sustentarentur, vtpote paruo entissimi; sed vt pauperes in longinquis etiam prouinciis leuari possent,

Conf. *Act.* 11. *v.* 29.

ide vero, vt corruptibiles illae diuitiae incorruptibiles in beata demum ia thesauros hilaribus hisce datoribus procurare valerent.

Vid. *Philipp.* 4. *v.* 17.

§. VI.

Nullae igitur, tempore Apostolorum, notae erant decimae, sed pre-n praediorum in Iudaea venditorum, ad fouendos egentes acceptum, sine is prout cuique opus erat, diuidebatur, omniaque existebant communia.

Act. 2. *v.* 44. 45. *& act.* 4. *v.* 33. 34. 35.

In seculis vero primis, Apostolorum tempora subsequentibus, varie dem varii Sancti Patres tam in Orientali, quam Occidentali ecclesia fideles

 ad

ad largiſſime dandum exhortati fuerunt, non tamen vt praeciſe decimae iudaeorum more pendantur,

(CYPRIANVS ait: "At nunc de patrimonio nec decimas damus; „in Ladou. THOMASSIN. *de vet. & nou. eccleſ. Diſcipl.* T. III. L. I. C. II. §. 3. c. f.)

vt potius totum cum alacritate detur. Illud quippe fuiſſe ſeruitutis legis Moſaicae, hoc autem eſſe libertatis Chriſtianae innuebant.

(Sanctiſſimus Antiſtes & Martyr IRENAEVS L. 4. c. 34.)

Quare quae dein Chriſtiani ad ſuſtentationem Cleri & pauperum largiebantur, merae eorum liberalitati attribuendum, monita vero Patrum pro teſtimoniis de praxi ſolutarum eo tempore decimarum minime reputanda eſſe ducimus.

§. VII.

Vero itaque magis conuenire credimus, decimas primum ſeculo ſexto in Concilii Matiſconenſis II. Canone 5. expreſſe praeceptas fuiſſe, quanquam ibi Patres, antiquorum quorundam Patrum doctrina forſan decepti, obſeruantiam olim vniuerſalem in ſoluendis decimis obtinuiſſe adſtruant, Chriſtianos omnimodi circa hanc ſuam obligationem neglectus arguentes. Audiamus, prout ſonat, textum: „Leges diuinae conſulentes Sacerdotibus ac Miniſtris „Eccleſiarum, pro hereditatis portione omni populo praeceperunt, decimas „fructuum ſuorum ſacris locis praeſtare, vt nullo labore impediri, horis legi„timis ſpiritualibus poſſint vacare miniſteriis. Quas leges Chriſtianorum con„geries longis temporibus cuſtodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim prae„varicatores legum, pene Chriſtiani omnes oſtenduntur, dum omnes, quae „diuinitus ſancita ſunt, adimplere negligunt. Vnde ſtatuimus, ac decerni„mus, vt mos antiquus a fidelibus reparetur: & decimas Eccleſiaſticis famu„lantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes, aut in paupe„rum vſum, aut in captiuorum redemptionem praerogantes, ſuis orationibus „pacem populo ac ſalutem impetrent.„ Hoc porro ſtatutum Concilii, licet prouincialis, ſucceſſiue per vſum magis vniuerſaliter receptum fuit, eaque laudabilis in pauperum, captiuorum, Clerique leuamen introducta conſuetudo ſeculo demum octauo, a brachio ſeculari, maximum robur obtinuit, quum frequentiſſima in Regum Francorum Capitularibus de decimarum ſoluendarum impoſita neceſſitate inueniamus documenta.

Conf. THOMASSINUS loc. ſup. cit. C. VII.

§. VIII.

Hisce de decimis soluendis latis sanctionibus posthac & aliae plurium Conciliorum, & specialiter iuris Canonici, quod per modum tributi decimas offerre iussit, subsequutae sunt dispositiones. Capitulum

26. *X. de Decimis*

enim clare adserit: „Si ad DEUM . . . debitum respectum haberent, *ius eccle-„siasticum* diminuere non contenderent, nec decimas, quae *tributa sunt egentium „animarum* praesumerent detinere.„ Optime autem obseruat

SCHATENIVS *in annal. Paderb. ad ann.* 1295. *p.* 11. *p.* 181.

veram decimarum in Germania introductarum rationem ab antiquo fuisse, quod ecclesiis eo tempore, quo in Germania decimae inualuerunt, tot opimi reditus defuerint, vt clerici quoad maximam partem decimis & oblationibus viuere debuerint.

§. IX.

Quemadmodum igitur ex dictis liquet, legem illam iudicialem & ceremonialem veteris Testamenti de decimis ab ecclesia denique iterum reassumptam, nullum vero a Christo Domino praeceptum datum fuisse, immo in prima ecclesia decimas non obtinuisse: ita prono alueo fluit, decimas in nouo Testamento iuris humani esse. Vnde & palam consequi necesse est, ius illud decimandi ab ecclesia in alios transferri, aut priuilegiis summorum Pontificum abrogari posse.

Cap. 10. 11. & 12. *de decim.*

§. X.

Ad diuisionem decimarum progredimur, quae aliis vel *praediales & reales*, vel *personales & industriales* dicuntur. Illas quidem ex fructibus praediorum, has ex lucro, humana potissimum industria quaesito, deberi adserunt. Verum enim vero quum decimae personales hodiernis moribus ab vsu pene vniuersali recesserint, merito illa diuisio hodie reiicitur.

§. XI.

Sunt itaque omnes decimae praediales siue reales, magisque congrue in *antiquas & nouales* dispescuntur. Illae antiquitus pendi solebant, siue ab antiquo retentae sunt; hae vero ex fructibus fundi, qui demum nouiter in formam agri est redactus, vt vt non absolute incultus fuerit, praestantur. Circa

poste-

posteriores, cuinam debeantur, Authores multi multas instituunt altercationes. Plurimi nouales decimas ad regalia referunt, proinde ad Principes ex iure territorii spectare adserunt. Alii etiam eo procedunt, vt nobilibus vi iurisdictionis easdem adstruant. Decimatori generali illas adiudicant alii. Alii denique eas parocho competere defendunt, nisi decimator generalis rationabilem causam, e. g. percepti iam antea ex incultis hisce locis emolumenti, aut fundi pro medietate iam culti & decimabilis, ne idem fundus diuerso iure veniat, adducere valeat; cuius sententiae fautores

Cap. 29. *&* 31. *X. de decim.*

non tantum, sed & ipsam instrumenti Pacis Osnabrugensis sanctionem,

Art. V. §. XV. (47.) Ibi: "Inter coeteros &c.

ad *ius commune* circa decimas ex bonis noualibus prouocantem, in patrocinium causae adferunt.

§. XII.

Subdiuiduntur decimae antiquae in *ecclesiasticas* & *laicales* seu *dominicas*; illaeque rursus sunt vel *stricte ecclesiasticae*, vel *minus stricte tales*; omnes vero sunt vel *maiores*, der große Zehend, vel *minores*, der kleine Zehend, (ad quas & carnaticum, den Fleischzehenden, passim referunt,) ex locorum consuetudine optime decidendae. Decimae *stricte ecclesiasticae* ex primaeua sua institutione tanquam stipendium propter spiritualia ministeria ministris ecclesiae exsoluuntur. *Minus stricte ecclesiasticae* pro sustentatione ministrorum ecclesiae, ratione originis quidem, institutae, a titulo spiritualis officii tamen, mediante authoritate legitima, separatae laicis quoque personis tribui consueuerunt. Demum decimae *laicales* siue *dominicae* sunt census, iure dominii constituti, a potestate ecclesiastica neutiquam descendentes; quae etiam ab alio seculari patrimonio non distinguuntur.

§. XIII.

Magnus hic nobis loquendi campus sese aperiret, si in dicendo longiores esse, variosque titulos, quibus decimae, primordialiter ecclesiis debitae, ad laicos transierint, recensere vellemus, adducendo prolixius dispositiones Regum Francorum, qui, necessitatibus publicis ducti, praedia ecclesiastica vna cum decimis, militibus iure beneficii distribuerunt; referendo insuper facta episcoporum, qui vel decimas potentioribus laicis, ex publica necessitate, vt ecclesiae vasalli militesque euaderent, in feodum dabant, vel videntes, quod potentiores bona Ecclesiastica quibusuis artibus ad se rapere studerent, decimas iis dimittebant, malentes amittere dimidium, quam totum.

§. XIV.

§. XIV.

Verum haec sufficiant, ne nostra nimium excurrat dictio. Ad thema no-strum propius accedentes, obseruamus, consuetudine passim in patria nostra ntroductum esse, quod decimae in campis recipiantur, illaeque separatae a ecimatoribus von den Zehendherren, suis expensis domum auehantur. Quibus acommodis & sumptibus detractionis vt quidam parcant, certumque annuum ibi reditum nouerint, decimas pro certa pensione annua decimariis, den Ze-hendpflichtigen, relinguunt. Qua occasione ea, quam in hac dissertatione elaborandam ac methodo Iure: Consultis vsitata resoluendam suscepimus, e offert

QVAESTIO:

Num vniformis pecuniae quantitas pro decimis per longissimum tempus decimariis soluta. sit immutabilis, per consequens decimarum in natura 'tractionem, sicut & pretii exaltationem, excludat?

§. XV.

Ante omnia praemonere nos oportet, hic non supponi casum, quod de-mator per spatium longissimi temporis decimas in natura aliquoties exegerit, cimariorum autem, detractioni contradicentium, renitentia, cum illius ac-niescentia, accesserit. Sed cardo rei in eo vertitur: an decimae, in natura eteroquin praestitae, ob hanc solam rationem a decimatore exigi amplius ne-ieant, quod per longissimum temporis interuallum in aestimatione, quin di-s, simili quantitate solutae fuerint, quamuis de coetero ius decimandi cer-m existat?

§. XVI.

Rationes dubitandi.

Quamuis, quod ad hanc quaestionem attinet, illa omnino adfirmanda ideatur, partim I. quod diuersi Doctores illius sint sententiae, ex solutione niformi XXX. vel XL. annorum coloniam praesumi perpetuam, non locatio-em conductionem.

CARPZOV. P. 2. C. 4. def. 1.

Ex quo proinde colligere quis posset, quod decimarii vltra quanta in ipulationem deducta plus soluere, aut decimas in natura praestare non te-eantur. Partim II. quod certae ac continuae praestationes speciem census ac-ptae immunitatis potius, quam locarii, prae se ferre videantur; e pensione

siqui-

ſiquidem a decimario per conſuetudinem vniformiter praeſtari ſolita, ob longinquitatem temporis praeſumptionem fundatam naſci dixeris, quod ipſe, ſiue eius anteceſſores, immunitatem a decimis, ſub conditione praeſtandi annui canonis, obtinuerit.

BOEHMER in Reſp. T. 3. *part.* 1. *dec.* 62. *n.* 2. *& ſeqq.*

Vnde videri poſſet, quod in caſu, quo quis decimarius certa annua praeſtanda de ſuis fundis, decimarum loco, exſoluenda habet, ius quoddam emphyteuſeos acquiſiuerit, proinde dicta pro ipſo praeſumptio immunitatis pugnet, ita, vt decimarum in natura detractionem permittere, non ſit cogendus.

§. XVII.

Denique III. his argumentis accedit, quod conſuetudo valeat, vt decimae alio loco & modo ſoluantur, e. g. vt decimae vel a decimatore aſportentur, vel a decimariis deferantur;

GVTIER canon. qq. l. 2. *c.* 21. *v.* 45.

vel vt decimae praeciſe in agro ſumi debeant, tametſi ſtatutum particulare liberum decimatori relinquat, an decimas in agro aut in horreis ſumere velit. Conſuetudinis etenim vis ac poteſtas eſt, vt ea legitime introducta etiam ius ſcriptum abolere valeat.

DD. ad *l.* 2. *C. quae ſit longa conſuet.*

Quin & conſuetudo circa decimas clare adprobatur

cap. in aliquibus 32. *§. Illae quippe de decim.*

Quidni eadem ad hunc effectum valere videatur, vt minores decimae aut pecunia pro iis debeatur & praeſtetur. Sane

Petrus de *MARCA de concord. Sacerd. & Imper. L. IV. C. X. §. III.*

adſerere non dubitat, „certum eſſe ex omnium ſententia, . . . (decimarum) praedialium quantitatem ad minorem decima fructuum partem redigi poſſe, ſeu „quotam praeſcribi. Certum quoque eſſe, ait, ex Pauli Caſtrenſis aliorumque „Iuriſconſultorum opinione, eam conſuetudinem, quae in plerisque orbis Chri„ſtiani regionibus viget, eſſe legitimam, nempe, vt ex certo fructuum genere „nulla ſoluatur decima.„

§. XVIII.

Vlterius IV. pro decimariis facere videtur, quod, licet ius commune reſiſtat praeſcribenti, nihilominus eccleſia non parochialis contra eccleſiam parochialem decimas praeſcribere poſſit, ſiquando tempus, cuius initii non extat

tat memoria, vel tempus XL. annorum praeterlapsum sit, & in vltimo casu insuper titulus edi queat.

Cap. 1. de praescript. in 6.

Multo magis igitur decimas per XL. annos in aestimatione praestitas ita praescriptas esse censendum erit, vt decimator, quamuis ius decimas in natura exigendi certum habuerit, pretio illo per longissimum tempus vniformiter praestito contentus viuere debeat. Illa enim obseruantia vniformis in vim priuilegii & tituli adlegari poterit.

§. XIX.

Quandoquidem V., si contractum illum, decimatorem inter & decimarios initum, cum quadam reflexione considerare licet, emtionis venditionis negotium adesse, absque magna difficultate ad oculum patere videtur. Nunc autem emtio venditio titulus ad praescribendum est habilis, per consequens antedictae obseruantiae nihil omnino decedet, quo minus praescriptionem pro decimariis euincat. Maioris vero propositionis veritas ex accurata differentia, locationem conductionem inter & emtionem venditionem designanda, vel maxime elucescet. 1.) igitur distinguendum est, num in contractum veniat sola traditio rei pro pecunia, & est venditio; aut quod in contractum veniat pro certa mercede aliquod factum, quod locari solet, ex quo non sequitur dominium alicuius rei, & est locatio conductio. Dein 2) si in vtrumque contractum veniat datio & factum, verissima in dubio, & in legibus probatissima, est distinctio, quod tunc sit emtio venditio, quando principaliter venit traditio rei pro pecunia certa, secundario factum. Quando vero principaliter venit factum, secundario dominii translatio, est locatio conductio. Demum 3.) si concurrat non factum, vbi quis non faciendo, sinendo, non impediendo, patiendo aliquid pro certa pecunia transfert, rursus distinguere placet. Aut enim illa patientia, ille sinendi modus, illud non factum ita comparatum est, vt pro traditione iuris potius momentanea, quam pro facto haberi queat; & aderit emtio & venditio. Quodsi vero illa patientia, illeque sinendi modus ita se habeat, vt potius pro non facto permanente & quidem eiusmodi, quod locari solet, quam pro patientia momentanea, quae traditionem inuoluere possit, reputari debeat, locationem conductionem adesse, dicendum est. Adplicando principia tradita ad causam praesentem, non videtur, illud non factum patientiae principaliter in conuentionem, decimatorem inter & decimarios initam, deductum fuisse, sed potius pretium pro decimis a decimariis dari, & apertam hic concurrere venditionem; vt vt verba locationis conductionis in instrumento contractus reperiantur. Non enim cortex verborum, sed quid actum, inspici debet.

§. XX.

Quin quod VI., in ſuppoſito etiam initae locationis conductionis, decimarios propter longiſſimum tempus ius in re conſequutos eſſe, cenſendum eſt. Maiori enim iure, quo ei, qui non ad modicum tempus conduxit ſuperficiem, in rem actio competere

in *l.* 1. §. 3. *ff. de ſuperfic.*

dicitur, quanquam locatio regulariter dominium non mutet,

l. 39. *ff. locat.*

decimariis, decimas per longiſſimum tempus in aeſtimatione praeſtantibus, in rem actio concedenda erit. Neque refert, ſi non praeciſe tempus, modum ius in re conſtituendi exiſtere, putes, ſed potius voluntatem domini, quae ex tempore longo, ſiue pacto tacito praeſumatur. Enimuero paritas ſemper eo redibit, vt, ſicut ſuperficiarius, ob praeſumptum ex lapſu temporis conſenſum Domini Soli, ius in re conſequitur, ita & decimarios ex praeſumenda voluntate decimatoris, ad longiſſimum tempus decimas locantis, ius in re adeptos eſſe exiſtimandum ſit.

§. XXI.

Vnde VII. in titulum ad transferendum dominium habilem, vti & poſſeſſionem, quae ad praeſcriptionem requiri ſolent, cum anxietate hic eo minus inquirendum eſſe credas, quo magis inſuper veritati congruere videtur, neque titulo, neque poſſeſſione, vt praeſcriptio procedat, hic opus eſſe. Notum enim eſt, in praeſcriptione priuatiua, qua obligatio contracta extinguitur, nullum titulum adlegandum, ſed illam ſola temporis praerogatiua contentam eſſe. Neque vlla ad hanc praeſcriptionem requiritur poſſeſſio; quum illa, quae in

Cap. 3. *de R. I. in* 6.

traditur regula, ſine poſſeſſione praeſcriptionem non procedere, de praeſcriptione acquiſitiua manifeſte intelligenda ſit, non de ea, qua ius non vſu amittitur. Accedit porro clara Imperatoris ANASTASII

in *l.* 14. *C. de fundis patrim.*

diſpoſitio, vbi per annos 40. continuos fundum patrimonialem Principis, vel Eccleſiae, vel agonotheticum, i. e., ſumtibus ſacrorum certaminum deputatum, cum vel ſine titulo poſſidens, fundum quoad dominium praeſcripſiſſe dicitur, ſalvo tamen canone. Multo magis, decimarios, immunitatem a decimis ſub certo canone praeſcripſiſſe, adfirmandum erit.

§. XXII.

Tametſi poſtremo, ex vltro concedendis, in quadragenaria praeſcriptio- titulus requiri videatur; ad immunitatem decimarum in natura praeſtanda- ı conſequendam, ſaltem ad illam acquirendam immemoriale tempus ſuffi- , quin titulum edere neceſſe ſit. Quum enim iuxta ſuperius

cit. cap. 1. *de praeſcript. in* 6.

acquirendum ius decimandi ſolum tempus, cuius initii memoria non extat, ciat: nulla adparet ratio, quare non etiam ius illud lapſu temporis imme- ialis amitti queat; eoquod facilius res deſtruatur, quam conſtituatur, & ıunitati fauendum ſit. Vnde ſi totum ius decimandi non vſu amitti queat, to magis eatenus lapſu temporis immemorialis reſtringi poterit, vt deci- non in natura, ſed aeſtimatione praeſtentur. Titulo enim immemorialis eſſionis non datur de mundo melior.

§. XXIII.

Rationes decidendi.

Hiſce tamen argumentis tantum pondus ineſſe non arbitramur, vt iisdem ıicti ſubſcribamus. Nam *primo* pro Domino facit regula, per decimas re- riter eas in natura intelligi. Vnde ſi decimarii, decimas perpetuo in aeſti- ione praeſtandas eſſe, adſtruant, exceptionem hanc probare, conuentio- ıque deſuper docere tenentur. Aliud enim pro alio inuito creditori ſolui poteſt. Pro decimatore praeterea *ſecundo* ea praeſumptio iuris militat, d in conuentione certi quanti loco decimarum in natura, des Zugzehenden, e pure locatio conductio temporaria praeceſſerit, quae de tempore ad tem- tacite renouata fuerit, ſemper autem, vtpote res merae facultatis, retra- ioni ſubiecta ſit.

§. XXIV.

Quemadmodum igitur conductores rem non ſibi, ſed alteri poſſident, uod ob hoc ipſum, quod tenent, pactam praeſtent mercedem; inde in tione conductione nullam prorſus currere praeſcriptionem ob

l. 2. *C. de praeſcript.* 30. *vel* 40. *annor.*

ıifeſtum eſt: ita idem quoad decimas iuris eſſe adſerendum eſt, quod," ſi l maxime per diuturnum tempus certa aeſtimatio quotannis loco decima- m ſoluta fuerit, reuera tamen talis conuentio conductionem contineat, qua ſſeſſoribus agrorum locantur decimae pro certa penſione annua, quale ne-

„gotium praescriptionem non admittit, nec impedit, quo minus possit resig-
„natio fieri locationis factae.„

Just. Henn. BOEHMER in intit. *iur. eccles. Protest.* L. 3. Tit. 30. §. 82.

§. XXV.

Demum *tertio* fauor decimarum tantus est, vt nullam tractu temporis admittere videatur imminutionem. Quid? quod in supposito etiam concurrentis alicuius negligentiae, haec sola ad praescribendam libertatem iuxta plerorumque DD. mentem non sufficit;

Cons. Argent. vol. 1. cons. 9. n. 181. GYLMAN. *in symphor.* tom. 4. p. 1. n. 128.

quum potius ea, quae meri sunt arbitrii nullo vnquam tempore praescribi posse recte existimandum sit. Sicut enim, si mille millia annorum area nostra iuxta palatium alterius fuerit, nec aedificatum, nihilominus absque prohibitione vicini aedificare possumus,

arg. l. altius C. de seruitut.

eoquod aedificatio neque a concessione legis, neque ab illa hominis expressa seu tacita dependeat; sic etiam, quum ad locandum nemo vel a lege vel ab homine obligetur, sed locatio sit actus a libertate & facultate naturali praecise spectata competens, nullus decimatorum, finito locationis contractu, ad vlterius locandum decimas adstringetur.

§. XXVI.

Denique certum ex iure est *quarto*, benignitatem in incommodum & onus largientis verti non debere. Quum igitur decimator ex humanitate & beneficentia decimas in pecunia aliquoties receperit; locatio insuper imbibitam hanc conditionem habeat, quamdiu partibus ita placuerit: quomodo dices, eius ius decimandi in supposito nostro certum, arbitriumque decimas aut in natura, aut in pretio petendi, ob solam eius benignitatem, per lapsum temporis, excludi? Sane quodsi *quinto*, secundum

l. 33. ff. de donat.,

quaelibet res ex origine sua metienda est, eum certe statum semper praesumi necesse est, qui ab initio extitit. Ex dictis vero patet, in proposita quaestione eum fingi statum, quo decimarum Dominus ius liberum decimandi pro pretio concessit, nulla ad hunc contractum vrgente iuris, ex parte decimariorum quaesiti, necessitate; per consequens illa libertas tamdiu adhuc existere, & salua

ma-

manere debet, vsque dum decimarii certam & specificam causam, ex qua mutatio obtigit, docuerin.

§. XXVII.

Vnde si dicta locatio, tacite reiterata, ius decimatoris sustineat, eo minus *sexto* ad imponendam decimatori necessitatem relocandi, solum tempus sufficiet, quodsi expressa contractus renouatio, licet ad eandem semper quantitatem pretii, saepius suscepta fuerit. Hinc bene monet

MEVIVS P. 9. dec. 70. n. 5.

„quod, si inter Dominos & debitores decimarum ab antiquo ita sterit, vt quo„uis decennio vel septennio renouandus esset contractus, vel reconducendae de„cimae, etsi ea renouatio vltra centum annos pro eo pretio facta sit, tamen „Dominus, quum renouandi tempus redit. ad istam ita non teneatur, vt mer„cedem recipiat, sed ipsas decimas ex fructibus detrahendi iure fruatur.„

§. XXVIII.

Firmissimum *postremo* pro iure decimatoris, decimas in natura exigendi saluo, fundamentum in eo ponendum est, quod ipsa Camera Imperialis iustitiam huius causae agnouerit; illud ius decimatoris proinde iudicato summi huius Imperii tribunalis non vno corroborari possit. Emanauit die 28. Oct. 1750. In Sachen Gottlieb Friederich Achaz von Kersenbruch zu Berentrug Appellanten wider sämtliche Kersenbruchl. Zehendpflichtige zu Hardißen Appellaten, sententia confirmatoria decreti de 20. Xbr 1731., quod decimatoris ius, decimas in natura detrahendi, saluum pronuntiauerat, licet documenta, die Zehendregister, quibus appellans locationem praecessisse, & sic intentionem in iure fundatam se habere probauerat, ante duo vix non secula confecta fuissent. Similiter & die 19. Jan. 1757. In Sachen weyland Schweder Dieterich Kleihe ietzo von Schwicchelt, wider Zehendpflichtige Eingesessene der Dorfschaften Wachtendorf und Leese appellationis, sententia in Camera Imperiali publicata fuit, hujus tenoris: Ist allem Vor- und Anbringen nach zu recht erkandt, daß durch Richter voriger Instanz übel geurtheilet, wohl davon appellirt, dahero solche Urthel zu reformiren, dergestalten, daß Appellati Appellant den quaest. Zehenden nach Belieben entweder selbst ziehen, oder aber ihn von neuen anderwärtig verheuren zu lassen schuldig und gehalten, auch dazu zu condemniren und verdammen seyn; Als wir hiermit reformiren, schuldig erkennen, condemniren und verdammen, die Gerichts-Kosten derenthalben aufgehoben, aus bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend ꝛc. Decimator autem locationem conductionem An. 1536. initam, partim

tim expresse vsque ad An. 1566., partim tacite per tempus subsequens renouatam, durch Zehendregister, demonstrauerat.

§. XXIX.

Resolutio rationum dubitandi.

Probata atque argumentis certe sufficientibus demonstrata facultate domini, decimas per longissimum tempus in aestimatione datas, si modo ipsi placuerit, in natura exigendi; videndum nunc erit, quomodo rationes, quibus contrarium probari existimare quis posset, refutandae sint, ac elidendae. Quod igitur ad *primam* dubitandi rationem attinet, ex solutione vniformi longissimi temporis coloniam praesumi perpetuam, illa sane multum praesidii esse decimariis non potest. Quemadmodum enim circa ipsammet solutionem vniformem tricennariam aut quadragenariam fundate magis pro locatione simplici, quam pro colonia perpetua praesumendum est:

secundum BOEHMERVM *in Respons.* T. 2. part. 1. Resp. 374. n. 12.

vbi & citat

MEVIVM P. 1. Dec. 163. n. 1. atque COTHMANNVM vol. 1. resp. 42. n. 7. seqq.

ita ob simile in diuersis annis pactum quantum eiusdem immutabilitas iure defendi nequit, sed potius praestationes illae vniformes pure pute pro tacitis renouationibus locationis primitiuae censendae sunt, eo magis, si diuersae, vt supra diximus, renouationes contractuum & locationum decimalium modo ad plures, modo ad pauciores annos intercesserint.

§. XXX.

Aliud esset, si decimarii demonstrare valerent, decimas ab initio ea lege constitutas fuisse, vt pro iis modus frumenti, aut pretium definitum offeratur; siue successu temporis de certo ac perpetuo modo inter dominum agrorumque possessores conuenisse. Hoc enim in casu pro colonia seu locaris perpetua praesumptionem adesse; probatio autem illius pacti si fieri nequeat, constanter cum

HAHNIO *ad WESENBEC.* tit. locati cond. n. VIII.

adserendum esse ducimus: Quotiescunque „ab initio constat, quod bona con„cessa fuerint titulo locationis, tunc pro locatis habentur, in quibus conducto„res nihil iuris in re possunt praetendere. Quodque in specie de decimis, si „de principio locationis conductionis appareat, etiamsi vniformem pensionem

„con-

nductores ad C. aut M. annos praestiterint, non tamen ius perpetuae loca
ie tempore illo immemoriali praescribant, sed res in nudis terminis tacite
nper factae relocationis & reconductionis remaneat, late probant per l. 2.
de 30. vel 40. ann. & multas rationes. „

§. XXXI.

Quibus obseruatis & *alterum*, quod pro decimariis adduximus argumen-
i, sua veluti mole ruit, atque per continuas praestationes immunitatem a
imis sub lege annui canonis nullatenus euinci patet. Maior etenim prae-
ptio pro iure decimandi vniuersali quoad omnes decimariorum fundos fun-
ir, ita, vt cuilibet decimario, ad exemtionem prouocanti, incumbat, titu-
impetratae immunitatis in specie edendi.

Just. Henning. BOEHMER loco in rat. dub. cit. n. 6.

itum vero abest, vt lapsus temporis hunc titulum, ex supra deductis, effi-
, vt potius praestatio locarii, pro fundo ad lubitum decimatoris decima-
, verum faciat indicium. Vnde porro eruitur, quod obmota illa fictitiaque
iunitas aeque parum roboris per continuam vniformemque praestationem
nuerit, quam parum decimatori obstabit, quo minus a locatione decima-
i, vt vt longissimi temporis sit, atque ita vltra hominum memoriam conti-
:a, recedere valeat. Neque ita facile pro emphyteusi ecclesiastica suppo-
lum est, nisi decimarii contractum emphyteuticum, confecta super deci-
in emphyteusin datis scriptura, docere valeant. Scriptura enim ad em-
teusin ecclesiasticam de essentia requiritur,

Nou. 120. *c.* 6.

n ob rem bona emphyteuticaria ecclesiastica a libellis olim desuper confe
per excellentiam *Libellaria* nuncupabantur.

MATHAEI in *manuduct. ad ius Canon.*

§. XXXII.

Deinde nec *tertiae* quidem dubitandi rationi multum inest roboris. Ad-
itur ibi, quod consuetudo efficere valeat, vt decimae alio loco & modo
:antur; & per consequens etiam, vt minores decimae, aut in pecunia siue
matione sint soluendae. Enim vero si consensus ac conuentio partium in-
sentium supponatur, totum conceditur. Quodsi autem inde deduci velit,
l, non obstante locatione, per solum non vsum, aut occasione non reitera-
er nouos contractus relocationis, perpetua decimarum in aestimatione prae-
permanere debeat, consequentia est falsissima. Locatio siquidem ius
resi-

... *erat, an locati exifteret*, poffeffione fuper... Quod si vero dominus foli fuperficiarium turbet & ... fuperficiem, ex conducto; fi emit, ex empto ... Etenim fi ipfe eum prohibeat, quod intereft, ... Quando igitur dominus foli fuperficiarium ante tem... cogitat, hic ex conducto aget. Pari ratione ... contra tertium quafi in rem actionem confequi, ... actione empti in cafu §phi XXX., vel actione ... conductio ad tempus definitum inita fuerit, & ... temporis fpatio, eos turbare intendat, experiri ius ... fuperficiarius ex dictis ius in re per conductionem ... neque decimarii illud adipifcentur, fed quod durante lo... habent, ius ad rem dicendum eft, in ius pro... decimas in natura, elapfo locationis termino detra... Infuper fi *in perpetuum* decimae locatae fuerint, ... competere non negamus, fed potius idem

... *i ager vectig.*

... perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus, ... tur domini, tamen placuit competere eis *in rem actio-* ... quemvis poffefforem: *Sed & aduerfus ipfos municipes.*

§. XXXVI.

... dubitandi *feptimam* progrediamur, quae ftatuit, nequi... hic requiri, quum in cafu propofito praefcriptio ... contractae decimas in natura foluendi extinctiua; ... minus fundate adftruitur. Quamuis enim Domi... oneribus obnoxii, non nouam rei fuae poffeffionem ... immunitatem fe praefcripfiffe ait, fed potius in folo ... immunitatem petat, prout

... *praefcript. immuni. a coll.* c. II. §. 16.

... eft, tunc vel maxime interpellationem cum alte... defiderari, fiquis pleno iure rem, quam poffi... rei poffeffae mutare velit. In noftro cafu ... locati per lapfum temporis in ius prohibendi, ne ... fed vniformi aeftimatione contentus viuere debeat, ... caufa poffeffionis mutaretur. Opus itaque eft, vt talis

§. XXXIV.

Quod ad *quintum*, contra decimatorem adlatum, argumentum attinet, tractum illum primitiuum dominum inter & decimarios initum pro emtione ditione habendum esse, nec referre, vtrum locationis conductionis in illo ntio facta fuerit; proinde titulum ad transferendum dominium & ad praeptionem habilem adesse, ita vt obseruantia illa decimarum per quadraginta os vniformiter in aestimatione solutarum pro norma vnica reputari debeat: ge alius sane nos fatemur esse sententiae. Potius itaque cum

IMMOLA in *l. Cotem ferro §. qui maximos ff. de public.*

ba contrahentium in nostro casu attendenda esse, & si locationem dixerint, locationem, si venditionem dixerint, hanc esse, putamus. Quare, si conientes decimator & decimarii in contractu suo verba locationi conductioni uenientia, verlassen, verheuren, verpachten, vermiethen, verdingen, vermaltern, then, dingen, pachten, behalten ꝛc. expresserint, nulla superest dubitatio, loonem conductionem decimarum praecessisse. Accedit, quod hisce contraus plerumque pacta adiiciantur, vt ob bellum, pestem, vel similem causam i remissio debeat, aut etiam hisce casibus obuenientibus decimarii remissio quaerant; quae claro sunt indicio, locationem conductionem adesse.

§. XXXV.

Neque *sextum*, quod pro decimariis adfertur, momentum conditionem imatoris deteriorem facit. Constituitur ius superficiarium quasi traditione x iusta causa. Talis autem ad dominium vel aliud ius in re transferendum a & habilis causa quum non sit locatio, in qua conductor quidem ius re illa ıdi consequitur, quod tamen non rem ipsam, verum personam tantum ad-; & nihilominus illud ius vt plurimum per locationem conductionem coniatur: hinc DD. optime explicant, locationem primum per *Pactum* ipsi *adım* causam fieri habilem ad ius in re constituendum. Quod fit, dum funalienus ea lege conducitur, vt in illo aedificium aut alia res ponatur, eaimposterum iure dominii vti quis possit; vel si simpliciter fundus concesfuerit, vt conductor aliquid in fundo conducto ponat. Hic itaque ex cirıstantia vel diuturnitate temporis conductores quasi dominium rei adipiscun-, & propter ius quasi dominii ius saltem ad rem consequuntur, nullum in solo ius in re habentes. *Aduersus tertium* proinde superficiarius securus ditur tuitione saltem Praetoris, qui vtile interdictum, & *quasi in rem* actio-, vti

in *l. 1. §. 1. ff. de superfic.*

§. XXXIX.

Nostra itaque est

Decisio propositae quaestionis:

Decimatori pro decimis, per longissimum tempus XXX. aut XL. annorum, pec aut rem certam, pacto definitam, accipienti nil obstat, quo minus eas in natur sus exigere, aut pretium exaltare valeat. Quumque nostra thesis de decim neraliter procedat, sub eadem quoque decimas animalium, carnaticum adpellari solitum, vulgo den Blut- oder lebendigen Zehend, comprehendi ter defendimus, ita, vt, si decimator carnaticum de omnibus animalium ciebus percipere consueuerit, illud autem pro certo numero e. c. anse porcellorum, pullorum per longissimum tempus vniformiter locauerit, p quando voluerit, etiam decimas vitulorum, agnellorum, equulorum & poscere valeat.

§. XL.

Nec obstat, quod, propter vniformitatem praestitorum, qui in co ctu erant determinati, e. c. anserum, pullorumque, praesumptio fundata videatur, extra dictos anseres pullosque, reliquas animalium species, vti cellos, vitulos, agnellos & equulos, licet decimarii carnaticum in natur decimatori exsoluere teneantur, aut iuri decimandi nunquam subiectas, ante immemoriale ab eodem fuisse exemtas, ea potissimum ex ratione, carnaticum non solum secundum ipsammet primam suam originem ad c animalium species tantum extendere sese possit, verum etiam mediante siu pressa siue tacita mutatione, imprimis, sicut decimae vniuersaliter, acce longissimi temporis lapsu, quamdam imminutionem pati valeat.

BOEHMER *in Resp.* Tom. 3. part. 1. decis. 60. n. 7. sqq.

§. XLI.

Quemadmodum enim numerus ille definitus pullorum anserumque mero locario reputari debet, quod in quacumque re fungibili consistere pc vnde primus ille contractus tacitum hoc pactum continere videtur, quod pso in conuentionem deducto tempore, decimae animalium in natura queant: ita neque per lapsum temporis, neque per praestationem car vniformem, decimatori praeiudicium adferri posse patet.

§. XLII.

Accedit, quod loco agnellorum pulli, horum loco anseres pro lo definiri potuissent. Quam ob rem de determinatis animalibus, ad exe

m indeterminatorum a iure decimandi, nullum formari posse argumentum lemus; quum neque praefata locarii vniformitas praesumptionem, quae vniuersalitate iuris decimandi militat, tollere, aut ius decimandi, cui iecunque animalium species subſtat, minuere valeat.

§. XLIII.

